



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pauli Segneri S. J. Instructio [!] Poenitentis,  
Confessarii, Et Parochi**

**Segneri, Paolo**


**Augustae Vindelicorum ; Dilingae, 1696**


[urn:nbn:de:hbz:466:1-52749](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52749)




Th. 3104.

H. V. G.







DE SECUN  
CONCORDIIS  
ITEM  
INSTRUC  
POENITE  
CONFESS  
PAROCH

R. P. PAULI SEGNERI S. J.  
INSTRUCTIONE  
POENITENTIS,  
CONFESSARII,  
ET  
PAROCHI.



IN  
SEGNI  
Concordie  
Instru  
Poenite  
Confess  
Paroch

PAULI SEGRETI S.  
IN T. S. R. U. C. T. O.  
DOENWERTER  
CONFERSSARUM  
PAROCHIA

*Il penitente instruit*

INSTRUCTIO  
POENITENTIS  
SIVE  
OPUSCULUM,

IN QUO TRADITUR  
PRAXIS RITE PERAGENDI CON-  
FESSIONEM SACRAMENTALEM,  
GRATIAM DEI RECUPERANDI, EAM-  
QUE CONSERVANDI.

AVCTORE

R. P. PAULO SEGNERI  
è SOCIETATE JESU.

Italico primùm idiomate conscriptum, nunc  
verò Latinitati donatum.

*Cum Gratia & Privilegio Sacrae Casareae Maiestatis,  
Et Facultate Superiorum.*



AUGUSTÆ Vindellicorum & DILINGÆ,  
Sumptibus JOANNIS CASPARI BENCARD.,  
Bibliopola.

ANNO M. DC. XCVI.

IN  
SEGNE  
CONDICIONE  
INSTRUC  
POENITE  
CONFESSIO  
PAROCH

INSTRUC  
POENITENTIS

OPUSCULUM

IN QVO  
DE RE  
CONFESSIO

PAROCHIA REGNERI

AVGVSTVS  
MAGISTRVS

AVGVSTVS  
MAGISTRVS

MDCCXXV

# INTRODUCTIO

Ad intelligendum ea, quæ in hoc Opusculo tractantur.

**D**IVINÆ PROVIDENTIÆ satis non erat hominem in hanc lucem procreari, sed cum sciret, eum in primæ valetudinis integritate haud diu permanurum, sollicitè providit medicamenta in herbis, mineralibus, cæterisque mixtis. Verùm quòd pro restauratione status naturalis egit, id ipsum multò excellentioris benevolentia significatione præstitit pro Gratia inter homines incolumitate. Non suffecerat ei constituisse, ut homo per sacrum Baptisma renascere, voluit insuper, cum jam frequenter prospiceret infirmitates, quas per peccatum esset contracturus, efficacissima suppeditare remedia, & saluberrimas thermas sanguinis ex Christi vulneribus scaturientes propinare. *Fons patens domui David in ablutionem peccatoris. Zachar. 13.* Balneum istud est Confessio, quæ ut hoc loco à nobis exponitur, Sacramentum est, in quo per absolutionem à Sacerdote remittuntur Pœnitenti peccata post Baptisimum commissa, idè quæ à sacris Doctoribus Baptisimatis nomine appellata, sed operosi & cum labore conjuncti, uti fieri necesse erat. Prima

bona valetudinis constitutio nobis obvenerat nullâ nostrâ molestiâ; ac cum ea per immoderationem turbatur, sine afflictione nequit reparari; quin per sepe opus est ignem ferrû neque perpeti, ne malum fiat immedicabile. Hoc ipsam accidit circa Gratiam, prima etenim nobis donatur per primum Baptisimum absq; nostrâ cooperatione; quòd si autem deperditur, non nisi magno dolore redimi oportet per secundum Baptisimum Pœnitentiæ, qua cautiore magisque circumspècti progredimur. Quem admodum autem nulla virtutum Baptismo similior est quàm pœnitentia, ita nullius major est necessitas. Unde tam necessaria est ei, qui post Baptisimum peccatum admisit, quàm ipsemet Baptismus nondum abluto. Mirum proinde non est, si Sacramentum istud, primarium humanæ salutis Instrumentum, à tartareo hoste tam acriter oppugnetur, dum plurimis persuadere nititur, ut vel eodem abstineant, aut non nisi in suam perniciem abutantur. Verissimum est, quod Seraphica Virgo Teresa dicere fuit solita & deplorare, Infernum per sacrilegas Confessiones impleri, ob quam causam Concionatorem quempiam per litteras hortata est his verbis: *Pater frequenter*

quenter verba fac & invadere in Confessiones vitiosas, nec enim diabolus, alio laqueo plures ad sempiternum exitum pertrahit animas, quam isto. Quia prudentissima hujus Virginis sententia, ut verum fateat, longo tempore non parum hæsi attonitus. Verum postquam in diversis missionibus versatus varios inter atque multiplicis generis homines, perspicue didici, nihil supra verum Sanctam istam exaggerasse. Multi peccatores magnam fiduciam concipiunt, si aliquoties facta à se Confessionis meminerint, neque considerant, an rite eam peregerint, itaque semetipsum fallunt, & miseram involvunt ruinam.

Accidit ipsis, quod refertur à Scriptoribus de elephante. Solet is quietem capturus se acclinare arbori, quam tamen non explorat antea, sine firma satis & pas sustinendæ molli: quippe eum à venatore prius ita succisa sit, ut tamen erecta consistat, animal facile invitatur, at ubi primum pondus incumbit, corruit, & miserum opprimit, cujus ruinæ non alia causa fuit, quam nimia securitas nullam latentis fraudis suspicionem admittens. En hostis nostri vaferrimi nequitiam! fulcrum Confessionis tentat succidere, at ultra, quam non satis est ad fallendum, qui ei innititur. Non enim aperte Confessionem dissuadet, sed ne bene & debito modo fiat, allaborat, sine cura conscientia lustratur, parùm attendatur ad contritionem, negligatur propolium, omittantur aliæ requisitæ

dispositiones. Qui hujusmodi sibi Confessionibus, corruit lapsu irreparabili. Sed quantum est eorum numerus, qui tam fragili innituntur fulcro? Ut ergo tot casus pro viribus antevererem, judicavi, rem me non inutilem futuram, si quædam documenta practica offererem, quæ vel ad suscipiendam Confessionem permovere, vel ad eam rectè instituendam conducant, itaque ostendant, si quisne firmum sit, cui instituitur, fundamentum. Erunt hæc eadem ipsa præcepta, quæ in missionibus magno cum fructu pro ordinaria Christianæ doctrinæ materiâ exponuntur, idcirco tam securo, quam facilla futura sint, si in lucem prodeant, interque Auditores divulgata, postquam auribus fuere excepta, deinceps vivæ vocis defectum suppleant chartis consignata; & consilio quidem, cum enim in accurrentium multitudine non rudes solummodo, verum etiam permulti & civiles ac literarum non expertes inveniuntur, ea usus sum in proponendo ratione, quæ proficit omnibus. Superest modò, ut Dominus ille, qui te induxerit ad evolendas hæc pagellas, Benevole Lector, in quibus præter ejus gloriam nihil quaeritur, tibi quoque ex ipsidem proficiendi gratiam impertiat, ut clarè agnoscas, tantam tibi rectè faciendæ Confessionis curam esse habendam, quanto propriæ salutis consequendæ tenerris desiderio.

\* \*

## CAPUT I.

*Invitatur Pœnitens ad Confessionem.*

**S**I quis ex eorum numero  
sub furca constitutus la-  
queo in collum injecto  
jam jam ultimum expe-  
ctaret supplicium, nihil  
ipsi accidere posset opta-  
tius, quam si liceret vitam servare. Quod  
si inspectatus advolaret nuntius, qui  
non modò condonata pœnæ gratiam  
asserret captivo, verùm etiam eum à  
Principe filij loco adoptatum, inque re-  
gno heredem electum esse denuntiaret,  
difficiliter fidem daret affirmanti; imò,  
si crederet, grande foret periculum, ne  
vitam, quam reliquit carnifex, eidem  
immodicum eriperet gaudium. Si par-  
va magnis licet componere, & tempora-  
lia æternis, hoc ipsum in peccatore  
facta operatur Confessio; Is enim ex in-  
felici reorum conditione, & mancipio-  
rum, condemnatus, ut perpetuum fieret  
Sathanæ ludibrium, subitò ac in mo-  
mento ad dignitatem filij DEI evehitur.  
Major longè est ista felicitas, quam Io-  
sephi Egyptij, cum ex carcere detractis  
vinculis eductus in regio throno collo-  
cicaretur. Summa quoque cum admi-  
ratione hoc loco id ipsum spectatur. *Mi-  
si Rex & solvit eum & non suffecerat  
istud, Constituit eum Dominum domus  
sue, & Principem omnis possessionis sue.  
Gen. 41.* Forsitan non satis perspexisti,  
quantum malum sit vivere in statu pec-

cati mortiferi, cujus ego tibi suo tem-  
pore fusioem declarationem dare non  
intermittam. Interea scire te hoc ve-  
lim. Peccatum mortale summum ac  
maximum est malum omnium, summa  
execratio & extrema infelicitas, quod a-  
nimabus nostris potest accidere. Est-  
que homo multò miserabilior lethali  
crimine oneratus, quam si à dæmoni-  
bus, quotquot in inferno ardent, tor-  
queretur. Exiguum foret, si in mon-  
strum transformaretur in comparatio-  
ne illius mali. Miraris, cum audis re-  
gem Nabuchodonosorem in bovem  
transmutatum, Tiridatem Armenia Re-  
gem porcum induisse. Nihil hæc sunt,  
si conferantur cum ijs, quæ in anima  
peccatoris cernuntur. Hic enim in-  
star diaboli est, ut merito de horum a-  
liquo illud Salvatoris asseri possit: *unus  
ex vobis diabolus est. Ioan. 6.* Quia uti  
explicat S. Thomas, diabolus esse, est,  
creaturam rationalem mortali peccato  
simplicatam. Si cui libera daretur ele-  
ctio seipsum ad inferos præcipitandi si-  
ne culpa, aut quamprimum in cælum  
conscendendi potestas offerretur cum  
peccati macula, nemo esse deberet cum  
D. Anselmo, qui non animosè decer-  
neret atque exclamaret: malo peccati  
expers subire inferni rogi, quam cum  
peccato in cælum conscendere. Sed  
quid cum Anselmo dixi? quando Ec-  
clesia-

clestasticus disertè pronuntiavit de culpa: *utilis est potius infernus quam illa* Cap. 28. Neque mirum est, quia malum poenae opponitur & repugnat voluntati creaturae, malum verò culpae voluntati Creatoris. Tu nunc aestima, quibus hinc possit institui comparatio.

Ex altera verò parte, quis assequi potest excellentiam Gratiae, per quam efficiamur filij adoptivi Dei? Tantum bonum est divina gratia, ut minimus gradus superet omnem nobilitatem, sapientiam, pulchritudinem, potentiam, sanctitatem, divitias, & quidquid unquam universi possidebant homines, imò quidquid Angelicæ proprium est naturæ. Ut aded, si oporteret pro consequenda minima gratiæ portione, everti hanc mundi machinam, caelorum orbem dissolvi, & universæ naturæ opera destrui, nihili facienda esset hæc jactura. Plus dicam: justificatio, per quam gratia animabus nostris infunditur, antecellit omnia opera naturæ, quæ procedunt ab Omnipotentia divina, & præstantius opus Deus producit, quando peccatorem convertit ad poenitentiam, quam cum stellis sese movendi indidit virtutem, solem stetit, universum hoc procreavit; imò si post quodvis sæculum novam produxisset mundum. *Non est digna ponderatio continentis animæ* Eccl. 29. Nulum excogitari potest pretium, quod æquale sit Animæ Justæ. Quid nunc tibi videtur de felicitate illius, qui ex summa miseria ad talem statum contendit? Pone tibi ante oculos duo hæc extrema: Peccatum: & considera attentè, tum illud confer cum Gratia, ac perpende differentiam, quo expenso facilè

intelliges, quanta nobis ex sacramentali Confessione proveniat utilitas, quæ interveniente efficitur grande opus Justificationis. Miraberis & præsumptore te ipsum non capies, quòd etiamnum inveniantur peccatores, qui rarò admodum ad sacram accedant Confessionem, suisque malis indormiant, veluti irrationalia pecora, quibus jucundius est volutari in sordibus, quam aureo incubare strato. O! Quàm justas causas Deus habet huic hominum generi per Scepterum comminandi: *Visitabo super eos defixos in facibus suis*, Cap. 1. Quòd si autem justificatio jam præcessisset, non tamen ideo suo fructu carebit Confessio, nam gratia illa, cujus vel minimum gradum adeptus es, identidem nova capit incrementa & roboratur. *Qui justus est, justificetur adhuc*, Apoc. 22.

Sine proinde te manu duci ad tuum salutare Sacramentum. An cum te ad Confessionem invito, videor atrocitate subjicere carnificiæ? imò proficere & spondeo, te in immensos divitiarum thesauros introducendum, et quo assatim tibi licebit tuam ditare animam. Non te exterreant voces illarum Examen, dolor, propositum, satisfactio, puerorum more: qui conspecta larva solè contremiscent, & pedem referre. Perlege & clarè intelliges. Si placet me discipulum sequi, manifestum fiet tibi, quid terra ista promissa non modò non devoret suos habitatores, sed etiam vitam conferat, mèlque ex petra largiter profundat, hoc est, ipsa dolor summum pariat voluptatem, qualem nunquam mundi Amatores intra suam Ægyptum degustarunt.

## CAPUT II.

*De Examine, per quod se  
Pœnitens ad Confessionem  
debet dissonere.*

**T**ribus modis Deus offenditur à peccatoribus: cogitatione, verbo, & opere. Unde necesse est triplici quoque ratione ab ipsis, qui se convertunt, Divinæ Justitiæ satisfieri: cordis contritione, oris confessione, & operum satisfactione. Tria sunt hæc authentica testimonia, quibus in curiâ cælesti adhibetur fides, ut peccatoris pœnitentia vera & ex animo profecta acceptetur. Tria hæc debent esse conjuncta. Verum quidem est, duo illorum, videlicet Contritionem & Confessionem requisita esse essentialia, satisfactionem partem esse solummodo integram. In his tribus consistit officium Pœnitentis, quod hoc loco suscipio exponendum, eo ordine, ut dicam primo, quid oporteat facere ante Confessionem, deinde sub ipsa Confessione, ac denique quid eâ peractâ sit pœnitenti præstandum.

Initium summo ab eo, quod præmitti debet Confessioni. Ante omnia perquam necessaria est conscientie discussio, ut in hoc tribunali debita dari possit informatio: Pœnitens enim, utpote Reus simul, etiam partes agere debet accusatoris & testis. Est itaque Examen singularis inquisitio in nostras actiones instituta in eum finem, ut deveniamus in notitiam errorum, eos detestemur, & per Confessionem deleamus. In hoc examine duo sibi opposita erunt ca-

*R. P. Segueri Instrucl. Pœnitentis.*

venda, nimia scrupulosis anxietas, liberioribus verò perfunctoria conscientie inspectio. Inveniuntur nonnulli supra quàm oportet, timidi, qui sibi vix unquam in Confessione videntur satisfacisse, unde in perpetua vivunt anxietate & timore, itaque istud Ecclesiæ Sacramentum amœnum ac placidum, reddunt exosum, Christi que legem suavissimam veluti intolerabilem infamant. Sciant itaque, Salvatore nostrum non adstringere & obligare ad singulorum peccatorum mortalium manifestationem sed eorum duntaxat, quæ post diligens examen memoriæ occurrunt; & si peracto, ut par erat, examine, peccatum aliquod per oblivionem esset prætermisum, erit tamen eodem modo per absolutionem remissum; quo cætera distinctè exposita: remanet tamen obligatio cõfiteendi, postquam ejusdem fuerimus recordati.

Porro timidorum pauci sunt. Major sine comparatione eorum numerus est, qui delinquant accedendo ad Confessionem non præmissa debita præparatione. Intelligant isti, Confessiones ejusmodi, quæ scienter sine diligente cõscientie illustratione instituantur, esse nullas & invalidas, & si in iisdem aliqua peccata mortalia non fuissent explicata, perinde fore, ac si data opera fuissent præfata silentio, eò quòd oblivio ista culpabilis orta sit non ex defectu naturæ, sed voluntatis. Et sic Trident. Concilium præscribit pro examine talem diligentiam, ut interpretantur Doctores, quæ in eo consistit, ut quis adhibeat talem animi applicationem, qualem viri prudentes in gravibus magnique momenti negotijs solent usurpare, sitque

B

aded




adeo commensurata operi; quod ut rite perficiatur, notabilis accedat diligentia necesse est. Negari non potest, æquale ab omnibus studium non exigimus: minus enim ab eo, qui crebrius quam qui rarius Confessionem frequentat, requiritur; ad minorem quoque obligatur diligentiam, qui paucioribus quam qui pluribus oneratus est noxis: facilius se expediunt, qui à negotiis liberi vivunt, quam qui iisdem vitam agunt intricatam. Denique non tantam tenentur adhibere curam, qui vel ignorantia laborant vel hebetioris sunt ingenij, quam perspicaces & exculti literis. Ad hæc in rudioribus diligentia suppleri poterit ab ipso Confessario; sic enim sufficit, si pro modulo suo, habita conscientie inspectione, ad Confessionem se conferant animo sincerâ fide interrogationibus propositis respondendi, qua intentione, quantum satis est, se ad hoc Sacramentum disponant. Judicium hoc esto de rudioribus solum, qui enim capaciores nacti sunt intellectum, ultrò peccata sua tenentur explicare, non expectatâ obstericantis manu. Sunt, qui velint Confessarium esse vatem, divinatorem, habentque illud in ore, quod Nabuchodonosor suis dixerat auguribus. *Vidi somnium, & mente confusus, ignoro, quid viderim indicare mihi, Dan. 2.* Veluti non cuperent divinando somnia sua venire in lucem. Merito id ipsum, quod Regi suo pro responso dederant interpretes, merentur audire, *Dic somnium, & interpretationem indicabimus.* Prius facite vestrum officium examinando conscientie latebras, ut possitis vitæ vestræ reddere rationes, mæque edo-

ceatis, tum quod mearum erit partium, præstabo.

Restat nunc, ut ostendam modum instituendi examinis, quo obtinere securus sit adhibita, ut oportuit, diligentia. Primò itaque siste te Deo præsentem, eumque profundissima demissionedora, agnosce te ejusdem Majestatis tuo suo tempore ad iudicium tradendum. Perpende accepta beneficia, ut te ex nihilo produxerit, conservaverit, que salutis causa humiliaverit semipsum usque ad mortem, mortem aem crucis, veræ fidei lumine illustraverit, ad percipienda Sacramenta admittit, multoties ad pœnitentiam vocaverit: que nunc invitet, teque expectet; quam gratiam innumeris alijs negavit, qui modo ob leviores culpas cruciantur in inferno, seque beatos æstimarent, si Confessarij se pedibus advolvere concederetur, suæque delicta dolendo expiare. Ora & obsecra dein Dominum Deum, ut tenebris discussis mentem collustrare dignetur, plenamque peccatorum tuorum cognitionem impertire, quæ & quanta sunt à te perpetrata. Quo tracto percurrere omnia, in quibus veritas es, loca, quibuscunque egeris, homines, numerata, negotia perculstra, que tractasti ex eo tempore, quod ab ultima Confessione intercessit, attende in singulis, ubi conscientie remorsum intra te sentias, ex admisso crimine contra Deum, proximum, teipsum, cogitatione, verbo, & opere.

Si autem omnia peccata levi operi revocari possent in memoriam, non diceret Salvator, se in die iudicij lucernam accensurum ad eadem perferendam.

*Scrutabor Hierusalem in lucernis, Soph. 12.*  
 Proinde non tibi grave durumque sit,  
 aliquam temporis moram investigandis  
 tribuere illis delictis, quæ non raro o-  
 culos solent fugere. O quanto rectius  
 nosmetipsi lampade hac utimur in per-  
 ferendis conscientiarum angulis, ne seve-  
 ram ac rigidam Domini nostri ac Ju-  
 dicis manum cogamur experiri, teste  
 Apostolo: *Si nos ipsos judicavimus, non  
 utique judicabimur. I. Cor. II.*



CAPUT III.

*De quibusdam peccatis ge-  
 neralibus, quæ in Examine solent  
 remanere occulta.*

Ista permotus causa David rogavit  
 Dominum, ut seipsum ab occultis per-  
 purgaret: *Ab occultis meis munda me,  
 Ps. 18.* Sæpe enim evenit, ut Divina Ju-  
 stitia ad castiganda peccata, quæ adver-  
 tentes commisimus, permittat nos labi  
 in alia, quæ ob negligentiam nostram  
 non observamus commissa. Oportet er-  
 go scire, duplicem esse ignorantiam, ut  
 rectè intelligamus præsentem doctri-  
 nam. Una est culpabilis, altera incul-  
 pabilis. Est, qui omnem diligentiam  
 adhibet ad cognoscendam veritatem cir-  
 ca ea, ad quæ conscientia illum obli-  
 gat, ponderat, interrogat, consilium  
 postulat: verum tamen, quis vel modi-  
 dicæ est capacitatis, vel nullum habet,  
 à quo doceatur, remanet in sua igno-  
 rantia, quasi olim involutus erat Saulus  
 in principio suæ conversionis, nihil o-  
 mittens ad videndum, nec tamen quid-

quam intueri poterat. *Apertisque ocu-  
 lis nihil videbat. Act. 9.* Talis ignoran-  
 tia, cum non sit voluntaria vel ex se vel  
 in suo effectu, est excusabilis, nec pœ-  
 nam meretur, sed commiserationem. Ita  
 nemo non condolet cæco, si impin-  
 git, mox enim occurrit & in viam di-  
 rigit, ne prolaturus, quemadmodum  
 Saulus quoque à comitibus perhuman-  
 iter fuit deductus. Vicissim nullus  
 compassionis signum ostendit erga eum,  
 qui studio oculos claudit, ne videat, at-  
 que in progressu malù sibi metipsi con-  
 fecit, quin potius omnium vox est;  
 meritò hoc ei accidit infortunium, quid  
 nisi oculos apertos tenuit, & præcavit  
 lapsum. Eadem omnino ratione Domi-  
 nus Deus nullam gerit commiseratio-  
 nem cum ijs, qui hujusmodi excæcati  
 sunt ignorantia, estque voluntaria, ne-  
 que excusat peccata, quæ ex ipsa pro-  
 veniunt. Quod ita fieri solet. Primò  
 cum homo non expendit rationes con-  
 scientiæ suæ. 2. Non ponderat obli-  
 gationes sui status. 3. Quando non pe-  
 tit aut admittit, à quibus potest capere  
 consilium. 4. Denique non ipsi curæ est  
 Deo supplicare pro interna illustratio-  
 ne. Quare ea peccata, quæ in tali cæ-  
 citatis voluntariæ statu patrantur, dieun-  
 tur occulta, quia per incuriam ab hu-  
 jusmodi hominibus non cognoscuntur,  
 in quo casu loquitur Propheta: *Noluit  
 intelligere, ut bene ageret. Psal. 35.* Sci-  
 ens volensque oculis velum obducit, ne  
 aspiciat, clausisque fenestris solem ar-  
 cer, ne radius ullus in domum possit pe-  
 netrare. Nemo autem existimet pau-  
 cos esse invenire hujusmodi morbo in-  
 fectos. Utinam non esset eorum nume-  
 rus

eus maximus. Si enim rara essent huius culpabilis cæcitatibus peccata, ut sibi quidam imaginantur, non tam crebra in sacris literis vota audirentur atque suspiria, quibus lumen è cælo ad cognoscendas vias Domini sollicitatur, nec tam frequens petitio veniæ cum propriæ ignorantie detestatione, quæ aberrandi causa exitit, identidem repeteretur. Magna equidem multitudo cum fatuis virginibus errantium est, quibus in pœnam imprudentiæ illud occiditur *Nescio vos*. Non vos me agnovistis, neque ego vos agnosco. *Si quis ignorat, ignorabitur*, inquit S. Paulus, 1. Cor. 14. Ceterum major pars horum peccatorum consistit in omissione, & hinc minus advertuntur: quod evenire solet, quando negliguntur & non curantur peccata Dei charitati repugnantia, multo autem frequentius in ijs, quibus proximus ostenditur.

Circa omissionem præceptorum ad charitatem Dei pertinentium præcipue attendendum est ad negligentiam, quam permulti admittunt in addiscendis ijs, quæ sciri necesse est à Christiano ad mysteria fidei, ad Ecclesiæ Sacramenta, dignèque eadem percipiendi usum spectantia. Ita erunt nonnulli, qui neque nôrunt matrimonium esse Sacramentum, petentque à Parocho copulari absque ulla animi dispositione, aut devotione, quin etiam ipsos lethalis criminis argente conscientia. Idipsum accidit longè majore damno multis, qui confitendi modum ignorant, & quæ necessaria sunt ad recipiendam gratiam: unde persæpe accedunt absque dolore proposito, & dum peccatorum volunt evadere la-

queos, magis se fatigant. Hæc negligentia quanquam ordinariè gravi sit culpæ conjuncta, remanet occulta, in Confessione nulla illius fit mentio; denique inemendata perseverat: quanquam, ut ab hac cæcitate liberarentur, plus opus non esset, quàm interrogare eos, à quibus possent erudiri, & frequentare Ecclesias, uti tenentur, ubi ea doctrina explicatur. Hirundo pro cæcitate remedio utitur herbâ chelidonia dictâ. Quis nunc compareretur ei, quem, ut gravissimum hoc malum à se excutiat, piget non magno labore accedere locum, ubi herba ista virefcit. Prodit se hinc aliud peccatum ex occultis, magisque universale: est illud negligentia in extirpandis pravis consuetudinibus, jurandi & blasphemandi. Quot erunt sunt, qui nesciunt affirmare rem ullam, nisi juramento confirmatam? *Ita serus habet per Deum, Deus mihi sit testis perjuram, Deus me puniat, moriar*. His & similibus jurandi formulis utuntur asserentes levissima quæque, neque considerant, à se non modo absque necessitate in testem vocari Deum (quod est veniale peccatum) sed etiam nullo veritatis fundamento divinum per testimonium, vel certè non advertunt, cum verba sua cum veritate consentiant, quæ ne, quod semper gravem culpam habet annexam. Hoc ipsum sentiendum est multo magis de consuetudine blasphemandi, qua nonnulli Christiani adeo sunt irretiti, ut ad singula prope verba sanctissimum Dei nomen lacestant, Christi corpus & sanguinem contumeliosè invadant, ac pessudent, ita ut via plateam quis possit perambulare sine horrore

horrore & intimo doloris sensu, quo Christum rursus ab insolente plebe tractum per ludibrium cogitur intueri. Hi igitur malo affecti habitu & consuetudine seu jurandi seu blasphemandi, quando ad Confessionem veniunt, facile sua sese opinione putant expediri, si dicant, se tale habere Consuetudinem, ideoque abstinere non posse, deinde, se juramentis uti citra ullius damnum, blasphemare incitatos irâ, neque se intendere injuriam inferre Deo: itaque hujusmodi frivolis rationibus persuasi longius procedunt, enormia perjuria veluti officiosa mendacia evomunt, & lapsissimas blasphemias non pleris faciunt, quam vulgaria impatientiæ signa, neque sentiunt fetorem proprii anhelitus, tamen adeo putidum, ut pestilentior ex ipsis inferni faucibus non possit exhalare. Atque hac ratione remanent in eorum conscientijs occulta peccata, dum illa nunquam sincerè detestantur, neque perpendunt, quòd contractam consuetudinem jurandi vel blasphemandi magna adhibita diligentia teneantur excipere, commendando se per preces divinæ bonitati, ac serium concipiendo emendandi propositum, & pro viribus elaborando. Supperunt ad hunc finem remedia præsentissima, cujusmodi sunt, visitare templa, vacare orationi, spontanea afflictio seu mortificatio, elemosynæ largitio, quoties iterantur relapsus. Suadet D. Chrysostomus tanquam opportunissimum antidotum adversus linguæ vitia, abstinentiam & jejunium, quo veluti freno ejus domatur licentia, Quòd si nihil istorum tentare lubet, negligentia talis atque sordida nova

culpæ reum facient, atque ut loquuntur Doctores, constituent hominem in statu continui peccati mortalis, quo tanquam à febris continua exhaustus vivere desinat.

Sunt præter modò enumerata alia quoque ex culpabili inadvertentia profecta peccata, proximi charitatem concernentia, cujus præcepta præcipuè in his quatuor consistunt. 1. In dilectione inimicorum. 2. In elemosyna. 3. In correctione. 4. In evitando scandalo. Quod ad primum attinet, multi sunt, qui loqui dedignantur & refugiunt, à quibus offensi sunt, licet nemini hoc officij genus soleant denegare, ita cum fuerint salutati, non resalutant; si cognati sint, non erga eos se gerunt, quemadmodum erga ceteros consanguineos, quavis occasione exacerbati animi signa præferentes acceptæque offensæ vivacem memoriam palam ostendentes. Sed ecce, quibus doloribus hanc suam agendi rationem depingant. Verum est, inquiunt, quòd benevolus ipsi non sim, sed neque ipsi malè volo. Permitto ipsum agere res suas: & hoc satis est; nec enim ego antea ab ipso plura recepi. Et hujusmodi excusationibus sibi metipsis fucum faciunt, persuadentque se ad plura facienda non obligari. Sed vehementer se fallunt, Christus Dominus quamplurimis in locis præcipit non solum ut proximo non velimus malè, sed ut eundem quoque diligamus. *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos: diligite alterutrum: diligite invicem: diligite inimicos vestros.* Neque satis est, non velle alteri in animo malè, necesse

est illud ipsum etiam, quod sentit, demonstrare; unde cum alteri non loqui clarum sit latentis odij indicium, semper tenemur cum eo sermocinari, tum ad tollendum scandalum, tum ad subtrahendam occasionem, ne alter diutius inimicitiam retineat. Imò obligamur etiam, ut primi simus in salutando quocunque tempore, tamen non fuerimus salutati, aut resalutemur. Qui secus agit, viperam intra conscientiae sinum latentis peccati mollibus exculationum infirmarum herbis fovet.

Simili modo nidulantur peccata in animis quorundam divitum, qui immoderatis sumptibus luxum alunt, supra quam illorum conservandi status ratio exigit, vivuntque immemores præcepti, quo obstringuntur ad enlargendam eleemosynam non solum in extremâ sed etiam gravi necessitate constitutis, quando hi absque magna difficultate sustentationem habere non possunt. Hoc illi non considerant modò, quia nolunt intra animum admittere cogitationes, quæcunque molestiam afferre solent; at experientur & sentient olim in supremo vitæ termino, quando citati à Judice ad reddendam rationem, confusi peccatum hoc suum cogentur intueri, & clarè intelligere, quam multis casere debuerint inopes, quæ abundanter equis & canibus alendis objecta sunt. Et longè tristior illos manet confusio, qui dominium aliquod sive in sacris sive profanis habent; hi enim non solum ad faciendam eleemosynam sunt obligati, cum rogantur, sed etiam tenentur investigare pauperes, eorum miseriam inspicere, ut illam sublevent. Equidem sunt, qui

pauperes indagant, at solum ut vili pretio ad se trahant, quæ miseri difficilis annonæ tempore coguntur alienare, vel ut pecuniam subministrant cum nobili usura. Et sic arbitrantur se pauperum opitulari calamitati. Aliter sentiet, qui rem æqua lance expendet, dicetque eos miseri oviculis graminis nonnulla obijcere, ut opportunius lac exprimant, lanæque exuant, aut etiam deglubant.

Tertia classis occultum peccatum in sinu suo foventium, ex ijs constat, qui facillimè tempestivâ admonitione, aut delatione errantem retrahere & gravia proximi mala possent impedire, nocumen faciunt, dicendo, nulla se lege obstringi curandi aliena; sed propria. Quis verò excusabilis esset, qui verbo unico viatorem à periculoso vado pollet abstrahere, cum eundem progressi fueret atque submergi. Nolunt isti attendere præcepto de correctione fratrum multoties à Christo inculcato, ubi spes est lucrandi salutem proximi, eumque adversus peccatum mortiferum protegendum. Dominus, inquit Sapiens, mandavit unicuique de proximo suo Eccl. 12. An non videtis, quantum imminente naufragii periculo nautæ collaborent, sibi que vitæ ferant subsidium, proijciunt removi funes, remos, tabulas & quidquid subsidio esse potest cum morte luctantibus. Simili ratione adjuvari à nobis oportet proximos in damnationis discrimine versantes.

Dénique supersunt occulta peccata scandali, quod committitur, quando vel studio & directè quis intendit alterum inducere in peccatum, aut saltem indirectè pravo suo exemplo invitat, nulla illius

illius habita curâ. In his casibus præter alia peccata violatur charitas posito offensionis lapide, in quem impingit proximus. Et quis hæc perpendit? quis se horum in Confessione reum facit, cum quotidie propè, sive verborum, actionumque levitate & in honestate in suum cupiditatum retia impellant animas, esca illiciant, scelerum Magistri innocentiam perditum eant: Hi sunt diabolici aucupes, de quibus conqueritur Dominus apud Hieremiam: *Inventi sunt in populo meo impii, insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes & pedicas ad capiendos viros. Hierem. 5.* Cæteri aucupes ærem, hi cælum evacuunt, Quid enim aliud agunt, quam ut animas è paradiso raptas ad infernum derurbent. Væ illis! non meæ sunt hæc minæ, sed Christi Domini: *Væ per quem scandalum venit, Matth. 18.*

Scandali hujus culpam præ reliquis incurrunt carnis vitio dediti. Non enim ipsimet libidinum suarum sordes advertunt (quemadmodum assueti sulphuris fœtori intra montium cavernas vivunt fosfores) cumque facillimè labantur, facillimè quoque secum alios in ruinam pettrahunt. Volui inter vicia occulta peccata istud èd ardestiùs perstringere, non quòd judicem, hujus malitiam esse incompetam, sed ne fortè non omnibus ejusdem enormitas sit manifesta & perspecta. Ex perniciosissimis erroribus, quibus mundus involvitur, est, quòd fallaciter persuasus rarissimos sibi fingat casus in carnali vitio & agnoscat. Multos est invenire, qui liberè se hujus proffitentur patronos. Audent fragilitatis pallio cohonestare

& tantum non necessitate coactos absolvere. Et si aliud non efficiunt, minorem criminis istius æstimationem, quam necesse est, hominum animis inducunt. Ah excutite aliquando larvam huic monstro & deprehenditis, quanta subsit turpido & seditas. Angelicus Doctòr 2. 2. q. 54. art. 3. Instituit quæstionem atque expendit theologico rigore gravitatem hujus criminis, ac demum concludit: simplicem quoque fornicationem graviorem in se continere culpam, quam ullam aliam cujuscunque peccati, quod contra proximi charitatem committitur, homicidio solùm excepto. Major enim est furto, quo fortunæ bona capiuntur, Major detractione, qua fama læditur & denigratur. Etsi illa inferior est homicidio, id provenit ex eo, quòd libido opponatur & injuriosa sic ac noxia vitæ primùm nascitur, homicidium autem vitæ jara nati, iraque ubi illa prohibet aditum ad possessionem, istud ab eadem exturbet. Quòd si hæc cum veritate sentimus de fornicatione, multò magis locum habebunt in cæteris luxuriæ speciebus, quæ connexum habent vel sacrilegium, cum peccantes sunt castitatis voto Deo consecrati, vel injustitiam, cum matrimonij vinculo sunt illigati, vel aliam hujus generis malitiam. Qui Proverbiorum caput sextum perlegerit, inveniet peccatum furti dici parvum in comparatione libidinis; non ideò quòd absolutè modicum videatur, cum sit gravissimum & plurimis Scripturæ sacræ testimonijs damnatum ut horribile & execrabile vitium, sed quia parvum est respectivè, veluti à mare mediterraneum

neum dicimus parvum, quod tamen maris nomen retinet etiam cum vastissimo Oceano collatum. Accedit, quod reliqua peccata animam duntaxat contaminent, carnale autem teste Apostolo præter animam etiam corpus inquinat atque commaculat, quod tamen mundum conservari deberet veluti templum Dei. Plus deprimit hoc vitium sua spurcitia, quam ullum aliud ex cæteris: unde legitur apud Ecclesiasticum quod *omnis mulier, quæ est fornicaria, quasi stercus in viâ à prateruentibus concubabitur Eccl. 9.* Offuscatur intellectum, turbat rationem & brutis reddit similiores. Reliqua peccata una alterave vice admittuntur; luxuria nullo se numero vel termino patitur concludi. *Fornicati sunt & non cessaverunt.* inquit Oseas Cap. 4. Quam multi sunt, de quibus affirmari potest, *Pf. 57. Erraverunt ab utero!* videnturque cum lacte suxisse venenum hoc, & fasciarum loco ab infantia iniquitatis vinculis fuisse ligati, nunquam nisi cum vita ea deposituri. Peccatum istud hoc præ cæteris in se habet, ut non facile quemquam sinat respiscere, & ad Deum reverti, juxta illud quod in *Osea Cap. 5.* legitur: *Non dabunt cogitationes suas, ut revertantur ad Deum, quia spiritus fornicationum in medio eorum.* Siquidem tanta peccandi assuetudo, & fætida voluptatis usus atque frequentia adeo vincunt, debilitant, fascinant, suæque potestatis faciunt voluntatem, ut etiam cum volet ex cæno emergere, cautè admodum sit agendum & cavendum, ne alius eadem immergatur. Licebit ergo cum Isidoro sentire & concludere: *Magis per carnis*

*luxuriam humanum genus subditur diabolo quam per aliud peccatum. L. 1. de summo Bono C. 36.* Sed unde opem petamus, & præsidium? si funditus nostrum istud desideramus evellete, accipiamus fulmen ex divinae Iustitiae officinâ, estque Odius summum, quo Deus illud abominatur. Maximum supplicium, quod Deus Omnipotentis sue brachio de peccatoribus sumptis, sicut cataclysmus, quo universam gentem humanam majore longè numero condens quam nostris temporibus haustum aquis peritit, octo duntaxat capitibus per Arcam subtractis. Et hæc immensa equarum moles nihil spectabat aliud, quam ut acdentem luxuriæ rogam extingueret. I nunc, & innumera cadavera cogitando collige, marcida esse in unum cumulum montis instat cingere, hancque superimponere epigraphem: *Hæc est Iustitia, quam Deus exercet contra libidinosos.* Ac tum si audes, dic libidinem leve solummodo esse peccatum, & balsamum sordibus asperge.

\*\*\*\*\*

#### CAPUT IV.

*De aliis peccatis occultis, quæ magis propria sunt civis statui.*

Quemadmodum extant Leges, quæ in genere omnes attingunt & obligant Christianos, sic quoque inveniuntur cuius statui propria & particularia præcepta, quibus non omnes sed ij solum, qui ejus conditionis sunt, obstringuntur.

mur. Circa hæc multæ accidunt ignorantie culpabiles. Afferam ex ijs nonnullas, quæ frequentius solent evenire, unde cæteras deducas, & discas saltem dubitare & indagare: quippe idem præceptum, quo servus jubetur mandata Domini sui exequi, exigit quoque, ut ejusdem habeat perfectam voluntatem. Qui secus agit, suam animam fallit ignorantia affectata, eosque imitatur, qui juxta Sapientis verba *Proverb. 1. Moluntur frandes contra animas suas.*

Ex hoc numero sunt 1. Sacerdotes ille, qui ad hunc sublimem dignitatis gradum ascenderunt modicâ tincti litteraturâ, nullamque posthac curam habent, quo modo se reddant idoneos, tum ad discendo linguam latinam, tum eam scientiam sibi comparando, qua, uti requirit Concilium Trident. Sess. 23. C. 4. & populo tradere possint fidei vitæque documenta, & quæ pertinent ad administrationem & bonum utum Sacramentorum. 2. Huc revocandi sunt illi Sacerdotes, qui habitu veriùs militem, quam Clericum repræsentant nullo clericalis tonsuræ signo apparente. 3. Qui maxima festinatione Missæ Sacrificium deperant, cibo vescuntur angeleco, vel potiùs (uti beatissima Virgo nonnemi revelavit) canum instar objectum bolum deglutunt. 4. Qui palam se turpi captos amore ostendunt, choreis & tripudijs intersunt, cauponas frequentant cum insigni Sacerdotalis status nota & contemptu. 5. Qui domi suæ retinent mulieres suspectas obmurmurante populo. 6. Qui plura in se recipiunt Sacrificia, quàm longo tempore valeant sac. facere. 7. Qui beneficia a

*R. P. Segneri Instruct. Poenitentis.*

depri sunt per pecuniam. 8. Qui non elemosynæ attribuunt ea, quæ de redditibus supersunt congruæ sustentationi, sed sæpius largiuntur secularibus, aluntque ex altari illos, qui non serviunt altari, imò non rarò noxij sunt & inimici.

Hi sunt defectus circa obligationem omnibus Sacerdotibus communem, quibus jungendi sunt proprij ac particulares Pastorum, qui animarum curam gerunt. Considerent primò quàm graviter peccent, ambiendo & suscipiendo in se curam Ecclesiæ alicujus, non pascendi gregis causa, ut loquitur Propheta, sed suimet. Involant in hoc munus nullo instructi necessario scientiarum præsidio, & præsumunt portare onus angelicis quoque humeris formidandum. 2. Graviter delinquant, si vestium Sacerdotalium mundiciem negligunt & Sacerdotum vaforum omniumque eorum, quæ tremendo Missæ Sacrificio subferviunt. 3. Si ultra tres menses intra anni unius spatium absunt à pastoralis cura non facta debita provisione. 4. Si recusant confitentibus aures præbere, rationabiliter postulantibus. 5. Si prætermittant sudiores inter confitendum prudenter interrogare, neque ijs declarant peccatorum suorum gravitatem, sed magis levissimas poenitentias injungendo ob enormia crimina animum addunt sua facilitate ad ea ipsa repetenda, itaque à se dimittunt. 6. Si non tradant Doctrinam Christianam, neque subditos suos doceant modum bene obeundi Sacramenta Confessionis, & Communionis, licet summa ipsis incumbat obligatio tam jure divino (dicente Chri-

C.

sto



Ho *Pasce oves meas*) quàm positivo ex præscripto Concilij Tridentini Sess. 5. Cap. 2. ut quovis die festo populum erudiant, data Episcopis potestate eos excommunicandi, qui ultra tres menses officio suo defuissent. Hinc æstimare licet peccati gravitatem, cum nunquàm tale fulmen vibrari soleat, nisi in delictum proportionatum, & medicus non nisi in extremis malis utatur sectione. Nihil valet eorum excusatio, qui dicunt, defectum esse populo adscribendam, qui renuit audire templa. Allicendus est, Qui locatum sibi à Principe locum aut piscinam possidet, necesse est, ut vel artem inveniat, qua pisces incerta cogat, vel pacto renuntiet, alioquin indemnus non erit, Principe locationis pretium exigente.

Pari ratione observanda sunt ea, in quibus obligationi status sui defunt patresfamilias, qui 1. Uxores suas atrociter verbis exagitant, & plagis onerant, veluti non essent thori sociæ, sed vilissima domus mancipia; 2. Qui lusu dissipant rem familiarem, unde liberi deberent sustentari. 3. Qui eosdem non mittunt ad excipiendam Christianam doctrinam. 4. Qui domesticis non præeunt bono exemplo, sed magis verborum scurrilitate morumque pravitate duces se præbent ad omnem licentiam. Qui filias mittunt ad choreas, & quoscunque conventus juvenum, cum quibus sine arbitris solæ tanquam oves inter lupos versantur, spe nempe easdem Matrimonio elocandi. 6. Qui violenter rescindunt sponsonem Matrimonij, ne quid, uti prætendunt, detrimenti familia capiat, si filia essent dotandæ, aut filij legitima por-

tionem instruendi. 7. Qui ob patrem avaritiam liberos cogunt ingredi religiosam ordinem, aut eisdem à Deo vocatos quibuscunque artibus avertunt, ubi circa posterius advertendum est, licitum quidem esse explorare vocacionem, at experimenti nomine non verere, si adolescens parentis Oceani fluctibus medius exponatur, ubi forsitan Deus paratus non est offerre auxilium, propterea enim illum invitat ad portum.

Errant quoque rei familiaris prædes ac Domini, primò qui famulos diebus festis compellunt laborare. 2. Quibus curæ non est eorum vivendi ratio, sed liberè malè agendi occasiones permittunt famulis cum alijs servis. 3. Qui non instruunt in mysterijs, sed necessarijs, neque procurant, ut ab alijs doceantur. 4. Qui pactione cum ipsi inicit non stant, qui creditoribus satisfacere nolunt etiam possint, quantumvis aliquo suo incommodo. 6. Qui mercedem inhihent operarijs & difficiliter præbent miseris, quos totis diebus venando currendò que fatigantur, ad præbendum alimenti tantillum, quantum canibus quidem suis atque equis degant.

Peccant negotiatores 1. Qui eos, quorum utuntur opera, promissæ mercedis loco suas obtrudunt merces. 2. Qui corruptas fallaciter vendunt & dilahunt. 3. Qui imperitis emptoribus merces supra justum pretium divendant. 4. Qui summum pretium augent parum pensi habentes, an revera incurrant tantum periculum, & tanto lucro priventur, quæ aded exaggerant titulis damni emergentis, & lucrì cessantis, quos le-

pius malè intelligunt & pejus applicant  
 ij, qui divites fieri cupiunt quibuscun-  
 que modis, & uti ostensum est Prophe-  
 tæ Amos, qui unco ad se fructus arborum  
 attrahunt, quos manibus nequeunt  
 apprehendere. 5. Qui merces compa-  
 rant à filiis familias, aut alijs ejusmodi,  
 quibus licitum non est eas alienare. 6.  
 Qui etiam rogati latens vitium nolunt  
 manifestare. 7. Qui merces improbas  
 probis permiscunt, & distrahunt pretio  
 integris & incorruptis constituto. 8.  
 Qui utuntur pondere & mensura iniquis,  
 & cum semel atque iterum modicum  
 quid subtrahunt, non sibi ducunt reli-  
 gioni, neque advertunt fraudes hujus-  
 modi ab eo observari, qui falli non po-  
 test. *Ne quis supergradiatur, neque cir-  
 cumveniat in negotio fratrem suum, mo-  
 net S. Paulus, quoniam iudex est Domi-  
 nus de his omnibus. 1. Thim. 4.*

His accensendi sunt Tutores, qui pu-  
 pillorum administrant hereditates, ne-  
 gociantes cum illorum bonis absque le-  
 gitima potestate & cum dispendio. 2.  
 Advocati, qui iniquas causas defenden-  
 das suscipiunt, neque clientes suos edo-  
 cent. 3. Iudices, qui acceptant munera,  
 causas negligunt eorum, qui nihil of-  
 ferunt, processus supprimunt expugnati  
 pecunia, qui denique officium tale ge-  
 runt absque sufficiente doctrina. 4. Lu-  
 sores, qui se artis lusoriae imperitos si-  
 mulant, ut alterum alliciant ad collu-  
 dendum. Qui tempus salutis animæ de-  
 bicum lesu perdunt. Qui ludunt cum  
 damno suæ familiæ, & offensione uxo-  
 rum, qui colludunt filiis familias, eo-  
 rumque factis connivent, ut habeant,  
 quo lusum prosequantur.

Denique prædictorum numerum au-  
 gent quàm plurimi juvenum, qui se turpi  
 amori penitus mancipant, ac in præ-  
 dam obijciunt, expoliandos. Qui, eo  
 quod ultimum flagitij actum non com-  
 pleant, pro nihilo habent verborum ob-  
 scenitatem, & inhonesta desideria,  
 tanquam peccatis non essent adnu-  
 meranda, & palliando effrenatam libi-  
 dinem specie consuetudinis, amoris, fal-  
 lendi temporis & oblectandi animi co-  
 lore, papilionum instar ad ardentis ce-  
 rei lucem circumstrepunt suæ incurij  
 salutis. Et quid denique hoc aliud est,  
 quàm in continua occasione mortaliter  
 peccandi vivere sine animo eam dese-  
 rendi.

Omnia hæc peccata præter alia, quæ  
 ex ijs deduci possunt, talis sunt condi-  
 tionis, ut voluntariam afferant cæcita-  
 tem, nec in conspectum veniant, man-  
 neatque occulta eorum malitia, quem-  
 admodum medicorum pilulæ auri folio  
 vestiuntur, ne percipiatur à sumenti-  
 bus amaritudo. Eadem ratione deli-  
 cta vel non deteguntur in Confessione,  
 vel ex consuetudine solum recensentur,  
 & sic graviores fæces remanent in fun-  
 do cordis: *Et sax ejus non est exinanita.*  
*Ps. 74.* Ideoque evenit, ut in mortis ar-  
 ticulo res longè aliam induant faciem,  
 quàm nunc appareant. O quanto a-  
 pertiùs multa conspiciuntur mortali ce-  
 reo prælucente, quæ nunquam antea  
 fuerunt observata! Talpæ, uti naturalis  
 historiae Scriptores memorant, visu, dum  
 vivunt, sunt orbata, oculos tamen, pri-  
 usquam vivere desinant, aperiunt. Id-  
 ipsum multis accidit Christianis; at quis  
 dicat, quanto eorum periculo; quippe  
 subito

subitò fœdissimorum scelerum aspectu, quæ priùs levia putabant, exterriti ac prope exanimati, haud multum absunt à desperatione. Refert Ioannes Climacus Grad. 7. de quodam Monacho, nomine Stephano, cui post quadraginta annorum pœnitentiam Dæmon quædam peccata occulta objecit sub ultimam vitæ horam, tanto moribundi tremore, ut dubia manserit ejus salus.

Itaque ut medicina huic malo afferatur, quod tanto gravius est, quò altius intra venas abditum latet, recurre imprimis ad Deum & humillimo mentis affectu ora supplex, ut si quidpiam hujus veneni malitiosè absconditum cordi tuo inhaereret, id clementissimè dignetur aperire. Recordare, Josue ceterùm sapientissimum Ducem à Gabao-nitis deceptum, propterea, quòd antequam Legatorum postulatis daret responsum, sem in oratione Deo non proposuisset examinandam. Suspira proinde ex animo ad Deum & dic: *Deus meus illumina tenebras meas. Deus meus emitte lucem tuam, & illumina faciem meam, nec permittite, ut prævalent adversus me tenebræ & caligo mortis.* Deinde diligenter inquire in obligationes tui status, interroga eos, qui consilium possunt suggerere, nempe virum peritum moralis Theologiæ, aut doctum Confessarium; elige viam semper securiorem, nam, uti Christus monet: *lata & spatiosa via est, que ducit ad perditionem. Matth. 7. Noli ergo in actionibus sequi plurimum vestigia: Non sequeris turbam ad faciendum malum.* ait Dominus Exodi 23. Nec te sine à torrente abripi instar evulsæ arboris.

Quid refert, tametsi à coetaneis tuis, & qui tux sunt conditionis, hoc optum fieri non videas? quid tum, si viam istam non teneant, dummodo probata sit de bona. Dic cum Propheta Michæa, pergant reliqui, quam cuivis placuerit, ambulare semitam, at ego quam semel ingressus sum, non permutabo, viam. *Omnes populi ambulabunt unusquisque in nomine Dei sui; nos autem ambulabimus in nomine Dei nostri in æternum, & cetera. C. 4.* Si Christo docente didicisti, peccam esse angustam, & viam arctam, que ducit ad cælum, quid plura scire desideras? Melius est salvari quam pati, quàm perire cum multis. *Quam angusta porta, & arcta via est, que ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inveniunt eam. Matth. 7.*



## CAPUT V.

## De Examine circa cogitationes.

Qvod in civitate munita majore vigilantia custodiri solet, est cæterum. Eodem studio ab anima defendendum est cor contra peccata cogitationum. *Omni custodia serva cor tuum, Prov. 4.* Verùm multi sunt, qui parvi faciunt hanc custodiam. Delinquent facile, nec errores suos reputant. Unde venit, ut minorem numerum peccatorum in Confessione explicent. Oportet ergo statuere, in quo peccatum cogitationis consistat, ut discatur, qua ratione examen sit instituendum. Quemadmodum, qui principis allo-

quito

SEGNE  
CONCORDIES  
INSTRUCH  
Pœnitentia  
Confessio  
Parochia

quo frui desiderat, eum prius oportet adire palatium, per scalas ascendere, ac multa transire conclavia, usquedum ad ipsius Principis conspectum perveniat. Sic objecta illa iritantia, priusquam ad intimum voluntatis conclave penetrent, debent per multas potentias obtinere accessum. Primò intrant per sensus externos, visus, auditus, odoratus, tactus, & gustus, qui portarum instar sunt. Dein procedunt ad sensus internos, per quos veluti scalarum gradus ascendunt. Hinc phantasiam subeunt similem amplissimæ aulae; tandem post longam conclavium seriem ad intellectum ac denique voluntatem pertinent, licet hæc omnia brevissimo temporis spatio absolvantur. Priusquam voluntatem ipsam occupent cogitationes, peccaminosæ non sunt, sed meræ tentationes, quod si illam assequantur, peccatum contrahit, si consentiat & amplectatur; uti vicissim præmium meretur iis repudiatis. Notandum est, duplici modo hic à voluntate posse peccari. Primum *Desiderio*, quando voluntas ardentè & efficaciter desiderat & decernit rei executionem, veluti cum quis inimicum conspectum desiderat interimere. Alter modus est *Complacencia*, cum voluntas non quidem petit opere ipso exequi, quod propositum est, sed se se eodem oblectat, & ex prohibito objecto quandam percipit voluptatem. Ut cum quis inimicum suum ab alio occisum intuetur, sibi que in ejus aspectu complacet. Et hæc complacencia appellatur *Delectatio morosa* à mora, qua voluntas ei hæret affixa. Extendit se tam ad peccata præ-

terita, quàm futura, representatque objecta, tam quæ esse possunt, quàm quæ esse omnino non possunt. Ubi intelligi poterit gravissima deceptio, qua sibi ipsis fucum faciunt multi hominum: qui tam libenter impudicos miscnt sermones, tanquam grandia & heroica recenserent facinora, seque postea excusant & dicunt, non se habuisse animum opere complendi verbis prolata. Parum interest, etsi desiderium nullum concipias; si voluntariè delectaris, tibi que obscena placent objecta, in grave peccatum morosæ delectationis prolaberis. Qui in lusu pilam non eo momento, quo advolat, paratus est repercutere, vitium committit, ut ergo prævertat errorem, quid agendum? tempestivè reverberanda est. Ita hoc loco moneo & horreo non solum, ut peccata cogitationem diligenter examinando discutias, verùm, quanta potes vigilantia caveas, resistasque principio tentationum. Torrentem transili, antequam intumescat, neque cunctando hostem roborari permittes, citò opem divinam implora, qua liber evadas; allabora cogitationes malas bonis & salutaribus velut clavum clavo repellere. Ni hoc feceris, prævideo evidens tuæ damnationis periculum: idque ex duplici capite. Primò quia cogitationis peccatum oritur facillimè, quando ad operis executionem concurrere debent multæ circumstantiæ, quæ raro omnes conveniunt: ita peccatum opere complendum præcedunt magno numero desideria mala, sæpe mente integro aut etiam anno continuata. I nunc & calculum subduc immanis cumuli grandium peccatorum


catorem, quo misera oneratur anima, adeo ut nisi per infinitam Dei misericordiam staret, mundus ipse tanto ponderi sustinendo impar foret: atque hæc causa est, cur tanto difficilior sit istorum conversio, quanto difficilior est mancipio carnis onerato fugam arripere, aut ægro pestiferis ulceribus correpto ad pristinam redire sanitatem.

Alterum, unde luculentum damnationis periculum enascitur, caput est, Quod sub extremum vitæ terminum, nisi Divina Clementia miraculo prope sue gratiæ submittat auxilium, vix appareat, quæ ratione longo usu & consuetudine depravati homines ex occurrentium cogitationum fluctibus, quibus obruantur, possint eluctari: quandoquidem eo temporis articulo dæmon vires omnes ad vindicandam sibi animam, veluti bellidux, robur exercitus colligit die, quod cretoria pugna est ineunda, aciem & industriam omnem ad signa convocat. *Descendit diabolus ad vos, habens iram magnam, serens quod modicum tempus habet. Apoc. 12.* Novit avernalis hostis, modicum sibi superesse temporis, quo elapso spem sibi quoque prædæ ereptam, eam verò semel apprehensam nunquam amplius è manibus rapiendam: & hinc mirum non est, eum tanto favore & impetu aggredi moribundos. Porro atrocissimum hoc prælium totum geritur cogitationibus. Opere enim ob corporis debilitatem vix peragi quidquam aut peccari poterit, etiam cum luberet. Quando igitur suo detrimento miser peccator hanc pugnam inibit, undique oppressus incumbente tristitia, Vicini discriminis horrore assuetudine ut

aliàs in simili consuetudine fieri solebat, succedente & iubente facere dedicationem, pomorum usu ad spem victoriæ penitus subtracto: sed forsitan nunc aliquid præstebunt arma? Nostis selectissimam armaturam Saulis nihil præsidij acutillæ Davidi, eò quòd non esset assuetus eum gestare, capioque experimento dixit: *Non possum sic incedere, quia non vim habeo, & deposuit ea. 1. Reg. 17.* Idipsum faciet peccator, ideòque nudus & inermis à fronte excipiet hostem invisibilem, astutissimum, summam vi atque impetu irruentem, à quo si vitæ pugna excesserit, actum est de summa rei. Resert Surius de S. Elzeario, eum jam morti propinquum cæpisse vultu impallidescere & turbari, itaque per aliquot dies temporis spatium perstitisse, demum invocata pristina serenitate in ejusmodi prorupisse verba: *O! quanta est dæmonis potentia & robur in tentando sub vitæ finem. His dictis expiravit.* Sit itaque tantæ vires dæmoni sunt in ultimo momento adversus ejusmodi Sanctos, qualis hic fuerat, qui non solum ab omni graviore scelere erat immunis, sed unacum sponsa florem virginitatis Deo consecratum coluit, Angelico candore intra conjugalem thalamum propè miraculosè conservato: quid miseris illis eveniet, qui à pueritia, usque ad supremum vitæ terminum obsecrationibus nutriti consenuerunt, ut peccandi habitum sibi connaturalem fecisse videatur; unde cum hæcenus ipsum peccatum potius instar hauserint, *habetur sicut aquam sequitatem.* Qui fieri poterit, ut præstantissimi saporis illicio non patienti attrahi? quomodo gustum

visum tentationis insulcum perferent, qui modo non expectata vi se dedunt? Qui levis auræ flatu prosterantur, quomodo consistent violento impulsu ventorum turbine? Qui tenuis filum nequit abrumperé, quomodo distrahent rudentem? Et qui ob vitium debilitatem liberam ab ostio valvæ non valet removere, quomodo ferreis obstrata repagulis claustra perfringet? O quot Dei beniguitate tempore ad poenitentiam concessio fruebantur, qui in sine demum vitæ suggestione diabolicâ & suamet inolitâ consuetudine inclinante everti perierunt? Quantum profuisset miseris & nunc æternum damnatis, si assuevisset mox in principio resistere tentationi confugiendo ad opem divinam, Deiparæ Virginis aliorumque Cælitum præsidio invocando, formando, seque triumphantis crucis tessera ligando, exercendo oppositos virtutum actus, protestando & optando millies prius mori, quàm præbere assensum? sed nullas nunc superest locos poenitentia, Ultere ergo his remedijs, dum tempus sit, fac ut ipsa tentatio tibi stimulus sit revertendi ad Deum. Noli bruto & stolido illorum duci sensu, à quibus ita peccata interna vilipenduntur, ut ea pro nihilo habeant, propterea quia executioni data non fuerunt; sed pro certo habes tanti ponderis esse in Dei oculis cogitationem absque opere, quanti iplum opus. Non est necesse, ut conjuratio sortiatu effectum ad incurrendum læsæ Majestatis crimen, sufficit illam in arcano fuisse decretam, Ideo quando cogitationes contra Deum conantur, cui magis perspectæ sunt, quàm

ulli principum rebellio suorum subditorum, partim culpam minuit, si opere in publicum non prodeant. Quare si bene tibi vis consulere, quamprimum intra te tumultuationem experitis, mox ad Deum recurre, seditionis motus ei revela, fidelitatis juramentum renova, sponde constans obsequium, itaque tutus evades. Cùm ad Confessionem te accinges, sedulo perquire, num aditum tentationi aperueris, & præcipue investiga, an non occultis odiis, aut vetitis amoribus sis implicatus? Ita siquidem & concupiscentia duo fontes sunt, ex quibus hujusmodi promanant desideria, suntque geminæ sanguifugæ identidem clamantes. *affer, affer.* Atque hæc industria efficiet, ut nunquam intra conscientia sinum mortiferum peccati virus deliteat, ex quo sempiternam animæ tuæ mortem pertimescas.



## CAPUT VI.

### De Doloress necessario

#### Pœnitenti.

QVI ad venationem egreditur, ei satis non est, ferarum vestigia deprehendisse, sed quanta potest, maxima contentione irretitas nititur conficere, in quo omnis adhibita operæ pretium est collocatum. Sic qui se præparat ad Confessionem, acquiescere non debet vocatis in notitia peccatorum monstris examinis beneficio, sed oportet eadem valido doloris ictu contundere ac trucidare. Et hic est fructus bene peracti examinis. Non ferendus quorundam mos habet, ut omnem operam impendant

dant indagandis malefactis, & dein nulla habita doloris cura Confessionis Sacramentum accedant; rati se optimè paratos acque dispositos. Quid iuvat errores habere detectos, si dolore non evitantur? Quid, inquam, utilitatis afferat Confessio, cui pars deest essentialis, qualis est dolor seu contritio? Pro certo igitur statuendum est, validam non esse Confessionem dolore destitutam, qui saltem debet absolutionem imò iuxta multorum opinionem etiam ipsam Confessionem præcedere. Doloris nomine non intelligo sensibilem, lacrymis & suspiriis conjunctum, sed detestationem, qua voluntas peccata odit, & execratur vellètque nunquam perpetrata, ac deinceps posthac non amplius committere; tamen detestatio ista, cum intensa & fervens est, facile sensus quoque occupet & ad planctum permoveat. Porro dolor hic duplex est, unus perfectus, qui appellatur *Contritio*, imperfectus alter, vocaturque *Attritio*, Utrumque hoc loco exponam.

Quando anima se gravi contaminat peccato, tunc ut loquuntur Sancti, tergum Deo suo obvertit, vulvūque creaturas respicit, eas amando supra summum Bonum, de quo Deus ipse per Hieremiam conqueritur. *Vertentur ad tergum & non faciem Hierem. 2.* Contritio, quando anima respicit, concepto errorum suorum dolore, à creaturis se sursum convertit ad Deum. Quòd si ergo per hunc dolorem ad Deum suum tanto affectu revertitur, ut propria utilitatis penitus oblita unico ac puci amoris studio reconciliationem desideret, tunc veræ contritionis meretur ap-

pellationem, quæ nihil aliud est, quam dolor ob culpam, plus quam omnia mala exosam atque damnatam propter Deum supra omnia, quæcunque amabilia, amatum. Felicem te, si unquam in vita tua talem conceperis dolorem, & multò feliciorum, si vitam dolore isto concluderis! Hac ratione dolendi anima tui nive candidior veluti Baptismo abluta efficietur, abstergetque profus omnes culparum maculas, quamprimum salutaris Confessionis Sacramentalis balneo fuerit mundata. Qui dolorem istum concipit, habet dolorem summum quia peccatum præfert omnibus malis, habet & purum, quoniam unicè ex Bonitate Dei offensa procedit: ita quidem, ut eodem pœnitædinis sensu afficeretur, licet inferni cælique portas clausis videret, cum Davide Deum alloquens, *Tibi se peccavi.* Nam tamen peccando inmetipsum quoque offenderim, velut romphæâ bis acutâ animæ quoque meo vulnus infixi, lethale, istud tamen præ offensa Numinis dolore perinde nihili facio, ac si omnino non esset.

Quòd si verò Anima in conversione ad Deum se trahi permittit non ab amore, sed spe bonorum promissorum iustis oblata, vel metu penarum improbis intentato, vel feditate peccati annexâ, atque his rationibus permota culpam suam detestatur, tunc appellatur *Attritio*, hoc est conversio imperfecta & dolor ignobilior ob sua peccata, tamen ob motivum supernaturale, quo anima disponitur ad recipiendam gratiam per Confessionem, sine qua attritio eam non conferreret. Motivum ergo est, quod utrumque dolorem distinguit, perfectum

fectum & imperfectum, cujusmodi discrimen in filio & servo declaratur: ille dolet, quia patrem contristavit, non autem, quia hereditatis spe excidit, aut domo paterna fuit proscriptus, & sic unica doloris causa est Amor. Hic è contrario: affligitur metu & solitudine, ne à famulatu removeatur, mercede privetur propter suam negligentiam, moveiturque propriæ utilitatis studio & amore. Ex dictis deducitur triplex esse incitamentum seu motivum Attritionis. Primum est timor inferni, & pœnarum, quas Deus præparavit peccantibus. 2. Spes beatitudinis & præmiorum, quæ Deus promittit justis. 3. Turpitudine peccati sed lumine fidei agnita, ut dolor sit supernaturalis. Motiva verò Contritionis revocantur ad hoc unicum, quod est Majestas Divina à nobis per peccatum offensa.

Necessitas atque distinctio doloris hætenus exposita singulariter ac præcipuè observanda: sunt duplici hominum generi. Primum est eorum, qui in peccatis gloriantur, alterum, qui ex fiducia Confessionis peccant facilius ac libentius. S. Spiritus oraculum est, à peccatore, cum altius flagitiorum cæno immergitur, demum rideri & contemptui haberi peccata, veluti rem levem. *Impius cum in profundum veneris, contemnit. Proverb. 18.* imò & videntur profundius in abyssum descendere, cum illa non solum contemnunt, sed in iisdem etiam superbiunt. O verè miseros & cæcos mortales! Nunc gloriam quærent ex malefactis & supremo die iudicij ab iisdem confusi & pudefacti montium ruinis cupient regi & sepeliri. Sed ut ad

R. P. Segneri Instruct. Poenitentis.

propositum nostrum revertamur. Illi, qui se ob peccata jactant, non solum grandem incurrunct culpam, sed clarè ostendunt insuper, sibi necessarium deesse dolorem, quando confitentur. Hi sunt ex eorum grege, de quibus in Proverbiis sermo est, quia *quasi per risum operantur, quia letantur, quia exultant.* Quis sibi promittat tantam hilaritatem usu altè impressam postea repentè permutari posse pœnitentis dolore? Difficillimum est credere ejusmodi hominibus sua displicere scelera, qui ob hæc ipsa ab alijs volebant celebrari. Grandis labor est, ut verum fatear, uno momento animum ita inflectere, ut veluti monstrum abominentur id, quod paulò antè instar catelli gremio blandè fovebant & educabant.

Aliud hominum genus sæpe sapius sine dolore confitentium est, qui, cum peccarunt, dicere solent: *jam confitebor, salva res, si fuerit Confessio.* Hi manifestè ostendunt simili loquendi modo, se non apprehendere necessitatem doloris, sed judicare, satis se facere, si confessario errata sua percesseant; alioquin stultum esset dicere: committam peccatum istud, & postea confitebor; quia hunc sensum verba exprimerent: committam peccatum, ac tum de eodem dolebo. At nemo nisi e notæ mētis operatur, ut habeat, cujus ipsum deinde pœniteat, tãòq; minus quanto voluptas brevior, & dolor consequens se longius in universâ vitâ extēdit. Præterquam quòd ex alijs quoque capitibus suam prodant stultitiam. Quid? rursus confitebor? At quis tibi securitatem præstitit temporis, quo copiam habeas confitendi? Et si nanciscaris hanc,

D certumne



certumne est, te rite Confessione esse perfunctorum? Eritne ullus, qui fiducia theriacæ, quam ad manum habet, imbibat venenum? Aut qui sibi ipsi vulnus infligat, dictitans, in promptu adesse balsamum. Scio præclaros atque insignes passim inveniri Chirurgos, nec tamen quemquam video, qui se ex alto in terram dejiciat voluptatis causa, & ossa collidat, ut ea postea sanet atque restauret.

Sed ulterius procedamus, demus te confiteri, & quidem bene; an ignoras, per Confessionem plerumque non omne auferri damnum, quod peccatum intulit? Non enim recedente febre continuo eriam fugiunt virium languor, ciborum nausea, noctesque insomnes. Remanent ejusmodi effectus, veluti reliquæ morbi depulsi, & efficiunt statum convalescentiæ, medium inter ægritudinem & perfectam sanitatem. Sic quoque restant pessimæ reliquæ culpæ, licet probè per Confessionem obliteratæ. Præcipuè autem duo solent relinqui, Pæna temporalis, & pravi habitus. Inprimis superest pæna permagna exolvenda, si ve in hac vita per pœnitentiam, si ve in altera per purgatorij ignes; & quando purgatorium audis, cruciatus intellige, qui in nullo differunt ab inferis tormentis, nisi quod æterni non sint; de reliquo adeo sunt horreni, ut miles quidam (uti recenset S. Antoninus P. 4. Tit. 14. c. 10.) qui unicam duntaxat horam pœnali detinebatur carcere, crederet, se multis annis eo torqueri supplicio; duratque sæpe numero tanto tempore, ut, quemadmodum in vita B. Mariæ Ogniacensis legitur, quidam non ante su-

premiu judicij diem his pœnis sint eximendi. *Va, va, va,* quædam ex animabus illic detentis, audita est à Religioso, exclamare, cui licuit purgatorij locum inspicere, *scio quædam ante diem judicij veniam non obtimebo.* Ita refert Cæthustianus 3. Noviss. Repeto nunc tuum illud, jam confitebor, quasi alia pœna non consequeretur præter Confessionem. Confitearis licet, at, ut rite id peragas, pœnitentiam quoque necesse est conjungas. *Va vobis, qui videtis mortem,* ait Salvator, *quia iugebitis & flebitis.* Luc. 6. 25.


Alter effectus deterior priore, ex commissis peccatis residuus etiam peracta Confessione, est habitus malus, qui ordinariè ob imperfectum & languidum nostrum dolorem non auferitur ex integro, tamen non nihil virium amittit. Surrexit redivivus è tumulo Lazarus, sed manibus pedibusque ligatus: figura hæc est peccatorum, qui licet ad vitam gratiæ redeant per Confessionem, resurgunt tamen etiamnum pravorum habituum vinculis constricti. Et hi mores ac male consuetudines ex maximis impedimentis sunt, quæ anima patitur in salutis suæ via: Nam cum sensim hæc quasi in alteram naturam transeant, grandis enascitur difficultas ad bene agendum, non secus, quam si quis funibus præpeditus progredi cuperet & ambulare. Equidem formaret gressus pedibus, at ferrea idenditem catenâ circa pedes errante, & remorante vestigia. Hinc evenit, ut multi inveniantur, qui mores vitæque juvenilis licentiam ulque ad supernum spiritum retinent: & cum lapsis aliquando videntur rescindenda vincula,

cula, magis se sentiunt ipsdem implicatos. Peccator, ait Psalmista, induit maledictionem, hoc est peccatum, sicut vestimentum. Ps. 108. 18. Vide nunc & pondera peccati commissi habitum. Quid autem operatur peccatum habitale? semper magis magisque se insinuat, & intravit. At qua ratione? Attende & expavesce: Inprimis veluti aqua visceribus infusa, quæ rejici non potest nisi magno doloris sensu, sicut aqua in interiora ejus. Deinde olei instat ipsamet ossa perturbantis, quod extrahi nequit sine grandi miraculo, & sicut oleum in ossibus ejus. Aspiciate nunc quosdam senes, qui, nescio quibus modis effervescentiam ætate fractam excitant & fovent; veluti montes ignivomi, qui foris nive canescentes, intus ardent cupiditatibus: At quo pabulo hæc nutriunt incendia? scateant ossa bitumine. Impleta sunt ossa eorum vitiji adolescentiæ. Job. 20. 11. Nec dubitari potest, non antè flammam has opprimendas, quàm in cineres penitus redigantur impuri. Lascivia illorum cum ipsis in tumulum descenderet quietura, cum eis in pulvere dormiret, veluti nunquam penitus extinguenda esset.

Videbor tibi forsitan universam malorum seriem nunc absolvisse, & veluti quodam inventario funestam hæreditatem comprehendisse, quam peccatum extinctum reliquerat: sed falleris. Superest aliud longè teterrimum, itaque horrendam, ut calamus scribenti videatur contremiscere. O Deus, neme hoc fulmine ferias! si punire me decrevisti, non deprecor asperitatem, rigorem non detrecto. Oro solummodo, ne poenam stringas cum tanto furore. *Corripe me*

*Domine, verumtamen in judicio & non in furore tuo, ne forte ad nihilam redigas me. Jer. 10. 24. Castigatio ista nihil aliud est, quàm subtrahio divini auxilij, qua Deus persape animadvertit in peccatorum etiam remissorum ingratitude, negando posthac quædam dona profus gratuita, quæ neque nostris debentur meritis, neque facta nobis promissio exigit, sed libera atque benefica Dei voluntate, cui placet, communicantur. Indubitatum est, quantumcunque liberum nostrum arbitrium suas intendat vires, nunquam tamen opus aliquod vitæ æternæ meritorium efficiendum. Quidquid valemus, Dei donum est, qui infirmitatē nostrā elevat. Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed omnis sufficientia nostra à Deo est: ait Apostolus, 2. Cor. 3. 5. Auxilia ista non omnibus æqualiter impertiantur: sed uni datur mensura bona, conferta alteri, aut etiam superfluens. Omnes à Deo accipiunt gratiam adjutricem, qua sufficientiant superandis difficultatibus in salutis negotio occurrentibus, sed non omnes tam efficax sentiunt hoc auxilium, ut faciliè vincant impedimenta. Et hæc superabundantia beneficium illud est, quod citra injuriam à Deo negari potest in poenam præteritorum scelerum, sistendo cursum gratiæ, quam, nisi peccatum fuisset, largiter in animam effudit: ad eum modum, quo David veniam quidem dedit Absoloni fraternæ eædis, sed induci se non est passus, ut ad conspectum & pristinum honoris gradum, easque functiones admitteret, quas ante patratum facinus poterat expectare. Porro, quàm facile est, ut à*

tali castigatione æterna nostra salus dependeat! Navis, quæ modico instructa remigio furentis Oceani procellas non evasit, incolumis tamen ad portum appulsura fuisset, si ipsi remorum præsidio meliùs fuisset prospectum. Sic & anima, quæ minore gratiæ auxilio munita tentationum fluctibus obruitur, exitium effugeret secunda salutis, si abundantior rem sibi haberet assiltricem gratiam. Non absque singulari causa sacris consignatum est litteris, *Eccl. 5. 5. de propitiato peccato nobis esse sine metu.* Quasi necesse sit peccato commisso timere, etsi certò nobis constaret de condonatione factâ; nam etiam obtentâ culpæ veniâ superesse potest hæc ipsa pœna, quacunque aliâ major, subtractio auxiliij divini, quæ multis exitit æternæ damnationis occasio. Ajunt viperæ venenum ad eò esse pestilens, ut licet adhibito medicamine vita eximatur periculo, valetudo tamen semper maneat afflicta, præcipuè autem oculorum hebetetur acies. Maledictum peccatum! tu es venenata hæc vipera, quæ post morsum in vulnere relinquit pestem, & singulariter visum debilitas; ad eò ut intueri non liceat & perpendere has veritates, veluti fide essent indignæ. *Per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte, sic palpabunt in meridie Job. 5. 14.* Ita pronuntiatum est de peccatore.



## CAPUT VII.

## Modus hunc dolorem eliciendi.

**N**autarum chartæ non solum signatos exhibent portus, sed etiam ven-

tos, quibus provehantur navigia. Minima foret hæc nostra instructio, si declaratâ necessitate doloris, non etiam rationem docerem eum consequendi, atque ostenderem, unde tam favorabilis adspiceret aura, quæ ad felicem deducat terminum navigantes, Triplex potrigio subsidium. Primum est, humillimè sibi à Dei bonitate deposcere hoc doloris beneficium, quod ipso solo donante possidemus, estque donum adeo grande, ut plaris faciat Deus, peccatorem culpæ reatu sublevari, quàm mundum è nihilo produci univèrsam.

Ex altera parte promittit Dominus, quancumque piè & perseveranter petituri essemus, quod ad salutem nostram est necessarium, preces esse exaudientis. Quapropter magna cum fiducia ad ipsum possumus recurrere, etsi nullo proprio subnixi merito, quia libens exaudit, neque movetur meritis nostris ad præstandum postulata, sed suamet summa Bonitate, suisque promissis. *Sic imaverit ad me, exaudiam eum, quia misericors sum. Exod. 22. 27.* Hoc præsidium orationis non solum est efficacissimum, sed pro quibusdam unicum; quippe ad eò indurati sunt cordis, ut nisi factis ad Deum precibus expugnentur, nunquam sincera conversio sit consecutura. Opus hic est cælesti rore, quo sensum penetrante emolefcent.

Alterum adjumentum erit, adhibere & ponderare ea incitamenta seu mortifica, quibus animus excitetur ad penitentiam; quod est virgâ Moysis percutere petram, ut fluant aquæ. Quare considera & expende Dei bonitatem tantam, quam, si possemus, infinito amoris

ris affectu deberemus amplecti ac venerari. Considera ejus immensam ac ineffabilem pulchritudinem, quam nemo clarè intuebitur, qui non plus millies ipsam amet quàm semetipsum. Unde si Deus vultum suum revelaret dæmonibus, à quibus modò atrocissimis impetratur blasphemis, non possent non verso in benevolentiam odio multiplicat s laudibus maledicta commutare. Vides nunc, quomodo admirandam hanc bonitatem, quam amare debueras, contempseris, eique tergum obverteris, ut tuas sordidas sectareri cupiditates, calcato ejus sanctissimo imperio, ut propriæ tuæ annueres voluntati. Considera infinitam ejus Sapientiam, quæ videt omnia; cogita, te ab eadem observatum, dum peccabas, quæ infinito exercebatur odio id ipsum crimen tuum, tu verò cæcus irruisti, veluti oculos illius fallere posses, aut nulla illius, tam etâ videret, habenda esset ratio. Considera Ejus Providentiam semper intentam ad benefaciendum, & tu illam traxisti ad obsequendum malefactoris tuis, ut nempe rebelles sibi aleret. Considera Omnipotentiam, nunquam non occupatam defendendo te contra irruentia mala, & tu illam coëgisti tecum collaborare tuis iniquitatibus, ut nempe suum protegeret traditorem. Considera Immensitatem, coram qua tu infinities vñtor & abjectior es, quàm minima arenula comparata vastissimis cælorum orbibus. *Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo. Isa. 40. 17.* Judica nunc, quid tu solus sis inter tot ac tantas creaturas. Et tamen ausus es caput attollere contra summam hanc

Majestatem, ei coronam detrahere, & quantum per te fieri poterat, pedibus conculcare: majore utique insaniâ, quàm si formica contra solem se se erigeret, ejusque lumen cuperet extinguere. *Contra omnipotentem roboratus est; cucurrit adversus eum erecto collo, Job. 15. 25.* Plurimum etiam conferet ad excitandum hanc dolorem, si veluti in bilance, statuantur peccata propria, illic Dei beneficia, non ut nobis utilia & jucunda, sed tanquam dona & gratiæ, quæ fluminum instar ex immenso bonitatis Divinæ pelago promanantia, nos deportent ad illum. Quare considera, quòd Deus ab æterno te respexit, amaverit, non ob aliquod tuum meritum, sed ex sola sua misericordia, tēque decreverit creare prætermisissis innumeris, quos tuo loco poterat substituire, idēque postea executus fuerit, quod statuerat, largiendo tibi corpus omnibus instructum sensibus, animam suis ornatam potentijs, prospiciendo alimenta, vestium, habitationisque subsidia, dato ad hæc rebus creatis omnibus mandato tibi serviendi, quo tibi ad usum & oblectationem præstò esse jubebantur. Eripuit te ex tantis periculis & damnis, Pauperiem, qua premuntur plurimi, à te avertit. Angelum è paradiso constituit, semper lateri tuo adhaerentem. Restant innumera alia his non inferiora beneficia tibi que incognita, quæ omnia conservat & continuat in singula momenta, quod tantundem est, ac si primò ea conferret.

Adde modò memoratis donis naturæ ea, quæ spectant ad gratiam, & infinities antecellunt præcedentibus. Voluit

Iuic te nasci inter Christianos : toties ad percipienda Sacramenta admisit. Conversionem tuam diu expectavit, multis ob leviora delicta, quam tua merebantur, ad inferni supplicia deturbatis. Insequitur fugientem, millies cor pungit inspirationibus, hortatur, & orat. *Laborat rogans*, ut loquitur Hieremias. Reddit etiam facessere iussus, quia unice te desiderat esse salvum.

Huc demum revoca, & expende beneficium redemptionis, & quanti ponderis sit, Deum fieri hominem amore tui, mortemque pro te inter tantos cruciatus perpeti, exhaustâ laboribus vitâ, quam pauper & contemptus duxerat. Moriens te infiniti thesauri suorum meritum hæredem instituit; maximis impensis te dæmonis extractum mancipatu in libertatem asseruit: ad dignitatem filii Dei evexit, se ipsum in sacratissimo Sacramento tibi tradidit: atque hæc omnia tanto amoris affectu præstitit, ut parum etiam fecisse sibi videretur, sudoris fuisse modicum, tormenta pertulisse exigua. Desiderabat longius patiendi progredi, ideoque cor suum multo acerbioribus obrui tormentis permisit, quam ejus corpori crudelissimi infligere valebant inimici, tametsi ex tua servitute nihil detrimenti, aut ex tua salute emolumenti esset percepturus, nihilque tua damnatio ei præjudicaret. Hæc omnia in unum cumulum congere beneficia præter infinita alia, quæ recepisti. Affer vicissim, quæ reddidisti, & pondera si potes numerum, gravitatem & sæditatem peccatorum tuorum; levitatem, qua ea perpetrâsti, ingratitude summam, cujusmodi nul-

lus unquam homo in alterum hominem admisit. Obstupesce, quod te terra sustinuerit, cæli non fuerint averlati. Admirare creaturas omnes non ad vindicandam Conditoris sui injuriam fuisse armatas, cujus tu sacratissimum Nomen, beneficia, gratiam, legem, exempla, sanguinem, mortem, redemptionem conculcâsti.

Quod si hi stimuli necdum penetrant, neque cordis tui duritiem valeant expugnare, quid porro ægendum? Considera tibi ante oculos flammam illam horrendam, quæ non alio nutriuntur pabulo, quam tuis peccatis, contemplare lacus liquida pice refertos, sulphureos torrentes, subterraneos carceres, ubi tenebris nunquam discutiendis, sempiterna fame, fetore, tristitia blasphemantium rabie, perenni desperatione excruciantur sensus omnes, omnesque anime perentis, cui ferendum erit, quod olim nunquam, quod desideraverit, obtinger. Et hæc omnia per totam æternitatem, nempe tot sæculis, quot stellæ numerantur in firmamento, & infinitis ultra: tot sæculis, quot folia virent in arboribus, & infinitis ultra: tot sæculis, quot sunt in maris litore arenarum cumuli, & infinitis ultra. Ita si omnem temporis mensuram cogitando exhausteris, quantam imaginandi vis tibi repræsentaverit, cito tamen, te nihil computasse. Quod caput est, nullam unquam concedetur fomentum, nullam ab amico veniet solatium, non collatendi parentibus erit facultas, nulla se relaxandi, somnūque capiendi potestas: nemo vel unquam immansum incendij valebit extinguere. *scitillam: nulli*

nulla à seivissimis tortoribus vel inuis  
momenti poterit impetrari pœnarum  
cessatio. Nullum omnino, quantum  
ex una aquæ guttula capi posset, refri-  
gerium. Interroga nunc carnem cu-  
am: *Quomodo poterit habitare cum ar-  
dioribus sempiternis? Isa. 33. 14.* Quid a-  
get æternis addicta ignibus, quid ager?  
si nunc lecto affigeretur per unius dun-  
taxat anni spatium, nulla data potesta-  
te, se ex uno in alterum latus vertendi,  
videretur ei tormentum intolerabile.  
At nunc ipsi occine: O æternitas! O æ-  
ternitas! Et quid te fiet flammis im-  
mersâ, si supra lectulum plumis refer-  
tam cubare, crudele censet supplicium?  
Et nunc non superest alia post peccatum  
commissum evadendi via, nisi per pœ-  
nitentiam, sine qua lata jam est dam-  
nationis sententia. Nullum hic datur  
medium, aut ignis aut aqua. *Apposui  
tibi ignem & aquam.* Aut plange cum  
pœnitentibus, aut urere cum damnatis.  
Unum oportet eligere, aut infernum,  
aut pœnitentiam.

Alterum denique adjumentum expe-  
ditè eliciendi contritionem, cum Con-  
fessio adeunda est, erit istud, nempe se  
assuefacere frequenter eliciendo hunc  
actum, sibi que ejus ulum quotidiano  
exercitio, reddere familiarem, animum  
imbueudo nobilissimo amoris motivo.  
Et quis scit, an non ex hoc aliquando  
æterna tua pendeat felicitas? Multi ex  
Doctoribus sunt, qui doceant, omnes  
obligari in mortis articulo ad elicien-  
dam talem contritionem, ut modo o-  
mnium optimo securam reddant suam  
salutem, cujus tunc decretoria jacitur  
alca. Et certissimum est, deficiente

Confessario modum hunc non solum  
esse optimum, imò unicum. Quid er-  
go ager talis instante vitæ discrimine,  
qui artem hanc nunquam in vitæ decur-  
su addiscere studuit? Noli tibi persua-  
dere, scitè te in theatro partes tuas actu-  
rum, qui nullum antè edidisti dexteri-  
tatis tuæ specimen. Et audes sperare,  
præclarum te fore in hac scena actorem,  
præ qua nulla dari potest magis setla?  
Quoties perambulant cursores stadium,  
antequam dies certaminis adveniat, ne  
ad inexploratum obicem remoram pa-  
tiantur. Quanto tempore docentur Ac-  
cipitres redire & insidere Magistri ma-  
nibus, ne cum in aucupio emittuntur,  
pristinam, cui assueverant, repetant liber-  
tatem. Quapropter quotidie saltem  
vespere priusquam quieti te dederis, in  
genua procumbes, & veluti ad judici-  
um te compones, breviter examinando  
conscientiam, precandòque erratorum  
veniam eâ ratione, quam tibi submini-  
strabo, aut aliâ huic simili, ne improvi-  
sa temors occupet, & latronis instar bo-  
nis omnibus temporalibus & æternis te  
exspoliet ignarum, quibus armis vim  
hostilem possis retundere.

## ORATIO.

**D**omine mi IESU CHRISTE,  
Deus animæ meæ, Creator me-  
us & Redemptor meus; En dies ista præ-  
terijt, & nescio quot mihi in vita mea  
superfuit; scio equidem, semper me  
propinquorem fieri ultimæ horæ, &  
tamen non solum delicta mea præterita  
non emendo, sed & novam ingrati-  
tudinem atque recëntia debita superaddo.  
Quid

Quid itaque dicam: pudet ac pœnitet, quod infinitam Majestatem tuam peccando offenderim hac die & toto vitæ meæ tempore. Detestor peccata plus quam omnia alia mala, non aliam ob causam, quam quia tu summum Bonum es, idèoque dignissimus amore. O me beatum, si nunquam commissem, quæ oculis tuis displicebant. Certus sum, tuo fretus auxilio, quod si rursus eadem nunc deberem repetere, nullius rei gratâ vellem committere, tuumque honorem ac beneplacitum meis commodis præferrem. Ignosce quidquid hactenus deliqui, & miserere animæ meæ peccatrici, quod à te per pretiosum tuum sanguinem peto. Spero quod me in tuam sis recepturus gratiam, O mi clementissime Deus; interea propono firmissimè cum tua gratia evitare omnes malas occasiones, proximè confiteri, & prius mori, quam rursus peccare.

\*\*\*\*\*

### CAPUT VIII.

#### De Proposito necessario Pœnitenti.

Usitatum est Collybistis, non clavis quasi oculis nummos admittere, sed accuratè inspicere, nè fortè subsint adulterini, imò & trutinæ impositos examinare, ac iusto carentes pondere excludere. Id ipsum facit Justitia Divina: Non approbat dolorem nostrum (qui est moneta illa, quam pro inopia nostra possumus offerre) neque acceptat, nisi prius exploratum. Prima cura est,

dispicere, num vitio quopiam laboret, sitque probi ac incorrupti metalli, nec æquo pondere deficiat. Dnas exigit pœnitentiæ nostræ conditiones. Prima est, ut sit supernaturalis, tum ob meritum, ex quo procedit, tum ob gratiam, quæ concurret ad illam illiciendam. Alias non nisi humanus erit dolor, & exigui valoris. Quare si quem pœnitentia violatæ castimoniz, ex eo duntaxat capite, quod publicato crimine peccatorum hoc cogeretur erubescere, familiarè maculam inusserit, aut principis exciderit gratia; profectò monetam hic porrigeret, quæ neutiquam satisfacere debito, uti non satisfacit Antiochi pœnitentiæ in hunc modum constituta. Sed de hoc satis dictum est supra. Restat nunc altera conditio, quam requirit sincera pœnitentiæ, ut nempe non solum probet sit materiæ, sed etiam iusto subsistat pondere, hoc est, ut non modò sit supernaturalis, sed etiam efficax, ita ut animam potenter à peccato abstrahat, neque solummodò iubeat deservari id, quod male actum est, sed insuper etiam tanto confirmet robore, quo statuat, deinceps ad præterita peccata non amplius reverti. Et hoc propositum juxta probabiliorem sententiam debet esse explicitum, spectato sine primario pœnitentiæ, qui est, emendare viam peccatoris isto voluntatis decreto. Ceterum propositum hoc commune est tam contritioni, quam attritioni, & ideo in eo consistit potissima difficultas, & arduitas, quam reperit anima conversionis suæ avida. Et quot sunt, qui ab hoc scopulo consternati resiliunt atque recedunt, cum jam jam paternis brachiis unâ cum filio

lipo respiciente essent amplectendi! Quot sunt, qui ob defectum propositi, invalidas obeunt Confessiones, & sæpenu-mero quoque sacrilegas, hærentque anti-quis infixi sordibus! *Generatio, quæ sibi videtur munda, & tamen non est lota à sordibus suis. Prov. 30. 12.* Non intra unum altera nve stat, sed est maximus numerus virorum ac mulierum, tam nobilium quàm plebeiorum, qui dicunt: semper in Confessionibus aperui, & expresi singula, quæ malè egi: non dis- fiteor, tot jam annis me esse implicitura tali peccandi consuetudine, semper ta- men sui confessus errata. Ita se cre- dunt mundos, cum non sint: quia quan- do confitentur, non habent propositam, & perinde est, ac si non fuissent confessi, imò etiam deterius, quia præteritis cul- pis annexunt novam sacrilegij. O si inspicere nobis concessum esset libros extremo die mundi aperiendos! quot in iis Confessiones instructuosas, quot Ab- solutiones male impertitas deprehende- remus! Facillimum est abjicere se ad Con- fessarij pedes, pullare peccus, ac dicere: *pœnitet me Peccavi.* Didicit hoc vocabu- lum etiam Saul; scivit & Judas. Res ip- sa loquatur, & testetur decretâ mutan- di vitæ sententiam. Quidam solent dicere: emendabo me, si potero: vellem & cuperem me emendare. At non suf- ficit dicere, *vellem*, necesse est, ut dicas, *velo*: exigitur enim non languida vo- luntas seu velleitas, qualis est pigri il- lius, qui *vult & non vult*. Sed volun- tas firma, fortis, efficax, qualis ea est, quam apud te habes, nunquam hauri- endi poculum veneno mixtum, non te ex alto præcipitandi: aut quam miles ha-

bet, priùs vitam, quam stationem suam deferendi. Ita te quoque oportet esse constitutum, ut nunquam ullo tempore, aut occasione, cujuscunque emolument- ti spe, aut evitandi damni metu, velis admisso peccato mortifero rursus gra- tiæ divinæ facere jacturam. Equidem necessarium non est, ut quis persuasum sibi habeat, se non peccaturum amplius, quod pendet ex eventu, estque actus intel- lectus. Satis est, non velle deinceps iterare commissa, quod est actus volun- tatis, qui dependet à præsentè tempore. Ad hunc modum ij, quos carnis volu- ptas inveteratæ consuetudinis laqueis tenet irretitos, existimant, etiam falso, fieri non posse, ut non ad vomitum redeant. Qua ratione ergo ita male persuasi per- venient ad propositum hæc requisitum? estne credibile, illos firmiter quidpiam velle, ac desiderare posse, quod judicant omnino fieri non posse? Et tamen à plurimis talia formantur proposita. In- telligant ergo, id, quod humanas vires superat, divinæ gratiæ auxilio etiam fa- cile effici posse, qua spe bonæ volunta- tis propositum niti debet, non autem na- turæ viribus, quæ nimis sunt infirmæ. Si tibi videris non posse, supplex Dei opem implora, ut tibi vires suggerat, teque juvet, auferendo falsam persuasionem, quæ momento omne robur solet enerva- re. Fides atque cælestis auxiliij fiducia præstant, ut quis & magna se posse ef- ficere credat, & etiam aggredi non re- formidet. *Omnia possum in eo, qui me confortat. Philipp. 4. 13.*

Porro etiam considerandum est, quòd, tamesi relapsus in eadem peccata post Confessionem, non sit argumentum evi-

E dens




deus, propositum non fuisse verum; magnum tamen illis sit indicium, cæni nulla illius sequitur emendatio, imò nec remedium. Efficacis ac seriæ voluntatis testimonium, ipse convenientis medicina usus & applicatio perhibent ac demonstrant. Qui verè rem desiderat, mox rationem ejus consequendæ circumspicit: aviculas capturus retia parat. Si itaque mihi confitearis, te solito rariùs recidisse in peccatum, & affirmes, quòd, tuam evadendi miseriam, duramque servitutis catenam, quâ constringeris, disrumpendi gratiâ jejunaveris sabbatho, aliquoties D. Virginis ædes devotè adieris, ejusdem patrocinium sollicitatus, libellum pium volutaveris, pauperibus erogaveris stipem; aut similia exercueris, credam, te ex mera fragilitate fuisse lapsum. Neque ex hoc capite mihi dubitandi locum relinques de tuo proposito. At cum redieris identidem cum iisdem peccatis eadèmq; levitate ac animositate commissis, nullâ penitus habitâ curâ emendationis; unde prudenter colligam, credamque, te conversum esse ex toto corde, veluti à Deo exigitur, & non potius, cum debueras cor scindere, ejus loco (ut loquitur Propheta) vestes duntaxat ficto scideris dolore? Mulier, quæ heri maritum cum planctu extulit vidua, & hodie novas spondet nuptias; nemini fidem faciet, se non fictas fuisse lacrymas; verus enim luctus non tam subito evanescit. Qui vix in gratiam cum adversario suo rediit, & eum mox denuo aggreditur, ac ferro tentat confodere, clarè demonstrat, ardentes inimicitie flammæ nunquam fuisse in-

tra animum extinctas, sed sub cinere solum rectas latuisse. Qui vix falsis abjectis, chirurgum revocat, vulneris sui curandi gratiâ, se non ex integro sanatum ostendit, sed obducam duntaxat plagam occultâ adhuc turgere sanæ. Ita & miseri recidivi, qui nullam emendationis signum præferunt, merito debent habere suspectas suas Confessiones, idèoque metu & tremore concipi. Ipse etiam Confessarius, nisi illos extraordinariè commotos advertat, non facile eorum proposito fidem tribuet, sed experimentum capiet, differendo (si opus sit) absolutionem, quod esse solet in quibusdam casibus unicum remedium. Nullus est ex peritis Medicis, qui non, priusquam de febris, non amplius reditura, terat sententiam, tempus expectet. Interea scito, hanc causam assignari à Doctoribus perditionis tot innumerabilem Christianorum, qui quotidie damnantur. Multi sunt vocati, pauci verò electi. Matth. 20. 16. Electorum ad salutem pauci sunt, in comparatione eorum, qui vocati sunt ad fidem. Unde, uti refert Innocentius VI, summus Pontifex, quidam Eremita densè instar pluvie vidit animas in infernum ruere, non secus quàm hyberno celo densè per aërem nives in terram decidunt. Sed ex quo fonte hæc proveniunt? an qui non sunt confessi? non ita, nam rari Christiani moriuntur absque Confessione: sed quia non sunt confessi benè, neque habuerunt sese emendandi propositum, nec ex animo & perfectè peccata sua fuerunt detestati. Confitentur ex consuetudine, quia tempus Paschale monet. *Es non rumpunt peccata, sed interrumpunt,*

P. SEGNE  
CONVICTIONES  
I. INSTRUCTION  
POENITENTIA  
CONFESSIO  
PAROCHIA

purus, ut loquitur S. Augustinus: & similes sunt ijs, qui noctu prohibita arma gerunt, ea ad vigillum occursum in angulum rejiciunt, quibus digressis recipiunt; non enim animo relinquendi deposuerant, sed deposita repetendi. Recenset Carthusianus de quodam Religioso, qui ad Purgatorij locum fuerat deductus, ibi mirari facis non potuit, cur tam pauci invenirentur Sacerdotes, considerato lascivè vivendi genere, quo tanta eorum copia tenetur constricta. Responsum ipsi fuit: Ne mireris, fili, vix enim unus est eorum, qui veram habet contritionem, idèque destituti dolore atque proposito in Confessionibus, quas obveniunt, non huc ad Purgatorium, sed Inferni barathrum descendunt. Ideo ibi erant paucissimi, quia vix aliquis talium habet veram contritionem: idcirco penè omnes hujusmodi aternaliter condemnantur. 3. Noviss. Idipsum etiam refert Petrus Cluniacensis. Et hoc non solum de Sacerdotibus intelligendum est, sed de omnibus illis, qui impunè vivendi habitu sunt depravati: quod peccatum in omni quidem hominum genere admodum grave est, gravius tamen in Sacerdotibus, ob majorem obligationem sanctè vivendi, quam eis venerabilis atque Angelica Ordinis dignitas imponit. Te igitur oro atque obtestor, per desiderium, quo ad paradisi aspiras felicitatem, ne reputes has admonitiones supervacaneas, aut scrupulosas, sed æternæ tuæ salutis necessarias: & cum te ad Confessionem paras, ne festines; commenda te ex animo ei, à quo juvari potes ad bonam præparationem, atque imprimis cura, ut firmum concipias pro-

positum, ex quo in veritate potest affirmari, summam rei dependere. Vbi de salute agitur, nulla cura vel diligentia videri debet superflua.



### CAPUT IX.

*Quomodo Propositum istud se debeat extendere non solum ad peccatorum fugam, se etiam vitandas occasiones.*

Nædum omnia complexi sumus, quæ nexale peractis Confessionibus nascuntur mala germina. Latet sub aquis scopulus, multarum animarum naufragio infamis, ad quem incautè ac miserè alliduntur & hauriuntur: absit, ut hæc involvaris Charibdi. Quare observa diligenter, propositum hæcenus declaratum debere se extendere non solum ad fugam peccatorum, verum etiam ad eorundem occasiones & pericula, si sint proxima. Ut verò voces hæc (fortè peregrina & ignotæ) te non exterreant, præmonendus es, quo esse genera occasionum, Remotas & proximas. Occasio proxima est ea circumstantia temporis, loci, societatis, in qua quis constitutus à potiori incidit in peccatum, diciturque proxima, quia adeò vicina est, ut uno tantum passu distet à peccato. Occasio Remota ex vocatur, quâ homo raro labitur, etsi sæpissimè in illa versetur. Exempli gratiâ: Est qui toto anno solus cum alterius sexûs persona habitat iisdem in ædibus, & semel tandem carnali affectu victus succumbit, seque sædo contaminat scelere: hæc occasio respectu istius hominis est remota,

mota, quia in hac peccandi oportunitate tamdiu vixit, nec tamen lapsus est: quod si saepius, dum solus cum sola versatur, contingat, eum verbo vel opere Deum offendere, talis censetur in proxima vivere occasione peccandi. Hinc optimum est consilium, declinare occasionem remotam; nam, qui cavet laqueos, securus erit, uti in proverbij (11.15.) promittitur; non tamen vetant omnes occasionibus, uti nec omnes vitari possunt. Praecepto autem jubemur fugere occasionem proximam, quando est voluntaria, & in nostra potestate posita, sive eam removendo a nobis, sive nos subducendo illi: atque ita, qui non habet tale propositum, non est dispositus ad recipiendam gratiam, quoniam non observat legem Dei integram, imò actu peccat, dum amat proximum periculum peccandi. Hanc positam doctrinam, quae est apud omnes Doctores indubitata, quomodo quis sibi temperet à lacrymis, considerata cæcitate tot animarum, quae immerse continuis peccandi occasionibus, absque animo ab ijs se avellendi, currunt ad Confessionem, ipsamque medicinam convertunt in venenum? Potestne quisquam sibi persuadere, eos, qui multis jam annis suspecta familiaritati assueverunt, verum in Confessionibus habere propositum, non revertendi ad antiqua peccata, fugiendi certarum familiaritatem personarum, & se undequaque his laqueis extrahendi? Ecce, inquit, pergam uti illius consuetudine, & colere amicitiam, sed absit, ut in peccatum unquam consentiam.

Faciam id solum temporis fallendi gratiam, non aliam ob causam: & de

necessitate fugiendi occasionem proximam, nihil penitus cogitant: imò mille fingunt praetextus, quibus eam evadant. Grande ajuunt, hinc erit ut scandalum, multamque vulgo loquendi praebet materiam, subita mutatio; cum tamen hac ratione longè magis murmurandi ansam ex altera vivendi ratione capere soleant homines: imò citius, sinistrè sentiendi ac loquendi, amputaretur uno velut actu materies. Et hæc nempe ea sunt scandala, quae timentur, & partim ab affectu erga personas amatas, quo excedantur, somunt incrementa partim ab instigante damone, qui non permittit veritatis radios ad cor penetrare, ex Christi oraculo emisit: *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te: si unum tibi est, cum uno oculo ad vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis, Matth. 18. 9.* quorum verborum hic sensus est, Tamen tibi persona aliqua ipsis esset charior oculis, cum tamen adverteris, inde tibi esse labendi occasionem, desere eam, atque repelle. Tæque quocumque etiam doloris sensu avelle, Erue eam. Melius est, occasione relicta salvari, quam eam retentam, atque sic identidem impiè obeundo Confessiones, non solum perdere occasionem, cui adhaereres *sed* & animam, paradysum, Angelorum ac Beatorum omnium consortium, ac denique ipsius Dei privati aspectum. Quod dicimus deis de ijs, quorum non est exiguus numerus, qui non modò obstinatum gerunt voluntatem, haec nunquam à se rejiciendi pedicas, quin & inde arctius sibi easdem adstringunt pro ritibus.

ribus. Itaque domi suae alunt, specioso obsequij nomine famulas, quas rectius dixeris animum prædatrices Harpyjas; & olim experturi sunt Furias infernales? nec tamen verentur dicere, non posse talem personam amandari ex ædibus, cum sit oppidò fida, atque utilis familiaris, cujus fides in rei familiaris cura & administratione adeò esset probata, magno domus emolumento; & quæ demum alia hujusmodi excogitare possunt effugia. Et sic existimant hoc sub excusationis velo securè se in sinu posse fovere viperam: quasi verò paradisi gloria nullo staret labore, nulloque veniret incommodo præmiàm illud, quod tantis expensis Carites omnes fuerunt adepti. An non, si furti ream haberes compertam, quam primùm domo ejiceret; nec deesset, quam ejus loco substitueres, rei domesticæ non minùs profuturam? & quomodo nunc eam, quæ non domat, sed animæ tuæ extremum affert exitum, andes sub tecto tuo tollerare? Gravius à Deo castigari merentur Confessarij, à quibus hi ipsi sine ulteriore examine absolvuntur, sive ob infirmitatem, sive quòd in eodem luto defixi hæreant, habentque ideo perniciosam compassionem, quam sibi ipsis quoque cuperent præstari, præbentes se duces cæcos suis poenitentibus ad præcipitium, in quod una cum ipsi devolvantur. Quid nunc prodest dicere: Confessarius me absolvit: si tu non es dispositus, non es absolutus à Deo, qui minatus est, se judicaturum justitias, hoc est, revocaturum se ad examè, & discussurum veluti judicium injusta, tales male institutos processus, absolutiones ma-

le factas, cum quibus ad Sacramenta admittantur nullo discrimine, peccatores publici, & peccatrices: cum tamen scriptum sit: *Nolite dare sanctum canibus: nolite projicere Margaritas ante porcos.* *Matt. 7. 6.* Et fortè multi confessarij nunc in inferna pœnas dant, non tam ob propria, quam aliena peccata, quorum se fecerunt participes nimia sua indulgentiâ. Memorat hujusce rei clarum exemplum Joannes Avila, celeberrimorum Magister, de quodam, cui post mortem se spectandum dedit Poenitens vanâ ac inutili expiatus absolutione, qui immortem & inconstantem exprobrans conventiam, severissimis verbis objecit: Tu pœnarum mearum, quibus apud inferos discrucior, auctor fuisti, idèò que mecum nonnihil hinc recede: simul his dictis eum amplexus est, atque intea hiantis terræ barathrum, inter ventorum turbines ac fremitus, una secum abripuit. Quare sedulo discutias, quoniam ex forte tuum oriatur peccatum; An quia mulier illa domum tuam negotiorum causâ accedit: aut quia obsequij præstandi gratiâ à te vocata est: videturque præ alijs magis industria ac laboriosa? an quia conterranea tua, & propinquitatis vinculo, vel affinitatis, tibi conjuncta est? An quia eam tibi in sponsam destinasti? An inquilina, an ædium domina, an ad servitia conducta domestica? Quocumque demum titulo domum tuam incolat, ne te prava fillat affectio, studiosè cave. Pone aliquando securim ad radicem, atque excinde, fructisque permagna securitate. Divide, & regnabis. *Ejecit ancillam, & filium ejus.* Quid si durum hoc tibi videatur

deatur, memineris, quæ Deus Abrahamo dixerat, licet in dispari causa: *Non tibi videatur asperum super puero, & super ancilla tua. Omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem ejus. Gen. 21. 12.* Si Confessarius tibi præcipit talem separationem, obtempera. Non est hoc ipsius, sed Dei mandatum, cuius ille solummodo agit interpretem, annuntians, quæ antea jam obstrictus eras, legem. Sapienter proinde egit S. Raymundus, illustre Dominicæ familiæ latus, qui, cum videret omnem suam ludi operam, & frustraneas esse admonitiones, quibus conabatur Jacobo Aragoniz Regi, cui à Confessionibus erat, persuadere, ut concubinam repelleret, non modò Abolutionem negavit, verùm statuit, eo relicto se fugâ subducere. Quod consilium ubi regi suboluit, venit sub poena capitis, ne quisquam fugienti navim suppeditaret. Verùm vir sanctus, fretus divino auxilio, pallium aquis instratum incendit, atque non plus sex horis, vastum æquoris trajetum, ex Majorica Barcelonam usque superavit: Deo justam Confessarij severitatem inaudito & stupendo prodigio approbante.

Quòd si denique non esset in tua potestate, occasionem vel removere, vel ab eadem te abstrahere, teneris nihilominus cum eâ non commorari solitarius, neque fixo oculorum obtutu mirari, sed animum cogitationibus custodire liberum, mundumque à prava affectione, instare precibus è cælo vires sollicitando, aliisque huic negotio proficuis uti remedijs, quibus te illasum conserves. Alioquin tibi ipsi impones, & deplorabis serò te deceptum, quando

intelliges, quàm parum tibi profuerint alæ, quibus ad Confessarium adolare conlueveras, cum interea pedes tuos diabolus constrictos teneret laqueis occasionum.

Restaret hoc loco dicere, quòd, quantæ efficaciz oportet esse propositum in fugiendis occasionibus, tantam quæque vim præferre debet in condonandis offensis, & resarciendis damnis, seu famæ, seu fortunis proximo illatis, exequendo id, si ex teipso nullum suspetat consilium, quod à prudente Confessario fuerit præscriptum; verùm quoniam ista satis clara sunt, omitto præterea dicere. Id unum cupio observari, documenta hæcenus tradita, potissimum spectare lethalibus noxis gravatos, qui timorata sunt conscientia, utantur cum moderatione, & intelligant, quòd, quemadmodum non tenentur contrari omnia peccata venialia, ita neque concipere dolorem & propositum de singulis intra Confessionem; sufficit, si hoc fiat de uno illorum; & saltem intentionem habeant, non toties relabendi. Si verò nec ad istud animum tibi videantur posse inflectere, juvat, expecteris culpam asserere aliquam, ad cuius detestationem se plus sentiant esse dispositos. Verùm utcumque hæc veritate nitantur, nemo tamen contentus esse debet, sed attendere, quòd etiam levia peccata non extinguantur, nisi per detestationem, & remaneant in anima, eamque debilitent, ac veluti tineæ cotidientes arborem, sensim ad irreparabilem casum disponant. *Qui servat modicam, paulatim decidet. Ecclesiast. 19.*

## CAPUT X.

*Proponitur Oratio dicenda ante Confessionem.*

Recepta hæcenas tam de dolore, quam proposito tradita, nunc reducimus ad praxin, & hac Oratione veluti lac instillemus tyronibus, qui solidiori cibo necedum sunt assueti.

## ORATIO.

Omnipotens æternæ Deus, cuius Bonitas est infinita, ineffabilis pulchritudo, immensa Majestas. Ecce coram te sto monstrum ingratitude. Tu me creati ad imaginem tuam: creaturas omnes ad meam obsequium produxisti: natus sum inter Christianos, ut veræ sanctæque fidei lumine fruerer: conservasti me in hanc usque horam, propulsasti tot animæ & corporis periculis, temporalibus atque æternis: adaptasti me in filium per Baptismum, meque toties participationem fecisti meritum pretiosi Sanguinis tui, per Confessionis & sacro sanctæ Eucharistiæ Sacramenta, te ipsum mihi in cibum præbendo: toties me ad poenitentiam vocasti, ac tanto me expectasti tempore, cum posses adversus me subito damnationis ferre sententiam. Redemisti salutem meam infinito tuæ vitæ pretio, dignatus amore mei fieri homo, & Homo inops & pauper, miseris, laboribus, omniq; injuriarum genere oppressus usque ad mortem, inter duos latrones exanimatam. Pro me contristatus es in horto, sudasti sanguinem; propter me vires & robur ho-

stibus tuis concessisti, ut te ligarent, pedibus calcarent, percuterent, veiant oculos, illuderent, vultu nque divinissimi spiritus lædarent. Propter me fusti flagellatus usque ad ossium denudationem, spinis coronatus, reprobatus a populo, atque homicida postpositus: propter me veste alba inductus veluti factus, condemnatus ad mortem, ipsamque crucem tuis met humeris portandam, in qua suffixus impiorum blasphemis & maledictis fusti oneratus, nemine commiserante, nulloque fomento, tres horas pependisti, stillante ex plagis tuis, qui adhuc supererat sanguine, ac demum inter acerbissimos dolores expirasti, desiderans longè plura pro me pati. Et nunc ego perverissimus peccator, non modò nullas pro tantis beneficijs, ac tanto amore gratias retuli, uti debebam, sed & tuam contempsti amicitiam, legem tuam pessumdedi, nihili faciendo tuas promissiones, labores, sanguinem, passionem & mortem tuam. Et cur? an emolumentum cuiusdam studio? & ut eo longo frui possem tempore? Hen! pro nihilo pedibus te calcavi, pro maledicta voluptate, cuius me pudet meminisse. Quis unquam Regi suo aded ingratus exiit, veluti ego sum Regi meo, Patri meo, Creatori meo, Benefactori ac omni Bono meo? si ego ab homine minimam particulam gratiarum recepissem, quales tu mihi largitus es, nescirem quibus modis meam ipsi contestarer gratitudinem; ac tibi pro ijs gratias agendi non modò curam nullam gero, sed te ipsum tracto tanquam meum inimicum. O peccata execranda! O ut illa nunquam perpetrassetem

trāstem: maledicta voluntas, cujus causa dereliqui fontem vitæ æternæ. O si elegissem potius mala omnia perpeti, quam te offendere: Agnosco nunc culpam meam ex tot indignis meis actionibus, infami ingratitude, & sacrilegâ prodicione, & dignum me omni supplicio profiteor in conspectu tuo. At nunc cum aliud mihi non supererat remedium, præter pœnitentiam, vellem tuæ Majestati à me offensam satisfacere ingratis. Nus Peccator tam valida detestatione, qualis unquam in humano corde exiit, tanta contritionis puritate, quam ullus Sanctorum fuit expertus. Desidero omnem hunc dolorem sentire, & humillimè à te peto: sed novi me indignum hâc gratiâ. Non sum dignus levare oculos meos ad te, teque vocare Patrem: verè indignus sum veniâ tuâ: Sed quid mihi nunc superest, nisi ut me ad pedes tuos abjiciam, & confitear meas iniquitates, tibi; supplex fiam, qui solus eas vales delere? Et si hoc non fui promeritus, meretur id sanguis tuus pro me effusus, merentur promissiones tuæ, quibus pœnitenti mihi spem fecisti. In illo confido, per has te rogo: Ne despicias me, Domine mi, etsi à te contemni nimium quantum fuerim promeritus. Ne respicias multitudinem peccatorum meorum, atque ingratitude meæ, sed magnitudinem infinitæ tuæ misericordie. Protestor, quod plus quam omnia mala abominer delicta mea, amore tui, atque ex animo displiceat, quidquid deliqui contra te summum Bonum meum, Ens absque principio, infinitæ excellentiæ atque potentiæ: Et licet infernus non esset, aut paradisi

gloria, nihilominus summè odissem & damnare in peccata mea, solum qua tu ea odisti & abominaris. Scituo nunc & propono firmissimè, cum tu gratia vitam meam emendare, & potius rerum omnium facere jacturam, quam te rursus offendere. Et quoniam novi, me tuo auxilio frui non posse, nisi occulores quoque malas devite, decrevi huc etiam fugere, nec me amplius tantis committere periculis excidendi tuâ gratiâ, quibus me alijs insipienter implicavi. Ecce in confirmationem horum omnium Confessionem instituo, & animam meam sacratissimo tuo Sanguine mandabo. Tu, qui nōsti beneficere pro malefactis, largire mihi gratiam, per sanctissimam tuam possessionem, ut dignè possim confiteri: adesto mihi in omnibus tentationibus, illumina mentem meam, corrobora voluntatem meam, constans permaneam in hoc animi meo decreto prius moriendi, quam te offendendi.



## CAPUT XI.

*Conditiones precipua, quæ comitari debent ipsam Confessionem.*

**T**emporis nunc ordo postulat, ut postquam præmissi atque expoliti necessarias dispositiones Examinis, Doloris, atque Propositi, te manu ducam ad ipsum sacrae Confessionis tribunal. De primam quidem curam esse convenit eligendo Sacerdote, qui huic præest iudicio. Duo ille in hoc Sacramentum

SEGNE  
CONGREGATIONES  
INSTRUCI  
Pœnitentia  
Confessio  
Parochia

stiner munia, Judicis, & Medicus. Utrumque exigit, uti patet, integritatem vitæ, & sufficientem scientiam. In cæteris Sacramentis nihil obsunt Ministrum malitia & ignorantia suscipienti. At non ita se res habet in hoc Sacramento, ubi improbitas atque impericia Confessarij illud post se trahere solent: damnatum, quod Salvator indicat: *Sicacus cæco ductum præter, ambo in foveam cadunt, Matth. 18. 14.* Diabolo in locum unius animæ, hoc est, poenitentis, duæ cedunt in prædã, Poenitentis nempe & Confessarij.

In electione Confessarij ea diligentia adhibenda est, qualem cernimus in ijs, qui corporalis valetudinis studio improbè laborant, ut peritissimum nanciscantur Medicum, Ludovicus XI. Rex Franciæ uni, quem ex toto suo regno delegerat, in menses singulos decem milia scutorum pactus est, ut suæ invigilaret sanitati corporis, ac moderaretur. Sunt tamen modò permulti, qui non solum nullas in comparãdo sibi probato Confessario laboris expensas faciunt, verum etiam datã operã imperitum & inidoneum perquirunt, qui eos repretensionum loco blandè, adulatoriè tractet & excuset. Imò, ne & hic poenitens eorum inspiciat pravos mores atque habitus, quotidie propè mutant. Noli ita agere, si desideras confiteri benè. Ora Deum, ut tibi tuisque necessitatibus opportunum dignetur submittere, & quantum in te erit, stude eligere probatissimum, qui tribus his polleat dotibus, Doctrinã, Prudentiã, vitæque integritate. Utere illò ordinariè, ut perspectam habeat veluti Medi-

cus non solum infirmitatem tuam, sed & naturam, inclinationes, repugnantias cognoscat, possitque mederi non modò præsentibus plagis, sed & præservare à futuris. Cùm ad pedes illius te demiseris, noli cogitare, te versari cum homine, sed cum Deo per ministrum suum representato, qui vices istius gerit, atque auctoritatem, nec non potestatem habet te eximendi vinculis, nullius quantacunque potestate solvendis. Itaque veluti reus vincetus coram Judice, reverenter initium fac tuæ Confessionis cura, ut hanc binæ comitentur nobiles ancillæ Confessionem, quemadmodum Estherem lugentem, à quibus sustineatur, *Humilitas & integritas.*

Prima itaque conditio est, ut Confessio sit humilis: consistit autem ista humilitas non solum in reverentia interna & externa, modo supra dicto, sed etiam in modo confitendi humili & sine excusationibus. In hoc judicio partes agis Accusatoris, non autem advocati; idèque errata tua imminuere non debes, nisi quantum requirit veritas processus & informationis Judici aperienda, nempe Confessario, cujus est ferre sententiam. Multò minus culpa in alios rejicienda est, dicendo, nihil à te malè actum fuisse, te vi ab alijs adactum, malisque deceptum occasionibus: ac illecebris aut similia prætexendo velamenta, quibus non modò tua accusantur peccata, sed aliena quoque deteguntur, & manifestantur, ita ut sæpenumero in ipso actu Confessionis, fama honorque plurium quàm unius, aut tollantur, aut insigniter imminuantur, amissa apud animum Confessarij, quam prius.

F

prius



prius habuerant, fide, extinctâ æstimatione. Ostende potiùs humilitatem istam, & fatere sincero corde, omnis mali te esse auctorem: *Ego sum, qui peccavi, ego impiè egi, ego iniquè gessi. 2. Reg. 24. 17. Ego illius sum reus criminis. Non culpam adscribo sodalibus, occasionì, aut diabolo, sed propriæ meæ malitiæ: agnosco me peccatorem, & paratus sum ut talis facere pœnitentiam. Non solum autem oportet te humiliter loqui, sed etiam humiliter tacere, quando te Confessarius reprehendit, neque cum indignatione interrompere correctionem. Insani ac phrenetici signa pròdit, qui moribus invadit medentis manum. *Altera perversitas, ait S. Bernardus, medicanti irascitur, qui non irascitur sagittanti.**

Altera conditio requisita ad Confessionem, est, ut sit integra. Et hæc integritas consistit non solum in manifestatione omnium peccatorum mortalium, quæ post diligens examen memoriæ occurrunt, sed & numeri, & circumstantiarum speciem mutantium. Quod ad numerum attinet, oportet eum exprimere plenè, si ejusdem subit mentem recordatio; sin verò factâ indagine eum assequi non liceat, dicendum, quod vero similis judicabitur, absque elevatione aut Imminutione. Quod si nec istud ob nimiam copiam fieri posse videbitur, dicendum saltem, quanto tempore quis in his peccatis perstiterit, & quoties solitus fuerit ea committere. Exempli gratiâ: alicui personæ consuevi anno integro, sui que lapsus propè quotidie, vel in hebdomade bis terte; vixi per annum, inimicitiam intra me fovendo continuò inquirens rationem sumen-

di vindictam. In taberna mea mercatoria hoc anno semper studui parùm aliquid emptoribus decerpere. Si quid minus verò affatatur, circa malitiam voluntariam, remittentur tam ea, quæ in Confessione fuerunt exposita peccata, quàm quæ valente memoriâ fuerunt silentio præterita.

Ex circumstantijs eæ sunt indicanda, quæ mutant speciem. At quænam illæ, inquires? Non licet id paucis comprehendere, & tradere Regulam perfectam, quæ rem declaret, atque ab omnibus intelligatur. Dici posset, tunc peccata diversam contrahere speciem, quando ita opponuntur & adversantur rationi, ut notabilem videantur habere differentiam. Sed hoc ipsum clariùs tibi explicari desiderabis. Quod praxin concernit, existimo hanc posse asserti Regulam, quâ se quis multis exsolvat dubijs. Illæ circumstantiæ mutant speciem, per quas aliquis peccat contra diversas virtutes. Exempli gratiâ; qui occidit inimicum suum ferro, non diversam committit peccatum, quàm si veneno sustulisset, quia in utroque casu eandem nec diversam virtutem violat, quæ est justitia. E contrario, qui hostem in templo trucidat, aliud & distinctum peccat ab eo, quo eum in platea urbis obruncasset, propterea, quia non solum læsit virtutem Justitiæ, sed & Religionis. Non disticoor, hæc ipsam Regulam non ita esse universalem, ut non patiatur aliquam limitationem; sed quia parùm praxi subservit, libenter abstineo. Quod si nec ista sufficiant, quibus in notitiam venias circumstantiarum speciem mutantium, mecum sequere

SEGNE  
CONCORDIES  
INSTRICH  
Pœnitentia  
Confessio  
Pœnitentia

quere consilium. Revela Sacerdoti id omne, quod juxta dictamen rationis videtur novam deformitatem superaddere peccato: & sic quietus esto. Non est, cur quis etiam indoctus superfluis se hinc angat scrupulis. Confessarius interrogando supplebit ignorantiam? & nisi fecerit, aderit Deus, qui non exiget à te observationem eorum præceptorum, quæ citra culpam tuam neglexisti.

Id solummodo observandam est, curam exprimendi circumstantias, in nullo genere peccati majorem habendam esse, quàm in carnali, ubi diversi status peccantium diversam quoque malitiam annexam habent. Et hinc oportet explicare, siue persona soluta, an conjugata; an sanguine vel affinitate juncta; nullane præcesserit cognatio spiritualis, ex Sacramento Baptismatis vel Confirmationis; siue voto castitatis obstricta; fueritne peccatum cum ejusdem an diversi sexûs complice. Sed ne futor sum, spero, à tuamet conscientia suggerendum, si peccandi diversa in mentem venit malitia: satis erit, si monenti aurem accommodaveris.

Quod si deinde Confessarius scite peter, quanto tempore peccato deditus alicui vixeris, aut assuetudini inhæris, sincere & candidè responde: imò etiam non interrogatus edisserere, nullaque lege te urgente. Alià medicinà eget, longo temporis tractu inveteratus peccator, qualis erat Paralyticus ille, qui triginta octo annis jacuerat infirmus & languidus. Unde opus est peculiaribus documentis, quibus à relapsu inibeatur. Non contentus es dicere medico: Domine, hac nocte laboravi febris; sed ad-

dis insuper, tot jam sunt menses, quibus me febris nunquam deseruit. Et cur non etiam simili ratione te manifestas Confessario, si perfectam cupis obtinere sanitatem? Id, quod pro certo habes, certum pronuntia; de quo verò dubitas, ut dubium propone; & talia in ore appareant peccata tua, qualia inveniuntur in corde; Ne occasionem præbeas supremo Judici post hanc vitam corrigendi iudicium hoc à te institutum, & retractandi obtentam malitiosè à Sacerdote Absolutionem, latà sententià damnationis irrevocabili. Absque veritate hac Confessio non solum non est Sacramentum, sed sacrilegium. Non confiteri, malum est; pejus autem, sic confiteri, nec tunc medium ullum superest salutis. Hic ergo obfirmandus est animus, quemadmodum famosus ille belli Dux necessitatis motivo animabat milites: *aut vincendum, aut moriendum, milites est.* Aut superanda est verecundia, quæ vetat peccata sua aperire homini unico totius mundi, cui in nullo casu fas est quidquam propalare, qui compatitur, & medicinam offert, qui demum longè graviora exceptit; aut mors oppetenda, & quidem æterna. Alla erit confusio, quæ sine fine in inferno sustinenda erit ijs, qui revelare noluerunt delicta sua in Confessione, & modò insipientiam suam extremam maledictis execrantur. O quale telum erit, cor penetrans & lancinans cogitatio illa: levissimo negotio salutem poteram consequi, & non feci! O quæ amaritudo, furor & rabies animum discruciant? Forsitan te speras damnationis sententiã evasurum, alio à te suscepto pietatis opere?

opere? non sufficit. Aut vincenda est verecundia, aut moriendum. Ne dicas, te jejunare: aut vincendum, aut moriendum. Non dicas, te flagris corpus tuum d'erberare: aut vincendum, aut moriendum. Non eleemosynarum largitiones prætere: laudabiles sunt, sed non sufficiunt. Postquam semel peccati vinculo te illigasti, ad eas redactus es angustias, unde te non extrices, nisi superatâ repugnantia, quæ te à Confessione absterret, aut animæ ferenda erit iactura. Nobilis quædam femina cæterum pia, & in eleemosynas adeo profusa, ut mater audiret pauperum, damnatis famuli cujusdam sui amoribus irritata, deduci eò se passa est, ut patrato scelere, factum inde in lacem editum enecaret. Impuritas atque silentium fecerant audaciorem, ut sæpius iterare flagitium non erubesceret. Mira res! quæ tantum animi habuit, ut scelus admitteret, non habuisse tantum roboris, confitendi, dum vixit. Perrexit interea in egenos esse misericors, quasi posthabitis tot sacrilegiis cælum invitum eleemosynis expugnatura. Sed fefellit ipsam sua opinio. Postquam è vivis excesserat, Filio suo vtro Religioso se spectabilem dedit, duobus stipata draconibus, à quibus miserè dilacerabatur, cumque jussit desistere orationibus, hætenus pro se perisolutis; actum esse de salute sua, jamque æternum arsuris ignibus esse adjudicatam: expositis simul criminum suorum origine, progressu, & sempiterni exitij sui causâ. Subjuxit denique, nisi mortiferum peccatum Confessione expietur, frustra esse omnia; nihil absque hac cetera conferre posse virtutum

opera, licet totius mundi opes distribuerentur inter pauperes. *Nullum bonum proficit, ubi virtus Confessionis deficit.* His dictis cum horrendo ejulatu abrepta est à draconibus, atque dispersa. *Collet. Ex. 32. de Conf.* Ita se res habet, Benevole Lector. Nunc ergo cum nolis, ut spero, æternum perire, necesse est vincere: pessunda omnem respectum, contemne erubescenciam, & sequere consilium precilissimum, quod tibi suggerit S. Bonaventura, *Lib. de puritate conscientie.* Quando Confessionem petagis, primo loco ea recense peccata, quæ majori tibi confusionem creant. Ita illustratorem reportabis de dæmone victoriam, quem sanctorum Patrum quispiam contempit Confessionalia obambulantem, atque verecundiam, quam peccantium subtraxerat, pœnitentibus restituentem.



## CAPUT XII.

*Quid agendum sit Pœnitenti, post Confessionem.*

**T**amet si Deus malit exercere misericordiam, ad quam naturalis illius sua Bonitas inclinatur, quam justitiam, ad quam nostra ipsum vi trahit malitia: Nilominus quia & hanc & illam in se habet infinite perfectam, idèò ordinariè in gubernatione sua solet utramque consociare: ad eum serè modum, quo homo plerumque dextrâ promptius utitur quàm sinistra; sed cum opus alicujus momenti efficiendum est, utramque manum adhibet. Quare cum Deus in tribunali sacro impertit nobis iustitiam suam

(sua misericordiam, condonando culpam mortiferam, unâ cum pœna sempiterna, petit quoque ostendere suam iustitiam, exigendo aliquam satisfactionem, qua vel integra vel ex parte pœna temporalis, quæ remanet post remissionem æternæ, expungatur. Hæc satisfactio, seu pœnitentia, ut communis solet appellari, est tertia pars præstanda à Pœnitente, estque integralis, non essentialis, juxta superius dicta. Ideo finita Confessione imitare Samaritanum illum, quem Christus à lepra mundatum, atque inde cum magna gratitudinis significatione reversum, tantopere laudavit. Recede paulisper in aliquem templi angulum, & sincero corde Deo gratias age, quod tibi benevolentissimè dignatus sit præbere, quod ipse proprio suo sanguine comparavit, nempe gratiam. Dispone te ad impostam pœnitentiam exequendam; qua in regiminum tibi suggero consilium. Primum, ut mox tibi poteris, eam impleas, quod fiet, ut securior sis, à te in statu gratiæ absque peccato mortali illam fuisse persolutam; alioquin non modò nullus erit meriti, sed quandam novæ culpæ speciem præferre videbitur, ac novum incurere debitum. Alterum est, ut majorem tibi à Confessario petas iungi pœnitentiam, Opera enim hoc nomine præscripta, & perfecta, plus sunt satisfactoria & meritoria, quàm illa, quæ proprio arbitrio suscipiuntur, atque hinc ceteris omnibus præponderant. Confessarij, sive quia patùm peccati gravitatem expendunt, sive quia timent, ne Pœnitentem à Sacramento absterreant, subinde sæc leves imponunt

pœnitentias pro ijs delictis, quibus olim sacri Canones constituerant severissimas. Quare noli esse contentus modicâ illâ, quam Confessarius statuit pœnitentiâ, quin potiùs austerium ultro adicias, memor, quod in antiqua lege residuum holocausti ex ignibus, jussus esset Sacerdos ipsemet depositis primis vestibus transportare in locum mundissimum, ibique vehementiore flamma redigere in cineres. Quid hoc sibi velit, cognosce. Id quod ex pœnitentiæ holocausto velut imperfecto, residuum manebit, necdum completum, postquam mortalitatis vestimentum exueris, necesse erit absolvas in purgatorio in loco mundissimo, sed modo acerbissimo. His ita expensis, te ipsum animabis ad faciendos fructus dignos pœnitentiæ, qui triplici hæc comprehenduntur specie. *Levânio, Eleemosynâ, & Oratione.* Jejunij nomine intelligitur quælibet corporis castigatio, per quam DEO nostrum offertur corpus. Eleemosyna completur omnia opera misericordiæ proximo exhibita, quibus traduntur bona nostra Deo. Oratio involvit actus quoscunque ad Dei cultum directos, itaque Deo nostrum præsentat spiritum. Hæc si obtuleris, perfectum erit holocaustum, nihilque quod exolveras, remanebit.

\*\*\*  
 C A P U T XIII.

*Quibus remediis Pœnitens se præservet à relapsu.*

**F**inis sinceræ pœnitentiæ est, non solum peccata commissa plectere, sed etiam præcavere futura. Quare veri Pœnitentis

nitentis est, præteritos errores non modo expiare, sumptâ de seipso vindictâ, verum etiam studiosè indagare rationes, quibus impostertum cadendi pericula antevertat. Nulla avicularum timidior est, & in vitandis laqueis cautior, quàm que iisdem semel implicata, & non nisi maximo eluctata est labore. Si in hunc modum essemus compositi, opus non foret multis præceptis, quibus à relabendi consuetudine retraheremur, sed experientia testatur contrarium. Qui heresitit, vix paucis diebus se valet continere à peccato. Oportet itaque validè se præmunire adversus recidivam, per quam peccator in deteriorem statum prolabitur, quàm erat, cum primitus peccaret. Præsertim cum diabolus, qui animam solus reliquerat, non incommittatus solet reverti, ut monuit Christus, referente S. Lucâ, Cap. 11. 26. *Sed adducit secum septem alios spiritus nequiores se*, itaque res semper vergit in pejor, cum æternæ damnationis discrimine. Qui quotidie Inferni portas frequentat, easque pulsât & concutit, demum videbit apertas, seque infelicem illuc abripi inquitinam. At quibus nunc præsidij obtineri potest in bonis propositis constantia? Certum est, ad perseverandum in bene cæptis, opus esse peculiari Dei auxilio, qui vires & robur submittat resistendi, & modicum illud mellis, quod peccato admixtum est, respuendi. Eadem ergo adjuvamenta, quibus divinam opem nobis conciliabimus, opportuna quoque erunt ad consequendam perseverantiam. Sunt autem duo, Communio frequens, & Oratio.

Quemadmodum Deus in paradiso terrestris inter ceteras jucundissimas arbores unam plantaverat, quæ Arbor Vitæ fuit appellata, quod fructus illius novum identidem vigorem præberent edentibus, vitamque mortis experientibus, Ita quoque in Ecclesiæ horro constitit Arbor Vitæ, & quidem divinæ, cuius fructus in anima vitam gratiæ conservent: & hæc planta est Sacramentum SS. Eucharistiæ. Inexcusabiles ergo sunt, qui rarò communicant, quando cadunt. Quid enim obtendant relapsibus surgendis, cum iudicio sistunt? an debilitatem, ex qua non licuit furem hostis infernalis impetum repellere? sed cur, Judex objiciet, viribus tuis diffusis non confugisti ad eum, qui te posse confortare? quid ni ad sacrum te recepisti altare, meoque te pavisti? Corpore tuomet malo nutriris recussisti. Inique omnis evadendi via erit præclusa: *Omnia iniquitas oppilabit os suum. Ps. 106. 41.* Sic apparebit, quotquot damnati sunt, sua voluntate periisse, quando ex meta socordia neglexerunt præsidium adeo suave, ac facile, à Christo eorum salutem procurandæ suppeditatum. Sed quid mirum? Christus, inquit S. Ambrosius, panem hunc instituit, voluitque esse quotidianum, & tot sunt, qui eo vescuntur semel in anno! prudenter idcirco ageret Confessarius, si ad inflammandam tepiditatem, frequentiore penitentibus præscriberet Communionem. Quid si autem Sacerdos id non injungat, esto tu ipse tibi medicus, & remedio hoc utere, accedendo ad mensam angelicam post singulos menses, & si potes, septuaginta. Ajunt, in summis montium jugis albos inveniri

inveniri lepores, propterea, quod nivibus alantur. Age tu id ipsum, & mundissimo hoc cibo utere creberrimè, nec dubita fore, ut brevi tempore candidissimo candore anima tua resplendeat.

Alterum perseverantiæ utilissimum subsidium est Oratio, quæ ut supra diximus, est universale instrumentum Providentiæ divinæ, cum, quidquid nobis vult largiri, id ferè omne petat à se precibus obtineri. Medium hoc est efficacissimum, ob multoties factam promissionem Salvatoris, qua nos certò exaudandos prædixit, si quid salutis nostræ necessariam esse nos postulaturi. *Petite, & accipietis. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Si quid petieritis in Nomine meo, hoc faciam. Omnia quaecumque petieritis in oratione credentes, accipietis.* Præterea nulla subest remedio huic difficultas: quid enim facilius esse potest pauperulo alicui, quàm elemosinam polcere, maxime ab opulento? adeoque ex hoc capite nequaquam erimus excusari. In nostra situm est potestate, conservare gratiam divinam, & non reverti ad peccata præterita, nempe assidue Dei opem efflagitando, magnâ fiducia atque animi demissione, quâ agnoscamus, non meritis nostris, si exaudiamur, esse attribuendum, sed ejus Bonitatis, ac promissioni summâ fide præstitæ. Ex neglectu Orationis, originem suam trahunt omnes lapsus. *Vigilate, & orate, & non intretis in tentationem. Matth. 26. 41.* Ex eodem fonte promanat inopia nostra: *Non habetis, propter quod non postulatis*, ait Apostolus S. Jacobus 4. 2. Debiles estis, quoniam non petitis vigorem: infirmi estis, quia pro

salute vestra supplices fieri dedignamini. *Non habetis, propter quod non postulatis.* Et hinc tanta est orationis necessitas ad consequendam salutem, ut, qui non se per eam Deo unquam commendaret, salvari non possit; quamobrem S. Augustinus censuit unicum esse medium, quo promereri possimus quodammodo finalem perseverantiam. *Alia*, inquit, *Deum dare non orantibus. sicuti in initium fides, alia non nisi orantibus præparasse, sicut usque ad finem perseverantiam. Lib. 2. de bono perseverantia. Cap. 16.* Prima gratia confertur non petenti, perseverantiâ nemo absque oratione potestur. Adhæc quando vehemens nos impugnat tentatio, ex qua grave peccandi instat periculum, tenemur ad eam ad orationis asyllum confugere, ut qui eam negligit, ejusdem speciei culpam censetur incurere, ad quam tentatio impellit. Neque Divina solùm Bonitas exoranda est, sed & in vota vocandi Cælestes, salutis nostræ Mediatores, præcipuè autem sanctissima Deipara, cujus patrocinio tanta nobis obveniunt beneficia. Unde ei, qui literarum ignarus est, suaserim, quotidie recitet ter orationem Dominicam, ac toties Salutationem Angelicam, in honorem illibatæ puritatis Beatissimæ Virginis, inque gratiarum actionem sanctissimæ Triadi, à qua insigni hoc ornamento fuit nobilitata: postcendendo dein gratiam, per ejusdem intercessionem non delinquendi cogitatione, verbo, vel opere. Testatur Joannes Avila, multis hanc profuisse devotionem, multoque majorem retulisse fructum, quò frequentius per diem renovârunt. Illis, qui literas cal-

lent,

lent, subserviet sequens formula Divæ se Virgini commendandi.

O R A T I O

**S**AUCISSIMA Virgo DEIPARA MARIA, quoniam non dedignaris esse refugium peccatorum, ego infelix peccator, summo tamen flagrans desiderio, post hoc fideliter Deo servandi, suppliciter te ex intimo cordis affectu rogo, per pretiosissimum Benedicti Filij tui sanguinem pro me effusum, ad sis mihi hodie potentissimo tuo patrocinio, impetra mihi prius omnibus mundi malis obrui, atrequam in unicum lechiferum peccatum consentiam. Ah! ne permittas, O Mater misericordiarum, ut unquam omnipotentis Dei iram & indignationem iusti iudicis in me provocem, mihi que momentaneâ voluptate comparem æternos cruciatus. Erravi nimium densis hæcenus involutus tenebris: cupio sanguineis deffere lacrymis, quod tam parum tuæ studuerim respondere Bonitati, à qua tot gratis sui præventus, & quæmeretur sur-me amari. Impetra mihi, O benignissima Advocata, per maximum meritorum tuorum thesaurum veniam; & præstâ, obsecro, ut finito paucorum dierum, qui mihi supersunt, numero in hac misera vita, consequi merear tuo patrocinio mortem sanctam, & patriam, ubi & tecum lætari, tibi que æternum gratus esse possim. Amen.

Verum quia Deus à suis creaturis exigat non solum ut orent, sed ut vigilent, sive ut operam suam conjugant, & (ut loquitur D. Augustinus) modicum id conferant quod habent, & petant, quod ipsi deest: *facere quod possis, & petere quod non possis, Lib. de Nat. & Grat. C. 43.*

Propterea alia duo subsidia adhibenda sunt, quæ nostram promoveant cooperationem.

Primum est, Occasionum fuga. Scimus, vasa vitrea quantumvis fragilia, ferro etiam esse durabiliora, si illius periculo subtrahantur. Idipsum experitur, qui sibi diffidit, fugitque conversationes suspectas, dissolutorum consortia, refrænat oculorum licentiam, inviv recunda devitat colloquia. Ne dicas, non subesse amplius periculum. Scipia in his quoque occasionibus succubuerunt sanctitate conspicui homines, qui veluti columna videbantur stare immobiles.

Cogita nunc, quid de peccatore sperandum sit, qui cedit ut arundo. At tanto jam tempore liber à peccato vixit. Idèone te credis esse in peccabilem? Certe vas testaceum non inde robustius existit, quod longo tempore steterit illatum. Ex argilla confectum est; semperque mansit fragile. Incautior tange, & in stultum dissillet. Nil ad lapsum deest homini, nisi occasio, præsertim inermi ac imbecilli, quia nec suis resistere valet viribus, nec à Deo speciali auxilio protegiatur & adjuvatur.

Denique ultimum præsidium perseverantiæ, petendum est ex nostra cooperatione. Expendendæ sunt, quas Fides proponit, Veritates irrefragabiles & veluti acres animo admovendi stimuli: cuiusmodi sunt, vitæ brevitatis, mortis vicinæ, supplicia peccantibus pataræ.

*Memorare novissimam, & in æternum non peccabis Eccl. 7. 40. ait Spiritus Sanctus. Quis peccare præsumet, vivipet- suus fide, sibi moriendum esse, hoc est,*

SEGNE  
CONCORDIA  
INSTRUCI  
Poenitentia  
Confessio  
Parochia

se avellendum ab omni eo, quod charum habuit, ab amicis, parentibus, opibus, commodis, voluptatibus, denique à suo met corpore sibi discedendum; hisque omnibus exatum cessurum vermibus incibus, succisâ spe per totam æternitatem, vel temporis concedendi ad bene operandum, quod neglexerat, vel remedij, quo admissos resarciat errores. Et hæc omnia jam jam in foribus stant. Paulò post dies illucescet, cujus tu non es supervicturus vespere; aut valens feram inchoabis noctem, neque insequentem aspicias vivus auroram. Vibratur ictus iste non modò in te, sed já jugulo immergi incipit, sic ut mors tergo inhaereat, antequam te premi sentias. Quid tunc proderunt tibi voluptates? quid honores? quid negotia & mercimonia? Quid non, cum migrandum erit, daturus esses, ut nullum unquam commississes peccatum? Quanto redimeres precio paucas horas, imò momenta illius temporis, quod modò vanissimè dissipas? Quantum torqueberis, cum experieris, advenisse noctem, priusquam boni quid fueras operatus, ac promeritus felicitatis futuræ præmium? Et ita revera est: *venit nox, quando nemo potest operari. Ioan. 9. 4.* Quanta erit tribulatio, cum standum erit in conspectu tremendi Judicis, conscientia innumeris scædatâ maculis, eritque reddenda ratio tam eorum, quæ malè acta sunt, quàm bonorum neglectorum, tot inspirationum, quæ surdis exceptæ fuerunt auribus tantæ ingratitude, infidelitatis, neglectûs Domini Sanguinis in Sacramentis, ita ut exprobraturus sit, quod cum ex nihilo

R.P. Segneri Instruct. Poenitentis.

nos produxerit, nos eum pro nihilo postea ausi fuerimus conculcare pedibus, & diabolo toties post ponere. Quis non expavescet ad tremendum hoc iudicium, tot jam Sanctis in Ecclesia tremore concussis? Et quis nisi mente captus, audebit offendere hunc Judicem, ex cujus ore procedet ultima ac irrevocabilis sententia, seu vitæ, seu mortis sempiternæ? si ab eo maledictionis fulmine fueris percussus, qui poteris expectare amplius boni? Cumq; te damnator in carceri adjudicaverit, quis te inde extrahet? cujus ibi recreaberis visitantis alloquio, aut à quo capies levamentum? perpende nunc, qualis in eo statu futura sit desperatio. Os aliquod luxatum, suâque naturali sede motum, incredibilem excitat dolorem; quid animæ fiet, semper à centro suo, quod Deus est, avulsæ? accedente adhæc igne inextinguibili, à Divina Justitia in peccati pœnam succensso; atque hæc omnia sine fine, ita ut si maria lacrymarum profuderis, ne minimum quidem pœnarum, quibus subiectus es, extinxeris. Quis nunc erit, qui veritatis hujus luce illustratus peccare ausit, atque unicum voluptatis somnium nunquam finiendis emere tormentis? Miser Jonathas, cum se mortis reum audiret, ob violatum modico libato melle jejunium, quo parens exercitum obstrinxerat, subito percussus horrore exclamavit: *Gustans gustavi paululum mellis, & ecce morior. 1. Reg. 14. 43.* Quid futurum est, quando gustatam dulcedinis guttulam, longè maxima excipiet amaritudo? mors perennis? mors in igne? in igne, qui nunquã extinguitur? vellés-

G

ne



ne noctem unicā inter succensæ fornacis incendia exigere etiam torius mundi delicijs potiundi gratiā? Haud credo. Et tamen longè majori te exponis periculo. Quis scit, an non primum quod committis peccatum, sit quoque ultimum? & non jam arcus intentus sit, qui te fulminet? Fieri poterit, ut, cum ad vomitum reverteris, tempus te confitendi deficiat, aut necessario dolore careas, & proposito, ut ingratitude tua divinæ Misericordiæ fontem exsiccet, adeò, ut indignum te reddas auxilio, quo adjutus in vitæ limine facilè dæmonis superare impugnationem. Dices: fortassis non ita eveniet. Sed quid si hoc contingeret, quid te fieret? Quot præcesserunt jam, qui hanc ipsā cantilenā sibi blandiebantur: Non ita eveniet; & modò sentiunt ita evenisse, ardent nunc, & ardebant sine fine? An tu unquam in venditione aut alio contractu centum Scuta alienæ fidei crederes, nisi cautio tibi majorque securitas præstita esset, quàm tu modò habes, quòd non sis moriturus in peccatis? Quis damnatorum apud inferos reperitur, qui non hoc ipsum olim dixerat: Fortassis non ita eveniet? Nullus unquam Christianorum præceptum in barathrum illud ruit, qui verè crederet, se eo infelicitatis posse prolabi. Nemo non in ore habuit, Confessione me mundabo, salvabor. Tu elige, quod turissimum est; Quid enim oberit, vitam securæ conformare Regulæ? Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. *Matth. 19. 17.* Si vis effugere infernum, En via: Observa legem, præcepta Domini Dei tui.

Longè verò præstantissimum remedium est adversus peccatum, si hoc ipsum vivā fide attentè inspiciatur; ad eum modum, quo scorpio ipsemet venenat fieri solet medicina. Efficientes hoc sequentes considerationes.



#### CAPUT XIV.

*Gravitas peccati representata Penitenti, quæ sibi caveat à relapsu.*

**D**ebet quis intelligi? ait Psalmista. *Pl. 18. 13.* Quis est, qui intelligat, quantum malum sit peccatum mortis-rum, & quis descendit in hoc mari ad malitiæ fundum? Quòd si nullus intellectus vel humanus vel angelicus eò ulque possit pertere, nihilominus necesse est pro vitibus conitari, ut quantum licet, tanti mali habeatur notitia, ex qua maximus consequatur horror & fuga, præferreim cum omnes, qui potas huic hosti pandunt, & intra animum recipiunt, in eo fallantur, quòd vulum illius non inspiciant, atque examinent. *Omnis peccans est ignorans.* Unde quàm sæpius in sacris paginis peccatores appellantur stulti, insipientes, qui intelligentiā privati, non agnoscunt id, quod agunt. *Nesciunt, quid faciunt.* In hunc finem instituemus has considerationes, quibus adjuvari poteris tam ad commissa seriò detestanda, quàm cavenda ea, quorum facilius esse solet repetitio, nisi robusto animi decreto præmittis

aliarum. Primum considerabimus peccatum in seipso, deinde ejus circumstantias, denique poenas.

Quod omnium maximè horrendum inest mortali peccato, eique quaedam infinitam affert malitiam, est, quòd sit injuria Deo illata & contemptus Majestatis infinitæ. Unde sequitur, ut quantum Deus amari dignus est, tantam mereatur peccatum abominatorem, per quòd offenditur; & quemadmodum Deus nunquam amari potest, quin semper omnem excedat amorem, ita nemo unquam adeò peccatum execrabitur, ut non majore dignum sit odio. Injuria ista non est vulgaris, sed cum quadam comparatione instituta, quòd multò magis aggravat malitiam. Ideo quando homo ad peccandum instigatur, in uno quasi latere Deus assistit, eumque præceptis suis exhibitis dehortatur: *Non facias quòd iniquum est, non furaberis, non machaberis.* Hinc præmium servatæ fidei demonstrando, illinc minando supplicium æternum transfugæ, & hosti capitalissimo decretum. In opposito latere adstat dæmon, manu exhibens atque afferens voluptatis illecebram: & quid refert, ait, offendi Deum? esto, ipsi displiceat, tu interim quòd lubet, fac; de satisfactione postea cogitabimus. Peccator ergo cum persuasus consensum præbet, tergum Deo obvertit, & opere ipso in hunc modum Deum alloquitur. Nulla mihi tui cura est, nec pensi habeo beatitudinem tuam, non me infernus terret, aut indignatio tua; faciã, quòd mihi arridet, ac in dæmonis gratiã meæ obsequar voluntati. *Quis est Domi-*

*nus, ut audiam vocem ejus, Exod. 3. 2.* Hic sensus est cujuscunque, qui in peccatum præceptis tuit; & licet eum verbis cum Pharaone non exprimat, factò tamè ipso idipsum profitetur, inferendo Deo tantam injuriam, cui excipiendæ infinitæ tolerantie virtute opus est. Vide nunc magnitudinem malitiæ, sub unico peccato mortali latentem. *Deus omnipotens postpositus vilissima voluptati, à miserabili creatura.* Vide, quid comprehendat offensã, qua peccator injuriosissimis rationibus invadit & contemnit Deum suum, qui, ut loquitur Daniel, *delinquit in omnibus.* Illum contemnit ut Legislatorem, renuens subesse ejus, quæ statuerat, præceptis. Contemnit Dominum, negato obsequio. Contemnit Finem ultimum, nihili faciens beatitudinem, benignissimè sibi promissam. Contemnit Deum, tanquam Creatorem, suamque substantiã; quam ab ipso accepit, intellectu, ingenio, libertate, adversus ipsum utendo. Contemnit Redemptorem, nulla habita ratione effusi pro se Sanguinis, mortisque toleratæ. Contemnit Judicem, cujus se horribilem sententiã; penarumque severitatẽ, nihil extimescere demonstrat. Contemnit Amicum, non curando ipsius benevolentiam, & averlando oblatam gratiã. Contemnit Patrem, renuntiando juri hereditatis, & respuendo dignitatem filij. Contemnit misericordiam, quã sibi spe veniæ ad liberius peccandum viam sternit. Contemnit Bonitatem, obijciendo divino obitui peccatum, quo nihil ipse habet exosius. Contemnit Dei omnipotentiam, quam suis famulari actionibus cogit, severissimè prohibitis. Contemnit Justitiã,

cum nihil moveri se sinite tot vindictæ exemplis, quæ in castigandis mundi flagitijs edidit, Contemnit ipse Providentiam, subvertendo ordinem ac finem, ad quem nos dirigit, Contemnit ejus æternitatem, quia si Deus, magnitudo, gloria, regnumq; ipsius possent aboleri, jam nunc ad nihilum redigeretur à peccato, Denique cetera omnia Dei contemnit Attributa *delinquit in omnibus*. Omnia naturæ dona & gratiæ beneficia à Deo accepta, In eundem veluti hoste convertit, aded ut, quotquot in Deo resplendent perfectiones, quot favores generatim ac particulariter indulti (publicè æquè ac occultè) sunt, tot genera malitiæ inveniantur in peccato, nempe innumera ac infinita. Atque hæc considerationes neutiquam firmissimo veritatis fundamento sunt destitutæ. In hunc sensum conspirant omnes Ecclesiæ Doctores, exponentes atrocitatem injuriæ, quam peccatum Deo infligit. Et hoc, quod amplius est, asseverat in sacris literis Spiritus Sanctus, ponderans enormem contemptum æternæ veritatis sententijs, & efficacissimis verbis detestando. Conqueritur Deus per Isaiam, se irrisum ab ijs, quos in altum evexisset. *Filios enutrivit, & exaltavit, ipsi autem spreverunt me, Cap. 1. 2.* Alio in loco exprobrat factum atque animi tumorem, verius delirium illius, qui ausus erat impudenter Deo obistere. *Cognovi insaniam tuam contra me, cum fureres adversum me, superbia tua ascendit in aures meas. Cap. 37. 28.* Ad Romanos scribit Apostolus, à peccatore omnium amabilissima contemni Dei Attributa: *an nescis, quia divitas bonitatis ejus, & patientiæ, & longanimitatis contem-*

*nis? Cap. 2. 4.* Ecclesiasticus addit: *contempit timorem Dei Cap. 49. 6.* Apud Ezechielem legitur: *contempit iudicia Dei. Cap. 1. 6.* Dolorem suum per Hieremiam significat, se ab Amatoribus suis fuisse falsitè, irrisum & contemptum: *Quomodo si contemnat mulier Amatorem suum, sic contempit me Domus Israël, Cap. 3. 10.* Paulus à peccatoribus Filium Dei pedibus proteri, asseverat. *Qui Filium Dei concubaverit, Hebr. 10. 29.* Profanari ejus sanguinem, *quis sanguinem testamenti pretium duxerit, vituperari ejus gratiam, Qui Spiritui gratiæ contumeliam fecerit. Recovari crucis supplicium, versus in crucifigentes sibi metipsum Filium Dei Hebr. 6. 6.* Libidino haberi, & contumelios appeti. *Et ostentus habentes.* Testimonia hæc omnia satis apertè ostendunt, quanto pecc Deo offendatur mortali culpa; quæ si bene expendantur, neminem non permovent, ut ad stipule tur Beatæ Cathariæ Genesensii, sæpius affirmanti: Quod, si hic mare igneum ebulliret flammis, illic mortuorum stare peccatum, neminem fore crederet, si saperet, qui non protinus caeli saltu se in flammam injiceret, nullèque ignitis innatare fluctibus, nulla in litore evadendi habità sollicitudine, ne ab infami hoc monstro corripere tur. Nunc intelliges, quam ob causam Filius Dei fieri voluerit Homo, suamque Majestatem aded profundè demittere in ignominiarum & tormentorum abyssum, *Exinanivit semetipsum.* Satisfieri Deo non poterat etiam pro unica lethali noxa, abique ejusdem meritis, Statue in una balança solum peccatum, (stateram intelligo non terreni, sed quod è cælo venit Sapientis judicii)

judicij) in alterâ congere, quidquid bonorū operum usquam à Sanctis fuit præstitū, labores, lacrymas, jejunia, elemosynas, orationes, Martyrum sanguinem, uadecim millionum, quos Ecclesia & supra numerat, Angelorum ardentissimā charitatem, eorūque Reginæ sanctissimæ Virginis merita. Hæc omnia in unū collecta fascem, nunquam unicum peccati mortalis pondus æquabunt. Imò si Deus tot procreasset mundos, quot stellæ fulgent in firmamento, eorūque meritis impleret Sanctis, qui in corporibus affligendis, orationisq; studio essent assidui; nec pro minimā talis peccati culpa satisfacerent. Omnia eorum, atque innumeralium aliorum opera appensa juxta peccatum levissimum ex mortalibus, minus præponderabunt, quam arena granum cum vastissimo monte comparatū. Æqualitas tanto pondere petenda erat ex Cruce Christi, ejusque clavis & flagellis: Tantum debitum non nisi ejusdem sanguinem expugni potest, cui solvendo impares sunt omnes mundi thesauri, quibus etiam nec aquæ guttula tot annis ab Epulone divite inter inferni incendia æstuante desiderata, posset impetrari. Miraris ista? Et ego multò magis obstupescō, inveniri adhuc hominem, qui affulgente hâc certissimæ veritatis luce, audeat peccare! Fidem profiteri Christianam, & tamen vivere, ut passim vivitur! aut nomen est exuendum, aut alij induendi sunt mores.

Hæc umbra est horrendæ malitiæ, quam peccatum mortiferum continet in se ipso spectatum; sed quantæ erunt tene-

bræ, quas inducunt ejusdem circumstantiæ? Quis est ille, qui se audeat opponere Creatori suo: qui contradicit Patri suo, ac tanta libertate ipsius infinitâ Majestatem contemneret vilissima terræ gleba, inquit *Isaias, Testa de Samijs terra. C. 45. 9.* Non solum est homo originem suam trahens ex limo, ac rursus in pulverem resolvendus, coram Deo apparens tanquam non esset, sed quod plus est, summis à Deo cumulatus beneficijs, creatus infinitâ potentia, ineffabili conservatus providentia, redemptus maxima charitate, extremis doloribus, in filium adoptatus per Baptismum, toties ad participationem Sacramentorum admittus, lactatus sanguine & divinissimo pastus corpore. Et fieri adhuc potest, ut homo talis peccato se contamineat? O horror! Si Tartarus, Sarcenus, aut inter densas Idololatriæ tenebras educatus, tale quid perpetret, videri potest excusabilis error: si inimicus meus malodixisset mihi, sustinuissem utique *Pf. 54. 13.* At illudne præsumat Christianus? *Tu verò homo unanims, dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos?* Quòd verò tale quid perpetret is, qui hausit Spiritum Dei sui, qui sub vexillo Christi Jesu militat, familiaris & domesticus, accumbens toties ad eandem mensam cum Domino suo, id sanè ferendum non est. Sapienter pronuntiavit S. Augustinus, Infidelem, cum peccat, mereri infernum, Christianum verò dignum esse, cui novus instruat focus, qui veluti *Babylonica foenax succendatur septuaginta, tortores adjungantur septemplexi ferocitate crudeliores, tantumque auctiores*

cruciatu, desperatio cetera que diabolice carnificinae majores presentibus accumulentur.

Sed forsitan Christianus peccans, id facit plerumque necessitate compulsus, siue vitæ conservandæ gratiâ, siue honoris gradum aliquem consequendi, & dominatum. Id ipsum est delinquere, nullo inde consequente lucro. *Violabant me propter pugillum hordei, & fragmen panis.* Ita desente, Dei nomine, Ezechiele. c. 13. 19. Sapientissimè levissimam ob causam Deus offenditur, ex qua vix quisquam præsumeret molestus esse homini: Abijcitur Dei gratia miseræ voluptatis studio, aut tenuissimi lucelli, cui obtinendo vix aliquot expendentur nummuli. Eo nempe progressa est jam cordis nostri malitia; Non vetetur Domini sui conculcare honorem, ejus refragari legibus, nihil facere universa beneficia, & quantum valet, coronam ejusdem capiti detrahere, nulla adhæc urgente necessitate, aut impellente violentiâ, sed solius incitante cæcæ voluntatis stimulo! *Odio habuerunt me gratis.* Jo. 15. 25. An non tanta flagitia rursus vibratis è cælo ignibus cum Pentapoli mererentur excindi, aut subito terræ absorberi hiati?

Si extra Dei conspectum committeretur crimen, videri posset non nihil injuriæ gravitas imminuta. Sed quis ille locus, qui Dei oculos omnia terrarum comprehendentis spatia subterfugiat? In facie ergo & in oculis ipsius delinquimus, & ipso opere ita Deum alloquimur. Tametsi præsens assistas, nec te lateant intima animi mei sensa, sermones, quos profero, audias, tuique oculi mundissimi horreant

intueri malefacta mea, nihilominus te exequor. Nihil refert, est vifa dispiciant: satis mihi est, hominum non observari oculis; an à te conspiciantur, nihil me angit. Tantum audeo in Dei conspectu vilissimas terræ vermiculus! Et quis reorum non timeo in præsentia Judicis facinus admittere? Quis rebellium, domino suo audiente, non refugit sedulo tractare consilia? Sola Dei Majestas causas habet conquerendi de subditis, qui in conspectu illius non extimescunt vitare Domini sui indignationem. *Populus, qui ad iracundiam provocat me, aut faciem meam semper.* Is. 65. 3. Non alioque singulari emphasi dixit, *semper*. Pondera istud quomodo tempore ad tam gravem iracundiam fuit provocatus? an forte cum nos affligeret, & castigaret? Non enim solummodo, sed *semper*; hoc est, eo ipso articulo, quo torus est in conferendo, quidquid habemus, unde ad obsequium suum nos excitet; quando vitam protogit, quâ ita conservat, tanquam in momento singula primitus conferret, quando vitia porrigit, vestimenta suppeditat, quando mille etiam interna arcei discernit; in ipso tempore, quo nemo nostrum illius offendendi auderet admittere cogitationem. Superando ingratitude ipsam belluarum ferociam, quæ non solent ea laceffere, à quo pascuntur. Imò cum vilissimus homuncio ex se ipso vires non habeat, & facultates offendendi nominat, quid agit ingratiſſimus? Ex ipsiusmet Auctoris manibus sibi eas vendicat, inique potentiâ, sensibus Internis, & eternis, sanitate, formâ, amicis, opibus à Deo concessis, veluti armis, Deum idemdem

oppugnat

SEGNE  
CONCORDIA  
INSTRUCH  
POENITENTIA  
CONFESSIO  
PAROCHIA

oppugnat. Si vel umbra tanti facinoris terreno regi accideret, an non barbaram inhumanitatem, sine fine execrarentur annalium Scriptores? Quis ergo non jam illum generis humani dicat opprobriū, iniquitatis Prodigium, portentum ingratitudinis, cum quo sibi communitatem naturæ intercedere omnes erubescerent mortales? Et tamen, quantum inhumanius quotidie tractatur Deus, vix ullo sentiente facti remorsum? Justas exclamandi rationes habuit, qui dixit: *Vidi pravaricationes, & tabescebant.* Ps. 118. 158. Si vel modicum quid de hac veritate degustāsses, profecto non solum non auderes ullum patrare peccatum amplius, verum etiam cum peccantem cerneres, cor tibi dolore rumpi necesse foret.

Ex hac malorū sentina, qui alij fructus redundare possunt in animā, quā pestilentissimi? Revocantur ij ad septenariū numerum, sūntque capita totidem septicipitis illius draconis. Primus itaque peccati pestilens fructus est, Divinæ gratiæ amissio, adeo pretiosa, ut ejus redimendæ gratiā Dei Filius proprium expenderit sanguinem. Hunc inestimabilem thesaurum dissipat & profundit peccator, insipientiā longē majore, quā si infans nobile gemmam tucibus permutaret. Hæc exuta gratiā adeo deformis existit anima, ut salvā vitā aspici non possit. Viderat aliquando dæmonom S. Catharina Senensis, uti memorat in suis Dialogis, tam horribili specie, ut mallet nudis pedibus solum carbonibus ignitis stratum inambulare usque ad diem extremi judicij, quā rursus in eundem desigere oculos, ne tamē, ut ipsi significabatur à Christo, prout in

se ipso est, seditate aspexerat, sed extrinsecam duntaxat ejus imaginem. Et hæc monstruosa facies orta est ex unica mortali noxa, ea sola in stygium titionem transformavit illum, qui prius lucidum radiabat sidus in cælo. Expende nunc, quo in statu versetur anima, non uno duntaxat, sed inumeris gravissimisq; peccatis constituta, Deo que inimica? Quis satis explicet, quā abominanda purissimis illis videantur oculis? quā sancta & fatentia illa sint ulcera? Affirmat eadē Virgo sancta, quod existens Senis, sibi ex ipsa urbe Romana peccantium quorundam fetorem afflatum perceperit, fueritque visus intolerabilis. Considera, quam mephitim exhalent coram Deo, tabe malitiæ consumpti peccatores? Certum est, neminem reperiri, qui tantoperè viperarum, bufonumque nidos abhorreat, quantum Deus averfatur peccatores. Interea pavonum more inflati vestibus, capillis, totiq; corporis habitu superbiunt. Osi aspicerent graveolentes suas animas, quas inclusas corpori circumferunt, quā se ipsos exhorrescerent! Merito Salvatore eos appellavit sepulchra dealbata: foris apparet marmor candidum, & superba inscriptio, intus verò recondita est sanies & putredo.

Alter peccati mortiferi fructus est, quod privet animam jure Filij Dei. Sanctus Spiritus ita inhabitat Justorum animas, ut, si per suam immensitatem ab ullo loco posset abesse, ijs tamen specialem suam præsentiam nunquam subtrahatur esset. Quare unitas sibi hoc vinculo gratiæ, evehit illas ad dignitatem adoptivæ filiæ Dei, faciendo eas participes quodammodo

dammæ-

dammodo Spiritus Sancti; itaque hac ratione earum opera & actiones ex infimo naturæ gradu attollit, ut minima operatio bona hominis, extra statum peccati mortalis constituit, tantum valeat, quantum cælestis gloria Paradisi. Porro sublimis Spiritus Sancti prærogativa perditur unico peccato; & eadē anima, que modò erat filia Dei, repente degenerat in filiam diaboli. *Vos ex patre diabolo estis.* Io. 8. 44. ait Salvator, similes effecti demoni per culpam, quemadmodum filij patris similitudinem referunt per naturam.

Qui autem filius non est, eidem neque competit hæreditas; & ecce tertius peccati fructus pessimus, jus omne paradisi adimit, ac nobilissimam hæreditatem, præparatam à Patre nostro cælesti, extinguit. Quis satis exprimat, quanti fiat, unus Monarchæ nominari hæredem! quantum honor iste parit æmulationem! Primogenitus familiæ sine comparatione antefertur omnibus, & honoratur, ipse enim regni est hæres; Nec ullus erit tam stolidus, qui cum Esau hunc titulum fratrum alieni cedat, illectus pulvis edulio. Confer nunc cum cælo terram, & videbis, quantum major sit stultitia peccantium.

Quartò peccatum privat hominem omnibus meritis, ante acto tempore collectis, aded, ut si centum annis in summa asperitate vitam traxisset, veluti S. Romualdus; cum Eusebio viginti annis ferreâ oneratus catenâ incessisset; cum Jacobo penitente annos quatuordecim vivus sub sepulchro latuisset; quadraginta supra columnam steterisset, exemplo Si-

meonis Stylitæ; plures ad fidem adducisset populos, quam Apostoli, illustiores excepisset revelationes, quam Prophetæ; plus sanguinis fudisset, quam omnes Martyres: accedente solâ lethali noxiâ, universa hæc perirent merita, ita ut in cæli statu moriens, nõ plus ex illis perciperet emolumenti, quam si nihil penitus boni fuisset operatus, *Omnes iniustitias tuas, quas fecerat, non recordabuntur.* Ezech. 16. 24. Civis quispiam, qui impigro labore vineam excoluit, jamque sub Autumnum lætus liberalem expectat vindemiâ, cum repentinâ grandine videt spem omnem everfam; Mercator, qui ex ultimis mundi finibus navem auro onustam advexerat, sed sub ipsum portus ostium coortâ tempestate fluctibus haustam intuiti cogitur, potest quandam lacrymis suis referre speciem jacturæ illius, quam peccatorum afferre solet. Certum est, Amicos Jobi ob longè leviorē casum, septem diebus hæsisse obstupescētos, & nec verbum potuisse proferre.

Quintus peccati fructus est, que homo singulari Dei protectione nudatur. Nulla unquam mater extitit, que tenerum suum infantulum tanto complecteretur affectu, quanto Deus constringit amore animam innocentem. *Quomodo sicumater blandiatur, ita ego consolabor vos;* ita olim locutus est per Isaiam c. 66. 13. *Afflitus, defendit, dirigit, brachijs sustinet; ad nbera portabimini.* Continuis cor fovet inspirationibus, mentē illustrat, inflammatur voluntatē, insolito confirmat robore, quò facilius suam operetur salutē. E contrario, qui peccat, his spoliatur, si non omnibus (Deus enim semper sufficientia relinquit





tentiâ ac fortitudine superiores quacun-  
 que inferiore creaturâ , ad eò ut terreni  
 Reges digni non sint unius illorum dici  
 mancipia ; & tamen ob unicam culpam  
 cogitatione admissam sempiternis igni-  
 bus adjudicaverit , nulla habita ratione  
 nobilitatis, neque præconiorum, quibus  
 Deum essent celebraturi , si in gratiam  
 fuissent recepti; posthabitis damnis, qui-  
 bus velut rebelles Ecclesiam affecturi es-  
 sent; Non obstante bello perpetuo adver-  
 sus Dei gloriam; non curatis blasphemijs,  
 hominumque perversione. Memorabile  
 fuit prælium illud ab Historicis relatam,  
 in quo quinque reges uno conflictu oc-  
 cubuerunt , inter quos fuit Sebastianus  
 Rex Portugalliæ. Vix fidem invenit atri-  
 te nostrâ tragicum facinus, quando Ang-  
 lia Regis sui caput securi à carnifice vi-  
 dit præcidi, supremo humanæ instabili-  
 tatis documento. Sed quæ comparatio  
 paucorû mortalium etiam Regum, cum  
 strage immensâ tot Angelorum, quorum  
 singuli naturâ suâ plus potentia & sapi-  
 entia possident, quàm universa hominû  
 virtus unira comprehendit. An non istud  
 satis declarat, quàm horrenda sit unius  
 peccati malitia, ex quo ad eò atroces pro-  
 veniunt Justitiæ partus? O! suprema Ma-  
 jestas, & gentium Dominator, quomodo  
 te non timeant mortales, & qua ratione  
 vel momento securi vivere possunt extra  
 tuam gratiam?

Altera pœna est homini inflicta, non  
 modò ea, quam protoplastus Adamus fuit  
 expertus, qui Justitiâ originali ornatus,  
 immortalitatis dote, & jure dominij do-  
 tatus, excidit universis, per solam inobe-  
 dientiam, seque & posteros omnes nobi-

lissimis hisce donis spoliavit, quorum la-  
 co in mundum introduxit mortem, pau-  
 periem, infirmitatem, bella, pestilentiam,  
 dolores, quæ omnia illius peccati sunt  
 supplicia. Sed & tot aliorum, qui ex eo  
 progeniti, culpa (non pœnitentiæ) imita-  
 tores exiterunt. Ardent modò, ardeunt  
 que in perenni incendio, quod animas,  
 corpora, membra, viscera, conossa atque  
 medullas ita penetrat, instar candentis  
 ferri, ut nec ignis à damnatis, neque hi ab  
 igne possint discetni: Nulla dies venit,  
 quæ illorum siccabit lacrymas, sine ter-  
 mino durabunt cruciatus, tortores nun-  
 quam lassati nullam indulgebunt quietem;  
 surdum habebunt Numen, non precibus,  
 non lamentis ad commiserationem sit-  
 tendum. Hi sunt infelicitissimi, de quibus  
 Malachias loquitur, *Populus cum iratus est*  
*Dominus usque in aeternum, c. 1. 4.* Torquetur,  
 nec ullus unquam tormentorum erit  
 finis. Atque hoc non ob defectum Mis-  
 ricordia Divina, sed propter eminenti-  
 malitiam, quæ inest peccato mortali. Quid  
 nunc tibi videtur? guttula sola sepe ca-  
 dendo lapidem excavat; quid erit, quæ-  
 do Justitia Divina in damnatorum ani-  
 mas sulphureos effunderet torrentes, tel-  
 lammis, omni que tormentorum genere  
 in illos sæviet per omnem aeternitatem?  
 Nec tamen (quod omnem superat intel-  
 lectum) tantâ severitate pœnarum unquam  
 peccati æquabitur malitia, ubique seles-  
 sociante Clementia; ipsa perseverantia  
 inter flammam, morte nullâ evadentis,  
 mitior pœna est, atque infra peccatum  
 merita, ad eò ut quilibet damnatus iure  
 ijs uti verbis possit, quæ leguntur apud  
 Jobum, *Peccavi, & verâ deliqui, & in v-  
 ra*

P. SEGNE  
 CONVICTIONES  
 IN  
 INSTRUCTIONE  
 Pœnitentiæ  
 Confessarij  
 Pœnitentiæ

## INSTRUCTIONIS POENITENTIS.

57

dignus, non recepi, c. 33. 27. Hoc spectaculum velle, ut semper obversare: ut oculis eorum insipientium hominum, qui nihil faciunt peccatum, & velut aquam bibant venenum.

Verum res nulla adeo perspicue demonstrat peccati gravitatem, ac poenae, quas ad evitendum illud sustinuit Redemptor noster Jesus Christus, Ex hac medicina, inquit S. Bernardus, colligo, quanta fuerint vulnera mea. Multo evidentius argumentum Divinae Justitiae adversus peccatum, exhibet vel levissima Christi percussio, aut spinæ unius punctiuncula, virgarumque ictus unicus, quam si Deus Mundum universum subvertisset, Angelos cum hominibus in tartarum deiecisset æternum cremandos. Quid cruciatus omnium creaturarum comparati cum minimo dolore Creatoris, Innocentissimi, Sanctissimi, Filij Dei unigeniti? Et tamen Patri æterno satis non erat, Filium qualemcumque levi duntaxat vexari incommodo, sed voluit eum onerari probris & contumelia, ut præ omnibus hominibus diceretur *Vir dolorum*. Convertere nunc oculos in Jesum propter te tormentis subiectum, ut neque contemplare. Oculi furenti contusi pugnis, genæ lividae frequentis alapis, fauces siti arefcentes, labra fellis amaritæ tinta. Caput acutissimæ perforarunt spinæ, clavis confixi pedes manusque, brachia vinculis arctissime adstricta. Collo pellem abstraxerunt ponderosissimæ catenæ, quibus raptabatur per terram, instar vilissimi jumenti; languebant humeri crucis mole oppressi, spasmus convellebantur nervi, in atrocissima membrorum distensione, & confi-

xione ad crucem, Dirissimam laniam supra dorsum ejus fabricatam, non poterant evitare lumbi, non venter, non genua, neque pectus, sed in toto corpore unica efficiebatur plaga. *Vidimus eum, & non erat aspectus.* Isa. 53. 2. Carnificina hæc crudelissima cuicumque etiam barbaro fuisset intolerabilis. Perpende nunc, quem doloris sensum in tenerrima complexionis corpuscule inhumanissima dilaceratio reliquerit. Certum est, absque manifesto miraculo diu haud potuisse perferri tantos cruciatus. Atque hinc, et si Martyres quosdam Salvator miraculose tormentis subdlexerat, erga se ipsum virtute sua usus est, ut ferendis poenis per longius temporis spatium sufficeret. Voluit tribus affixus clavis, plures vivendo horas trahere in cruce (quod summum inter supplicia ab Antiquis habebatur) & demum expirare, non modò nemine circumstantium compatiante, verum inter ludibria potius atque blasphemia turbæ post mortem quoque insultantis convitia. Hæc omnia videbis, spectando extrinsecam Redemptoris speciem. At quid si nunc per tot lacerati corporis plagas, ad interiora penetres, atque consideres, eum longè diriora in corde fuisse perpassum, afflictum vehementissimâ tristitiâ ob peccata nostra, tanquam injurias Divinae Majestati illatas, ob plurimorum interitum, in quem præcipitandi fuerant sua ex culpa, quorum tamen causâ tanta sustinuit, ut salvarentur. Excessus hic fuit passionis tam sublimis, ut quemadmodum S. Brigittæ revelatum est, nemo mortaliu intellectui assequi possit ante supremum mundi diem, quanta Christus illorū gra-

H 2

tiā fuerit perpeſſus, ubi in confuſionem reproborum ea clare intelligenda proponet. Quis nunc tibi ſenſus de peccato? grande utique malum ſit oportet, cujus exterminandi cauſā Deus ipſe vitam in ignominiarum tormentorūque pelago hauſtam poſuit. An majorem nunc expectas demonſtrationem, per quam intelligas, quid agas, cum peccas?

Tu benevole Lector, ſi maculatā peccato habes conſcientiam, cogita, non me tibi loqui, ſed à tuamet te rogari anima per amorem, quo ipſius amas ſalutem, ne præſentem libellum è manibus deponas, priuſquā in genua proſtratus veniam à Deo ſupplex petas, ſtatūſque; nō te hodie quieti dare, niſi Confeſſione expiatus. Oro te, ut has veritates probè expendas, atque in animo revolvās, quid ſit peccatum in ſeipſo ſpectatum, & quantum augeatur à ſuis circumſtantijs, & effectibus, quanta denique ſint eidem decreta ſupplicia. Extimesce, & contremiſce, antequam conſentias Dei offenſæ, atque amiſſo jam crimine. Imò et ſi conſeſſus fueris, noli vivere ſecurus obventæ veniæ. Deniq; obſecro, ut altè cordi tuo inſculptum geras, nullam eſſe in mundo prudentiam, quā quæ in tuto ſtudet collocare aternitatem; nullam verò inſipientiā majorem, quā eandem periculo exponere ob rem viliffimā. *Vigilate omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere iſta omnia, qua futura ſunt; Et ſtare ante Filium hominis.* Verba ſunt Chriſti adhortantis *Luc. 21. 36.* tremenda fanè non peccati duntaxat, ſed pigris omnibus atque ignavis. Noſtris viribus ac meritis nunquam tanta poterimus mala evadere: vigilandū

proinde eſt, magnāque utendum attentione, nec non indefinenter orandum, ut Divina Miſericordia nobiſcum agere dignetur veluti gratiam hanc promeritis.



## CAPUT XV.

*Fruſtus percepti ex frequente Confeſſione.*

Non ſatis erat Eliſeo Prophetæ, reſiſſe ad Jordanem Naaman, ſed inſuper præcepit, ut ſepties ejus undis ſe ablueret. Nec ego debeo ac quiete ſecere, te ad Confeſſionem perducto, ſed cogor non quidem præcipere, at tamen tua ſaluti ergo te rogare, ut hujus Jordanis ſaluberrimas aquas non ſemel duntaxat, ſed frequentiffimè adeas, reque Sacramento illi emundes. Non deſunt acres ſtimuli, qui te ad hoc faciendū excitent. Brevis eorum aliquos hic afferam.

Inter primaria incitamenta habendū eſt, quod per frequentem Confeſſionem ſemper magis ac magis remittantur poenæ peccatis debitæ, aliàs in purgatorio ſuſtinentæ, ubi ſupplicio ignis exolvitur, quod Poenitiā non fuit expiatum. Dic mihi, ſi in publico foro imponendū irogo eſſes, & comburendus, quid non molireris, ut ſententiā latam eſſugeres? an ullis parceres ſumptibus? Nunquid omnium, quotquot haberes, amicorum patrocinia interponeres? an non grande eſtimumares beneficiū, ſi tibi potellas fieri?

IN SEGNE  
CONVULSIO  
INSTRUCIO  
POENITENTIA  
CONFESSIO  
PAROCHIA

pœnam hanc cum perpetuo remigio inter mancipia commutandi? Et modò ad evitanda horrenda incendia, quibus verosimiliter non pauculas horas, sed annos, fortè etiam sæcula, torquendus eris, magnum quid putes à te exigi, si tibi dicatur: Cōfiteri frequenter? Nimitū profectò foret, si te tuā patereris superari recordiā.

Præter ista, quæ nunc memoravimus, frequens Confessio illud quoque affert emolumentum, quòd pravos habitus, veluti arbores sæpius transplantatas, non sicut altas in sinu cordis nostri agere radices, & si quas inchoatas invenit, eas sensim evellat. Sensim dixi, ac pedetentim: quia communiter uno alteròve actu non tollitur habitus, & quia dolor Confessionis præmissus valde imperfectus vim tantam non habet, quæ radicatum malum momento possit extirpari. Optimum proinde subserviet remedium ijs, qui diu jam irretiti vivunt pravā aliquā consuetudine, veluti impudico consortio, ut per aliquod temporis spatium singulis hebdomadis Confessione conscientiam exonerent; imò etiam frequentius: ita experientiā comprobante vim medicinæ.

Hac ipsa quoque ratione frequens Confessio dæmonis frangit audaciam, retundit arma, roburque enervat. Imò quemadmodum Aranæ d' slugiunt, cum sæpius suas sibi everfas telas experiuntur, & vultures rupem deserunt, in qua nidi illorum aliquoties fuerunt direpti, ita neque diabolus stabilem sedem firmare potest in anima, quæ repetitis Confessionibus ejusdem disturbat machinationes. Fallus est id quidam è stygio grege sacræ

adjuratus carminibus. Rem nullam, inquietabat, in Ecclesia magis averfamur, nec ulla nostris aded adversatur molitionibus, quàm Confessio crebra. Quando homo in peccatum incidit, omnibus quodammodo vincitur membris, ne quid boni faciat; mox ubi confessus est, omnia distrumpuntur vincula. Razzi, Ex. 19. Ecce certè necesse est, ut sic eveniat, Proditorū est, semper in metu versari, ne occultæ eorum technæ in lucem emergant, nihilque inter conjuratos tam sanctum habetur, ac latebræ & silentium.

Porò qui crebrius utuntur Confessione, magnam sibi ipsis comparant facilitatem examinandæ conscientiæ, securiorisq; sunt adhibite, quæ exigitur, diligentia; unde sub ultima vitæ tempora vix erit, quod hostis avernalis exprobrare possit in expiatum, confectis in hunc modum rationibus. E contrario qui semel in anno, aut paulò sæpius sacrum hoc præstat officium, quàm faciliè suā negligentia omittit etiam gravia crimina? *Computatio dilata multa facit oblivisci.* ait d. Bernardus. Quanta hinc erit confusio ac perturbatio miserandi hominis, quem dæmon objectis novis sceleribus exagitat, præterque tantis angustijs, dum fatalis consequatur sudor? Tunc incipiet, sed serò forsitan, suam damnare stultitiā, & dicere: Itane grande fuisset onus, si paulò sæpius usus fuisset Sacramentis? quàm modicum à me exigebatur, & tamen facere detrectavi? Quod si præstitissem, non his modò premeret angustijs. Ita loquitur infelix; & si in illo articulo copia ipsi fieret Confessarij, nec deesset voluntas, nesciret unde ordiretur telam.

Miles, qui longo tempore intra vaginam enssem gestavit reconditum, cum subito exoritur tumultus, ne ille ferrum, remorante rubigine, ad pugnam haud facile expediet.


Adde, quod is, qui obire sepius Confessionem assuevit, tametsi gravis alicujus peccati maculam contrahat, majorem temporis partem vivat in gratia Dei, atque sic plura vitæ æternæ opera meritoria colligat. Ubi è contrario patrum crimen per Confessionem non deponit, arido stipiti similis est, ex quo nullus germinabit fructus, priusquam revirescat. Et quamvis in eo statu neququam intermitenda sint devotionis exercitia, jejunia, & reliqua pietatis opera, quæ sæpenumero Dei vindictam sufflamant, cum impetu alioqui erupturam: Nihilominus ea opera universa nihil prosunt ad acquirendam in cælo gloriam, quia sunt mortua. Quamdiu ferrum in vulnere abditum hæret, nihil proficiunt cataplasmata: prius extrahendum est è plaga. Pari ratione haud quidquam est, quod ad vitam æternam conducatur, dum culpa instar venenatæ sagittæ intra animæ viscera defixa remanet. Si meminisse velis eorum, quæ supra de inestimabili gratiæ Divinæ thesauro differuimus, non poteris non sumè compati eorum cæcitatè, qui illo orbari volunt vivere, faciuntque jacturam meritorum extor Indulgentijs, Missæ Sacrificijs, elemosynarû largitionibus, & comprecationibus pro manantium, quæ, ut paulo antè indicatum est, non nisi temporalem fructum obrinendi vim habent, & penitentis veluti remotæ dispositio-

nes subserviunt, neque valent vel gratiæ vel gloriæ quidquam promereri.

Denique qui familiariter sibi Confessionis usum reddidit, munus Dei gratiæ mortis telum securus beatitudinis excipit. Vicissim qui rarius se huic sibi iudicio, probabilissimum est, eum ob iram tantam celabendi proclivitatem male dispositum à morte obruendum, utique æternum periturum. Qui in sicco degere, & vix unquam se mari committere avertit, facile spem concipit, se non nisi in lectulo suo vivendi finem facturum. Alia est naturarum conditio, quorum æris in mari penè tota consumitur, spiritus tempestatibus; si fortè pedem in terra figere contingat, nullam inveniunt quietem, sed die nocturne in altum revertendi intra se versant desideria. Idipsû videre est in istis, quorum vita pleraque in peccato transigitur, & forsitan in anno semel obeunt Confessionem (Deus scit, quo modo) semper hi inter procellas vivant, & denique etiam ipsè hauriuntur: continuis saeculatur tempestatibus, & quid pronius, quam ipsi opprimi? *Animatorum in tempestate morietur.* Legitur apud Jobum, Cap. 30. 14. An contemnenda censes hæc discrimina? Quæ major potest excogitari infania, quam tanti momenti negotium, dum licet in tuto collocare, ignavissimè negligere? & dum spei anchoram crasso alligere possis rudenti, è tenui filo suspendere? & salutem fragilli vocabulo *Forstian* committere, forsitan non ita eveniet? & interea inimicum Deo vivere, ridendo, jocando, dormiendo, & scelera sceleribus accumulando? quis hæc aulit? *Potes hoc Job*

SEGNE  
CONCORDIES  
INSTRUCH  
Penitent  
Confessio  
Paroch

*casu ducere somnos: miserere tandem anima tua. Miserere anima tua placens Deo, Eccli. 30. 24. Mirari solebat S. Thomas Angelicus Doctor, qua ratione homo ulli leihali crimini possit assentiri; sed quantum magis obstupescendum est, qui fiat, ut, si in illud prolapsus fuit, non quā primum remedio aded facili utatur ad resurgendum, quale est sacrae Confessionis Sacramentū, & computrescat ut iumentum in sercore suū Job. 1. 17.*



## CAPUT XVI.

### De Confessione Generali.


**D**uplex instituet Christus iudicium; unum particulare sub fine vitæ nostræ, in quo primam feret sententiam: Generale alterum die supremo mundi, ubi confirmabit sententiam antè pronuntiatam. In hunc modum procedendam nobis est cum anima nostra. Ac primò quidem particulari Confessione dijudicanda erunt delicta, nunquam antehac in iudicium adducta; deinde Confessione Generali, quæ confirmantur iudicata. Confessio ista quibusdam ex præcepto incumbit, alijs permittitur arbitraria. Necessaria est, quoties invalidæ præcesserunt Confessiones; quod ex duplici capite potest evenire, sive ex parte Sacerdotis, qui casus rarior est; sive ex Poenitentis, idque frequentius contingit. Primò, quando notabilem admisit negligentiam in examinanda propria conscientia. Secundò, si ex verecundia grave aliquod reticuit pec-

catum, aut ex dubio, essetne ex gravioribus; uti mos est eorum, qui suppressunt silentio quasdam turpitudines, in puerili ætate patratas, tamen recordentur, se ab eo tempore, quo peccarunt, ex pudore remorsum sensisse, nec operatos fuisse malè, nisi in occulto, quod timerent ab alijs conspici & castigari. Argumentum hoc non leve est, veram tunc fuisse malitiam. Tertio, Quando verum peccatorum suorum dolorem non elicit, etsi verbis ea confessus fuerit; quemadmodum accidit ordinariè, cum apud eundem Sacerdotè fit Confessio, qui peccati fuit socius: aut cum studio surdaster eligitur, aut aded modestè doctus, ut ab eo congrua atque sufficiens instructio nequeat expectari. Quarto, quando requisitum defuit propositum non amplius peccandi, deserendi occasiones, restituendi famam, fortunæ, se condonandi offensas: aut quando talia se executurum promisit Confessario verbis, non animo. In his casibus tanta est necessitas faciendi Confessionem generalem ad restaurandum valorem particularium, quanta foret obligatio, si nulla unquam præcessisset alia. Sed missa hac necessitate, optimum & saluberrimum est consilium, universam vitam suscipere, atque lustrare saltem semel per Confessionem generalem, ac dein per certa intervalla temporis, velut post unius anni spatium, vel etiam sæpius, ducto initio à proxima, conscientia suæ rationes trutinando. Fructus hujus operis est, non solum quòd, cum sub unum aspectum statuuntur labe omnes & maculae, major consequatur confusio & erubescencia, fortiori animus compungatur aculeo, magis.


magisque sese deprimendi studio afficiatur; verum etiam quia timor Divinae Justitiae vehementer augetur, cum recentia delicta praeteritis aggesta, veluti in immanem acervum montis instat exerevissent conspiciuntur, ut in veritate cum Esdra cogatur suspirare, *Delicta nostra creverunt usque ad caelum. 1. Esdr. 9. 6.* Deinde quis non videt, absque tali Confessione difficulter obtineri conscientiae tranquillitatem felicitatem sane inestimabilem, relicto alloquin perpetuo remorsu ac dubio, nec sine fundamento, praesertim si crebri lapsus ex defectu debite ad Confessionem dispositionis provenerunt. Quot Confessiones judicantur validae, nec tamen in veritate sunt! Quidam longissimo tempore purgantibus flammis torquebatur, demum spectabilis filio amarum verbum exprobrat, nihil sibi ab eo haecenus quidquam subsidij in poenarum levamentum fuisse submissum. Quid, inquit alter, charissimè genitor? triginta ab obitu tuo fluxere anni, nec mihi dies abijt, quo tui non memor fui, Deum orans, Verum dicit, insert pater, sed oratio tua nihil mihi profuit, vixisti enim haecenus hostis Dei, peccatis oneratus, nec unquam à te rite fuit peractum Confessionis Sacramentum. Scito, te hoc triginta annorum spatio plus tricies sacrum adiisse tribunal, irritum semper labore, quod uti debueras, dispositus non esses, maxime verò cum serià emendationis voluntate careres. Qua admonitione exterritus filius, ignarus tanti periculi, mox sibi capit consulere. *Collect. Ex. 28. de Conf. Ne expectes, donec ex altero orbe legatus adveniat, qui te de tuo statu edoceat, sed salvari timore temetipsum*

excita, atque in una Confessione singulari cum preparatione suscepta conpunge, quidquid spatium aliis doloris & contritionis elicueras, veluti magnum mare, in cuius abyssum universae vitae errata demergantur.

Denique, quid salubrius ad instituendam novam vivendi rationem? quae securior industria inrepidè opperendi mortis adventum? quae diligentia accuratior, perveniendi in notitiam abditorum scelerum, & solemnè quasi venatu ferre à latibus suis extrahendi? verum à nemine fructus isti percipiuntur, nisi qui res spermet capit experimentum: unde exiit apud eos consolatio, qui praedicto studio fuerunt confessi. Hanc peractam, quae debet vivere, absque cura vel minimum quid repetendi: Noceat hoc scrupulosae conscientiae, & ijs praesertim, qui viis honestati adversantibus multum foete irretiti, si quae inclinatio superesse videtur penitus extincta. Examen conforme sit illi, quale supra particulari praescripsimus. Percurrat memoria statim omnem, stationes, officia, & praeterita vitae functiones, ac simul advertat, quod plures in censum anni venerint, tantò difficilius esse distinctè exprimere numerum errorum; unde necesse erit indicare tempus, frequentiam lapsum, & paulò alius repetere rationes, eo modo, quo supra dictum est. Atque haec sufficienter tranquillandae conscientiae, tametsi Confessio occurrat, sed ipsa etiam postulante necessitate.



SEGNE  
CONCORDIES  
INSTRUCH  
Poenitent  
Confessarij  
Parochi



## Interrogationes,

## Pro facili reddendo exercitio Confessionis.

Quod per multis, velut amarā potio-  
nem, ingratam reddit medicinam  
Confessionis, cæterum saluberrimam, est  
molestia in discutienda conscientia. Mul-  
ti legere nesciunt, aut nolūt ex ejuscem-  
odi libro discere, itaque laboris fastidio  
abstertiti, adduci non possunt ad obeun-  
dam Confessionem generalem, sed malā  
fide persuasi satisfecisse sibi videntur, si  
semel quotannis præcepto pareant, seque  
facto sistant tribunalis, similes nimium de-  
licatis ægris, qui pro recuperanda valetu-  
dine non modò respuunt longiorē subire  
curationē, sed & simplicissimum admit-  
tere medicamentum. Ad levandum ergo  
utriusque Confessionis onus, placuit hic  
in fine subjungere interrogationes, qui-  
bus velut in sumario comprehendantur  
peccata, communiter committi solita, per-  
currendo Decalogum, reductis huc et-  
jam Ecclesiæ præceptis, & vitijs, quæ no-  
minantur Capitalia.

## Primum Præceptum.

## Cogitatione.

An habueris cogitationes contra fidē,  
hisque voluntariē fueris immoratus, aut  
saltem in iis repellendis negligens extite-  
rit? An nimis curiosē scrutatus fueris di-  
vina Mysteria? an dissidentiam habueris  
circa Dei misericordiā? aut nimium præ-  
R. P. Segneri Instruct. Poenitentis.

sumendo de illa, peccaveris? an voluntatē  
habueris peccandi tamdiu, quamdiu pos-  
ses, ac tum te convertendi sub vitæ finem?  
an tuo nimium infusus fueris ingenio, atq;  
dexteritati? an fidem tribueris somnijs?

## Verbo.

An contra Deum murmuraveris, tem-  
pore afflictionis? an docueris aliquā su-  
perstitionem? an te ipsum vanē laudave-  
ris? an gloriatus fueris de aliquo peccato?  
an alterum reprehenderis ob virtutis stu-  
dium, aut quòd vindictam sumere nolu-  
erit, & quòd observantior sit præcepto-  
rum Dei? an pravo consilio bonum ali-  
quod impedire studueris?

## Opere.

An usus fueris rebus superstitiosis, ve-  
luti circumferendo characteres adversus  
vulnerationem? investigando vias perve-  
niendi in rerum occultarum cognitionē?  
applicando medicinas, quæ vim natura-  
lem non habent sanandi? an legeris libros  
prohibitos, aut eos asservaveris, absque  
licentiā? an aversionē ostenderis à bonis  
operibus, aut cum tædio sermones pios  
audiveris, aut in oratione cæterisque ad  
Dei cultū spectantibus fueris negligens?  
an pecuniam numeraveris vel acceperis  
pro Beneficio Ecclesiastico?

## Omissione.

An negligens fueris in addiscendis  
mysterijs Fidei, & doctrinæ Christianæ?  
an confugere in tentationibus & animæ  
periculis ad Dei opem implorandam om-  
miseris? an ingratum te Deo præstiteris  
ob accepta beneficia? an bonā intentionē  
tuis operibus adhibere intermiseris? an



ex respectu humano bonum quid facere recusaveris? an quempiam ad sacram Inquisitionē deferre neglexeris, quid iuxta edicta fuerat pro neritis?

Secundum Præceptum.

*Cogitatione.*

An habueris voluntatem jurandi falsò.

*Verbo.*

An blasphemaveris Deum, Beatissimā Virginem, aut Sanctos? An sacris Nominibus usus fueris pronuntiando absque reverentia? An verba sacre Scripturæ ad jocos adhibueris? An juraveris sine necessitate? An juramentum feceris sumendi vindictam, aut aliud malum committendi? An juramento rem promiseris, animo non implendi?

*Opere.*

An induxeris alium ad jurandum falsò, aut occasionem dederis blasphemandi?

*Omissione.*

An votum non impleveris, aut in eo exequendo negligens fueris? An diu distuleris eidem satisfacere?

Tertium Præceptum.

*Cogitatione.*

An decreveris non interesse Missæ Sacrificio, aut opus servile facere die festo?

*Verbo.*

An in Templo tempore Missæ & Officij Divini garriveris?

*Opere.*

An laboraveris, aut alios ad laborem impuleris sine necessitate, diebus festis, & quanto tempore? An debitam reverentiam non subtraxeris hominibus Ecclesiasticis, aut Ecclesiæ, veluti lasciviendo, procedendo, verbis, aspectibus, tanquam in foro publico? An violaveris præceptum ieiunium absque legitima causa, sive ætatis, laboris, aut infirmitatis? An diebus festis tempus consumpseris joci, & in campo? An fueris ebrius? An nivium, & supra necessitatē comederis, aut nimia aviditate? An incurreris aliquam Censuram? An suspensus actum proprium Ordinis exercueris? An extra casus exceptos egeris cum Excommunicatis non toleratis?

*Omissione.*

An non impedire neglexeris subditos ab opere faciendo diebus festis? An Missam neglexeris audire ex negligentia? An sine necessaria dispositione susceperis aliquod Sacramentum, aut saltem aliqua præparatione & devotione? An orationes inattentē persolveris, maxime ad quos ras obligatus, uti poenitentiam in Confessione præscriptam? An ex pigritia intermiseris aliquod pium opus, veluti audire Concionem, legere librum spiritualem, & adire Vesperas?

Quartum Præceptum.

*Cogitatione.*

An odio persecutus fueris Patrem vel Matrem, tuosque Majores, aut eos matris desideraveris? An eos temerè judicaveris, aut in animo contempseris?

*Verbo.*

*Verbo.*

An non contra absentes murmuraveris, aut presentibus maledixeris, aut comminatus fueris? An eos per injuriam contempseris? An ista non in alios domesticos exercueris?

*Opere.*

An sine respectu manum levaris ad percutiendum, aut alia ratione graviter illos contristaveris? An ipsis inobediens fueris circa ea, quæ ad disciplinam bonosque mores pertinent? An lusuris contra eorum voluntatem? An sine eorum licentia quidpiam domi subduxeris? An contemptui habueris Sacerdotes, Religiosos, Superiores, Senes, & Magistros? An invitos filios vel filias matrimonio illigaveris? An eos Religiosum statum coegeris suscipere, aut alia ratione ipsos sua libertate privaveris, quam habent eligendi statum?

*Omissione.*

An non negaveris parentibus in gravi necessitate constitutis, auxiliū? An ægrotautes deserueris? An ipsis inconsultis, uni matrimonium sponderis? An uxori & familiæ necessariam sustentationem procurare neglexeris? An liberos & subditos in timore Dei educaveris, ad templum & doctrinam Christianam addiscendam miseris? An orare docueris? An illorum vitam habere perspectam, eosque corrigere, atque honestè occupare studueris?

*Quintum Præceptum.**Cogitatione.*

An habueris voluntatem te ulciscendi? An optaveris mortem, aut aliud gran-

de malum proximo, aut de eo fueris gavisus? An alteri invideris? An ex aliena laude tristitiam conceperis, ejusque prosperitate? aut lætatus sis ejus injurijs & damnis.

*Verbo.*

An in adversitatibus fueris impatiens? An tibi imprecatus sis mortem, aut ut demon te abripiat, aut alteri talia optaveris? An alteri suaseris vindictam, eiq; consenseris, aut factam approbaveris? An absentem vel presentem injuriā affeceris? An maledixeris? An pauperem asperis verbis facessere jussieris? An limites justæ correctionis excesseris, cholera magis quam charitate incitatus?

*Opere.*

An te necessitate commiseris periculo vitæ, aut peccandi? An tibi ipsi potu & cibo nocueris? An injurias ultus sis? an aliquem percusseris, vel etiam vulneraveris? An rixas concitaveris, aut inimicitias foveris, & injustam litem moveris? An malū præbueris exemplum alijs, aut te opposueris bene operantibus, & improbos defenderis, veluti homicidas & prædones? An officio functus sis Medici, Doctoris, Advocati, cum præjudicio proximi, impar tali muneri? An ineptos promoveris ad ejusmodi functionem? An indignos ad beneficia Ecclesiastica, præcipuè quibus animarum cura annexa est, tuo suffragio evexeris?

*Omissione.*

An correxeris proximum tuum, & salutari consilio prodesse studueris, quando poteris? An veniam inimico imperitus

tus sis pénti? An eam ex arrogántia postulare fueris dedignatus? An satisfeceris ei, quem læsisti? An resalutaveris inimicū tuum? An primus eum salutaveris, licet offensus?

Sextum & Nonum Præceptum.

In exponenda hac materia non diu morabor, quia picis instar, quomodo-cunque traheretur, inquinat. Qui duo hæc præcepta violat, facile agnoscat suos errores: qui eadem sanctè observat, tutum non est ut doceatur. Unum hoc monebo, pestem hanc esse, quæ totum hominem inficit; si proinde ab eadè afflatus fueris, sedulo scrutare tres potentias, memoriã, intellectum, & voluntatem. Per lustra sensus omnes, præsertim visus & auditus, & quam maximè affectum. Inspice cogitationes, verba & opera. Discute somnia, an evigilans ijs aliquem dederis consensum? Vide, an ad peccandū sollicitaveris quempiam? An operam tuam alijs suppeditaveris portando ultro citrò que liceras? An tibi aliisque fueris peccandi auctor, inhonestis libris, cantilenis, impudicis gestibus, actione scenica, choreis, aut quacunque aliã exempli pravitate? Inquire, an non malã intentione corporis cultum quaesieris? an non malo fine templã frequentaveris? an non tempore tentationis mentem ad Deum elevare omiseris? Illius te hoc loco meminisse velim, quod superius monui, quòd in hoc peccati genere duæ sint manifestandæ circumstantiæ, status videlicet personæ, cum qua peccatur, & locus sacer, si intra ipsum flagitiū

perpetratur. Denique in hac materia nullum defectum pro levi habeto. Cloaca est, cujus nullus non halitus pestiferus est, & contagiosus, omnis, inquam, delictatio plenè voluntaria, lethali ter culpabilis.

Septimum & Decimum Præceptum.

*Cogitatione.*

An habueris voluntatem alteri quidpiam furandi, aut proximum fallendi, vel non solvendi debitum? an nimium studueris ex avaritia accumulandis opibus?

*Verbo.*

An mendacio quidpiam fueris locutus, aut falsis juramentis? an consilio, approbatione, damnum proximi adjuveris?

*Opere.*

An litem injustè alteri intenderis? an rem furto sublatam tuam feceris, aut ab eo comparaveris, qui non habuit potestatem alienandi? aut justo minus numeraveris pretiū? an luseris cum filiofamilias? an inter ludendum fraudibus, aut in vendendo non æquo pondere & mensura sis usus? an merces corruptas pro bonis distraheris, aut illicitã mixturã integras corruperis? an usuram exercueris? an nectam adulteratam expenderis, aut quam justo caruit pondere? an superfluos sumptus feceris, quam statui tuo conveniebat, in vestibus, lusu, & convivis? an altera pretij æquitatem exegeris, si emptoristi? an emproci mercedi mercedem credidisti? an emproci mercedem

vitium aperueris interroganti? an inter venandum sementem vastaveris, aut alias terras fructiferas? an damnum aliud intuleris bonis proximi tui? an solutionem receperis, aut tibi ipsi compensationē occultam feceris, quando debitum non erat liquidum & certum? an quando cum socijs negotiatus es, plus tibi, quam competebar, de lucro vendicaveris; an usus sis deposito vel pignore, absq; tacitā vel expressā licentiā domini? an commodata conveniente tempore restitueris? an fideiussori damnum refeceris? an censum exegeris, aut contractū inieq; legibus contrarium, & æquitati, sepositis doctiorum consilij & instructione? an succideris arbores fructiferas, aut aliā ratione bonis proximi nocueris, quorum usus fructus solum ad te pertinebat, pro locatione & censu?

*Omissione.*

An pactis & promissis steteris? an laborem non fugeris, ad quem eras obligatus? an mercedem famulantium & operariorum defraudaveris? an satisfeceris creditoribus? an executus sis Legata & testamenta? an rem inventam retinueris, non inquirendo in dominum? an negligens fueris in curandis pupillorum bonis, Sodalitatis, aut Ecclesiæ? an negaveris elemosynam extremā aut saltem gravi necessitate laborantibus: an in similibus casibus, ex proprijs facultatibus, commodando & locando absque censu exactio- ne, opem præstiteris oppressis? an damnum proximi impedire non intermiseris, ad quod eras ex officio obligatus, vel ex charitate, quando commodè id fieri potuit?

## Octavum Præceptum.

*Cogitatione.*

An absque sufficiente fundamento, de proximo malè fueris suspicatus, aut judicaveris?

*Verbo.*

An suspicionem tuam & iudicium alijs manifestaveris? an alteri rem quandam, tibi in secreto commissam, revelaveris? an mentitus fueris, cum damno proximi, vel citra ejus detrimentum? an verbis ambiguis alterum circumvenieris? an unius defectus alteri aperueris, cui erant antea incogniti? an murmuraveris, aut murmurantibus aures præbueris, cum approbatione? an rumusculos sparseris, cum præjudicio charitatis? an adulatus sis alteri? an injuriam intuleris alteri, præsertim in dignitate constituto? an alterum induxeris ad falsum testimonium dicendum?

*Opere.*

An discordias seminaveris? aut falsò quempiam accusaveris? aut veritatem in iudicio suppresseris, in favorem aut odiū alterius? an calumniando obstiteris, quo minus alter officio aut dignitate potiretur?

*Omissione.*

An impediveris, cum posses, murmuraciones, aut alias injurias, proximo verbis illatas? an negaveris honorem & reverentiam ijs, quibus debes?

Reliqua duo præcepta comprehenduntur in sexto & septimo.

Duo supersunt, de quibus te hic in fine admonetam. Primò, non eo modo utaris

his interrogationibus, ut veluti memoria mandatas recites ordine, quo hic ponuntur, ad pedes Confessarij, sed selige ea, quorum tibi conscius es, & dispone. Secundò, non omnia quæ hoc loco fuerunt recensita, pro mortalibus peccatis esse habenda, sed solummodo ea, quæ charitatem Dei, Proximi, & nos ipsos offendunt in materia gravi, plenâ advertentiâ, & iudicio perfecto, ac voluntate deliberatâ. Quòd si discernere nescias à venialibus, nihil refert: sufficet pro interna conscientie tuæ quiete, si Confessario eâ ratione manifestes, quâ illa perpetrasti.



### Formulæ,

Facile & expedite eliciendi actum Contritionis.

**C**ontritio ex eo armorum caelestium genere est, quorum ictus peccato semper lethale infligunt vulnus, & momento destruunt. Iudicavi proinde per quâ fore utile, si eorum tibi telorum copiam ex aperto quodammodo armamentario suppeditarem. Quare primo loco breviores præmittam formulas, quas in subitibus casibus ad manus habeas, & veluti arma leviora tractare possis. Subjungam dein paulò fusiores, quibus pro diversa constitutione animi uti licebit, certòsq; ictus destinare. Id unum te rogo, ne ullū transire diem permittas, quo non in unâ alterâve harum formulâ te exerceas; quia facile evenire potest, ut ex perita hac ar-

morum tractatione aliquando æterna tibi salus exoriatur.

I.

**D**eus meus, plus doleo, quòd te offenderim, quàm ob quòdcunq; aliud malum, Invenisa, infinita Bonitas. Amo te super omnia bona.

II.

O Bonum incommutabile! O qualem tecum feci permutacionem! Confundor de ea cogitans. Verè non potuit tam gravis committi injuria, nisi ab amente aut furioso. O si possem illam meo delere sanguine! si alia ratione nequeo, non cessabo, dum vivam, planger. Et ad restaurandum honorè tuum, quem peccando abstuli, libens & prompto animo per Confessionem cupio satisfacere.

III.

Domine mi Amatissime, quòdam ex meis peccatis possum habere solatium? unum, unum est, quia damnum omne in me unum ac solum refunditur. Verum est, quando peccavi, sagittis te confingere ausus sum, sed ex omnes in caput meum fuerunt retrortæ, & que me solū vulneravi. Ergo uti summe

sumè me pœnitet tanta malitia, ita maximum mihi affert gaudiũ, nihil quidquã absolutissimã tuã felicitati fuisse detractũ, quã frueris. Gaudeac fruerè illã, O Domine, mihiq; pro pietate tua largire gratiã, ut vivere me tædeat, nisi ad tuum beneplacitum possim vivere.

## IV.

Domine mi, unicè adorande, ecce ad pedes tuos me obijcio pudore confusus, ob enormès injurias, quibus te offendi. Oro supplex veniã, & quantum possum, eas detestor, quia tu es Sanctissimus, Sapientissimus, Amabilissimus, & dignus ab omnibus creaturis infinitis honorari obsequijs. Vellem prius omnibus pœnis succubuisse, quã te offendisse; petoque imposterũ potiùs eas perpeti, quã pristinã iterare offensam. Tu mihi benignissime concede per illum amorem tenerimum, quo me creãsti, conservãsti, redemisti, ut ita fiat. Interea impertire mihi gratiam, ut sciam bene confiteri peccata mea; quæ ego firmiter propono omnia candore ac sinceritate manifestare, velut si tibi ipsi loquerer, qui omnia nôsti.

## V.

O Deus infinita magnitudinis! Tu tanquam immensus, nullum non implet locum; omnia vides, audis, ubiq; præsens es. Et ego ista sciens, ausus sum peccare, quasi extra tuum conspectum degerẽ. Detestor impudentiam meã horrendam, & abominor temeritatẽ meã, quã non fui veritus in oculis tuis talia committere. Agnosco, me fuisse meritum, ut à facie tua projiciar. Sed quid respondebo tibi, O Deus meus? Et si me omnibus pœnis subjiceres, nihilominus detestarer peccata commissa, quia Tu es, qui es: dignus infinite amari, etiam ab ijs omnibus, quos odisti.

## VI.

O Deus infinite Potens! cui tanta debetur reverentia, ut in conspectu tuo omnes Angeli contremiscãt in celo, Principatus & Potestates. Et ego terra vermis abjectissimus non destiti in te esse injuriosus. O quantum ego, Domine mi, facinus istud detestor! Ignosce, obsecro, nõ aliam ob causam, quã ut tibi eam reddas gloriã, quã tibi subacti pariunt rebelles. Fateor ex eorum numero me primum

primum esse, atque omnium arrogantiſſimum, & insolentiſſimum. Ideoque tantum me tuæ Majestati submitto, quantum te antea sprevi: paratus etiam, à te in nihilum redigi, si prævideas, te rursus à me contemptui habitum iri.

## VII.

O Deus infinitæ Justitiæ! Ecce reum ad pedes tuos prostratum, qui toties ausus est tuam irritare indignationem. Si me tandem pro meritis punire vis, agnosco te Dominum meum, feri, & stringe fulmina. Quod enim malum atrocius me poterit obruere, quam quod incurri offendendo Te? Hoc est malum illud, quod cætera omnia meretur. Hoc est, quod me affligit, & angit, quod te adeo parvi fecerim. Domine mi Amantissime, non ita fiet amplius. Atque in signum firmissimi hujus propositi ad te confugio, meq; offero lubentissimè qualicumque castigationi, quam mihi peccatum afferre possit, dummodo non peccem.

## VIII.

O Deus infinitè Misericors! Si unquam verè demonstrasti, quod tua Clementia omnes excedat

terminos, id nunc apparet, dū in hanc usque horā me sustinisti. O inaudita tolerantia! O ineffabilis pietas! Quis ex terrenis Principibus vel unicum eorum passus esset contemptum, quibus ego te despexi, quin cum dirissimis extimeraret modis? Verissimum esse, profiteor. Tanta hæc amabilitas, quam tibi inesse video, facit, ut compunctus nunc multo majorem peccatorū meorum dolorem concipiā. Et quomodo potui inquam esse ita temerarius, & arrogans, ut te Deum tam bonum offenderem! Prius me tellus dehiscens absorbeat, quam similem offensam rursus comittam. Firmiter apud me decretum est, quod, etsi certissimò mihi constaret, nullam mea peccata insecutura esse pœnam, semper tamen ea vellem vitare, atque abominari, tantum modo ne tua abuterer Bonitate.

## IX.

O! quam te non agnovi, Rex Gloriæ, quam ego te non novi! si vel parum luminis habuissem, quomodo te potuissem comutare fontem vitæ æternæ, cum facidissimis mearum voluptatum cister-nis? Tu, Domine mi, semper fui-

sti, & eris desideriorum meorum  
centrum; quidquid hactenus ap-  
prehendi, non superest ampliùs,  
& velut umbra evanuit. Et nihil-  
ominus vanissimæ huic umbræ te  
postposui, incredibili ausu tibi in-  
sultando, etiam si fieri potuisset,  
peccatis meis te ex universo hoc  
eliminaturus. Non, non, quod ite-  
rum deploro cum intimo cordis  
mei sensu & amaritudine, non te  
agnovi. Sed non ita fiet deinceps.  
Ita protestor coram curiâ tua ca-  
lesti, in cujus conspectu stô. Quâ-  
diu tu eris Deus, ego tuus ero fi-  
delis servus. Priùs opto in nihilũ  
redigi, quàm tibi rursus esse in-  
fidus.

X.

*Peccavi. Quid faciam tibi. O Cu-  
stos hominum? (Job. 7. 20.)* Ita ne  
Domine mi, peccavi, & peccatum  
tam grande? Quid nunc faciam?  
an excogitabo rationes subterfu-  
gendi iram tuâ? sed quis ego sum,  
ut me potius respiciâ dignissimũ  
omni pœna, quamcunque mihi  
irroges? Tu verò solus respicien-

duus es mihi. *Quid faciam tibi?* Cu-  
perẽ invenire modum, quo ere-  
ptum tibi honorẽ, mihiq; vin-  
dicatum, restaurarem. Ideoque  
ecce in conspectu omniũ creatur-  
arum fateor, me tali actu extitisse  
ingratissimum, ac perfidissimũ  
proditorem. Retracto has omnes  
injurias, non aliam ob causam,  
quàm amore tui. Ideo ex toto cor-  
de doleo, ideo abominor, quia Te  
amo: Ideo decrevi millies mori,  
quàm ut te iterum offendam. Tu,  
Optime Custos hominum custodi  
me etiam ut rem tuam; Sed  
custodi me ab illo malo, quod  
censeo gravissimum esse omni-  
um; tui scilicet offensã.

Hi sunt, quos exhibui modò, actus  
nobilissimi Contritionis, ubi notandum  
est; ut fructum optatum afferant,  
non satis esse, eas solummodo le-  
gere, sed ex animo proferre. Quod si  
fiat; miram planè vim exerent; quip-  
pe uno momento ex animã peccatum  
eijciunt, eique gratiam substituunt,  
semper tamen relicta obligatione,  
id suo tempore confi-  
tendi.

F I N I S.





INDEX CAPITVM.

<i>Introductio ad intelligendum ea, qua in hoc opusculo tractantur. Pag.</i>	1.	<i>catorum fugam, sed etiam vitandas occasiones.</i>	31.
<i>Caput I. Irvitatuv Pœnitens ad Confessionem.</i>	3.	<i>Cap. X. Proponitur Oratio dicenda ante Confessionem.</i>	31.
<i>Cap. II. De Examine, per quod se Pœnitens ad Confessionem debet disporre.</i>	5.	<i>Cap. XI. Conditiones precipua, quaerimitari debent ipsam Confessionem.</i>	31.
<i>Cap. III. De quibusdam peccatis generalibus, qua in Examine solent remanere occulta.</i>	7.	<i>Cap. XII. Quid agendum sit Pœnitenti post Confessionem.</i>	41.
<i>Cap. IV. De alijs peccatis occultis, qua magis propria sunt cuius statui.</i>	12.	<i>Cap. XIII. Quibus remedijs Pœnitens se præservet a relapsu.</i>	41.
<i>Cap. V. De Examine circa cogitationes.</i>	16.	<i>Cap. XIV. Gravitas peccati repræsentata Pœnitenti, qua sibi cavet a relapsu.</i>	41.
<i>Cap. VI. De Dolore necessario Pœnitenti.</i>	19.	<i>Cap. XV. Fructus percepti ex frequentia Confessione.</i>	41.
<i>Cap. VII. Modus hunc dolorem elicendi.</i>	24.	<i>Cap. XVI. De Confessione Generali. Interrogationes, pro facili reddenda exercitio Confessionis.</i>	41.
<i>Cap. VIII. De proposito necessario Pœnitenti.</i>	28.	<i>Formula facile &amp; expedite elicendi actum Contritionis.</i>	41.
<i>Cap. IX. Quomodo Propositum istud se debeat extendere non solum ad pec-</i>			

*Omnia ad maiorem Dei gloriam.*



P. SEGNE  
 CONDIONES  
 I. INSTRUCH  
 Pœnitenti  
 Confessari  
 Pœnitenti



DE SEGNE  
CONGREGATIONE  
INSTRUCIO  
POENITENTIAE  
CONFESSORUM  
PAROCHIAE

*De confessorum instructio*

INSTRUCTIO  
**CONFESSARII,**  
*SIVE*  
**OPUSCULUM,**

IN QUO TRADITUR  
PRAXIS CUM FRUCTU ADMINI-  
STRANDI SACRAMENTUM POE-  
NITENTIÆ.

*AUCTORE*  
**R. P. PAULO SEGNERI**  
è SOCIETATE JESU.

Italico primùm idiomate conscriptum, nunc  
verò ab alio ejusdem Societatis Sacerdote Latini-  
tati donatum, pro majore utilitate Apostolica-  
rum Missionum.

*Cum Gratiâ & Privilegio Sacra Cæsareæ Maiestatis,  
Et Facultate Superiorum.*



AUGUSTÆ Vindellicorum & DILINGÆ,  
Sumptibus JOANNIS CASPARI BENCARD, Bibliopolæ.

*ANNO M. DC. XCVI.*

INSTRUCIO  
CONFESSARI

SIVE  
OPUSCULUM

IN QVO TRADITUR  
RITVS CVM FRUCTU ADMINI-  
STRANDI SACRAMENTUM FOR-  
NITATE

AUCTOR

R. P. PABLO SEGNERI  
SOCIETATE IESU

habetur in idiomate conscriptum, hunc  
vix ad hoc opus societas sacerdotum Latinis  
adhibuit, sed auctore vultu Apostolice  
in Hispaniam

Imprimatur  
Immo. G. Prætoris Sacre Celsæ Majestatis  
et Locum representans



ANCIENNE Vindobonensis & DILLING

JOHANNES CASTELI BINCARDI

MDCXCVI

ENIGNE  
CONDICTIONE  
INSTRUCIO  
POENITENTIE  
CONFESSARI  
PABLO

## INTRODUCTIO

Ad intelligendum ea, quæ in hoc opusculo tractantur.

**S**upremus ille rerum omnium Conditor ac Dominus, qui solus absque alieno ministerio formare Hominem voluit, noluit in ejusdem reformatione esse solus. Imò certissimò nobis constat, quòd, cum neminem adjuctorem in creatione hominis admiserit, talem eò magis requisiverit in redemptione, *Ite & vos in vineam meam. Matth. 20. 4. & 7.* Quare ad tam honorificam operam supra omnes alios destinavit suos Sacerdotes. Atque ut in Ecclesia ipsidem majorémne dicam æstimationem, an amorem conciliaret, per Apostolum illorum ministerium nobili & inaudito hoc encomio insignivit: *Dei adiutores sumus. 1. Cor. 3. 9.* Verum est, laudem & gloriam istam non omnibus æqualiter convenire Sacerdotibus, qui se salutem animarum impendunt. Merentur hunc titulum Scripturæ Interpretes, Prælati, Concionatores; sed nemini potiore jure, ut mihi videtur, attribuitur, quam ijs, qui administrant Sacramentum Pœnitentiæ, & appellantur Confessarij: quippe si bene rem perpendimus, nullus præter ipsos tam propinquam operam ad infusionem gratiæ confert, per quam Anticæ vitæ suam accipiunt. Ceteri quantum in ipsis est præstando, doctrinâ, correctione, consilijs, solummodo

requisitas ad id ponunt dispositiones, illudque agunt, quod Ezechielis exhibet visio; colligunt ossa arida & dispersa in vastissimo hujus mundi campo, non autem inspirant ipsidem vitam. Confessarij spirant spiraculum vitæ. Licet enim Deus solus gratiam infundat in animam, nihilominus Confessarij præ omnibus alijs ad hoc opus concurrunt, dum videlicet per sacram Absolutionem portas illas plusquàm Tartareas diffringunt, quæ hactenus Domino virtutum ad cor humanum aditum occlusere. Hinc Confessarij officium, proprium & protus singulare est Legis Evangelicæ. Antequàm veniret plenitudo temporis, Sacerdotum auctoritas solum se extenderat ad ferendum judicium de leprosis, essetne ex integro ijs restituta sanitas, non autem penes ipsos erat hanc impertiendi potestas. Reservabatur nempe ista nobilioribus Sacerdotibus à Christo constitutis: hos enim verbis, quibus olim Salvatorem nostrum leprosus compellabat, alloqui licet: *Domine si vis, potes me mundare. Matth. 8. 2.* illi verò soli cum Christo respondere possunt: *volo, mundare.*

Manifestum proinde est, quanta dignitas sit, quam Sacerdos in sublimi suo Pœnitentiæ tribunali gerit. Quòd si Officium istud in excelso honoris gradu constitutum est, scire oportet, non minus

nus eidem periculum cum propria, tum alienæ salutis esse annexum, nisi debitâ ratione admittatur. Baculus ille Prophetæ, qui, dum Elisei manu regebatur, puerum mortuum ad vitam revocavit. Idem ipse, quamdiu manibus Giezi famuli versabatur, non nisi arctius mortis vinculis visus est constringere exanimem. Ut aded, si de ullo alio, id de Confessario possit affirmari. *Mors & vita in manu lingue. Prov. 18. 21.* Gerit in potestate linguæ suæ animarum salutem, si ritè utatur, quemadmodum officij ratio postulat, unâque exitium, cum à præscripta norma aberraverit.

Quare ut pro viribus tanto malo occurratur, colligere studui ex Doctorum, Sanctorumque judicij, atque divinis literis, quædam documenta practica, quæ serviant ad dignè & cum fructu obeundum ministerium Pœnitentiæ. Sermo mihi est cum Confessario Novitio, qui non minùs capax, quàm cupidus sit instructionis. Quos enim experientia magistra docuit, eorum ego malo audire præcepta, quàm nova superaddere. Ut autem, quæ dicturus sum, majorem fidem inveniant apud Lectorem, annotabo ad eam cuiusvis Capituli Nomina Doctorum, ex quibus allatam doctrinam hauri. Placuit modus iste, eùm videretur gratior & jucundior futurus Lectori, & qui sine remorâ expeditè, & qui securè cupit stadium percurrere. Qui securitatem desiderat, is paucis revolutis pagellis inveniet, qui manum porrigant dubitanti; inoffenso autem pede decurret, quisquis festinare volet, nullo Doctorum interpellante, & digitum identidem in libros suos inten-

dente. Non omnes adduxi, quos potui in singulis materijs, sed eos duntaxat, qui ex proposito aliquam illarum expenderunt, & cæteris viam straverunt; ut necesse non sit aquam è rivulis petere, cum puram & illibatam doctrinam ex ipsismet fontibus licet haurire. Eû subinde in illorum gratiam, qui, ut in senatu, ita etiam in libris, malunt numerare suffragia, quàm ponderare rationum momenta, allaturus sum non paucos alios, quorum autoritate præteritam sententiæ præcipuè stabilirent & roborentur. Univerſa hæc instructio bifariam dividetur. In primâ parte proponam Confessarium tanquam Iudicem, quare etiam de scientia requisita ad hujus generis causarum tractationem de Interrogationibus, Pœnitentijs, Abolutione, quæ propria sunt huic officio. In secunda parte eundem Confessarium Medicum esse statuo, electum ad retrahenda damna per peccatum illata, & revertendos relapsus; diciturque, quod ad hoc præstandum visum fuerit conducere. Et quoniam fructus ceterum stipidi & salubres, ingrati tamen esse solent, quando de spinis eos legere oportet, studebo doctrinam eâ facilitate (pariter morem) legentibus accommodare, ut omnium manibus valeat absque offensa tractari. Quâ ratione ex hoc tenui opusculo eveniet, ut nonnullus enascatur fructus ijs Confessarijs, quorum hîc directionem in me suscepi. Itaque poterò in veritate mitigare illam difficultatem, quæ mihi in præsentî ministerio, quod laudo, supra modum reddit laboriosum, Parem fortè operam præstat, qui probè Confessarium fingit & expolit, quàm

quàm qui multorum poenitentium saluti cooperatur. Certum est, quòd Anna de se ipsà exultans gaudio pronuntiavit, felicè sterilem peperisse multos filios; *donec sterilis peperit plurimos. 1. Reg. 2. 5.* Etsi enim præter Samuelem, alium nullum habuisset filium, unicus tamen iste olim debebat dare vitam quamplurimis.



## CAPUT I.

*Quòd Confessarius sit Iudex, & de scientia, quæ ipsi est necessaria ad rectè iudicandum.*

**E**go dixi: *Dij estis. Ps. 81. 6.* Verantur Sacerdotes in statu medio inter Deum & homines. Cum Deo sunt homines, cum hominibus sunt Dij. Propè ad eum modum, quo parelia in aëre respectu solis sunt nubes, & respectu nubium appellantur soles. Quòd si hoc fas est de omnibus Sacerdotibus cum fundamento affirmare, id longè magis de vobis poterit enuntiari, qui ad sublime Confessarij munus fuistis admissi: Non solùm quia estis Iudices, quos Deus olim in Exodi libro sæpenumero divinissima hac Nomenclatione condecoravit, sed quia estis Iudices delegati in tali causa, quæ ex natura sua spectat ad forum Dei. *Qui potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Marc. 2. 7.* dicebant olim calumniatores Scribæ, neque malè, tamen non intelligerent, quid loquerentur. Et quidem in veritate Sacerdos peccata dimittit, neque solummodò declarat Poenitentem absolutum,

ut impiè quidam docuerunt, damnatà Concilio Trid. Sess. 14, c. 6. & Can. 9. Sed ipsemet peccatorem absolvit, seu quod idem est, tollit obligationem, dissolvit vincula, & condonat benevolè illud debitum, pro quo nullis creaturæ viribus satisfieri posset unquam. Et cui aliquando Judicum impertita fuit potestas, qua ex misero & reo faceret innocentem? Summa illorum Auctoritas non altiùs assurgit, quàm ut pronuntiet innocentem, qui falsò erat accusatus, non autem ut faciat innocentem. Abstergere potest candidissimæ mustelæ maculas, non autem verficolori Pardo nitidum candorem inducere. Sed quid Judicum potestatem memoro? dicam potiùs, cui Angelorum similis collata est potestas, licèt quis cogitando singulorum dotes & perfectiones percurrat, quæ ab infimo usque ad supremum ita excrecunt, ut in Imensum videantur accumulari? *Cui Angelorum dixit Deus: Quorum remisistis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt?* Plus dicam. Nemo satis assequi potest, quanto odio prosequatur Deus peccatum mortiferum. *Abominatio est Domino via impij. Prov. 15. 9.* Rem abundè demonstrat, quòd Divina Majestas satis non habuerit, omnia opera Gratia ad destructionem peccati ordinasse, sed ad illud stirpitus evellendum vitam quoque suam impenderit Deus Homo, ut secum illud Samsonis instar proprià oppressum ruinà contumularet. Et tamen hæc peccati everfio, quæ pretioso sterit Redemptoris Sanguine, quantà facilitate per Confessarium propè quotidie iteratà



renovatur? Tollit Sacerdos manum, & ait, *Absolvo te*; quâ voce auditâ mox corruunt muri Hierichuntini, et si geminato ambitu clausam tenuerint civitatem; & non solum in pulverem subdunt, sed planè in nihilum dissolvuntur. *Quæretur peccatum illius, & non invenietur. Ps. 9. 15.*

Atque hæc sunt, quæ ad superius jam dicta addidisse, multum juvabit, eum nempe in finem, ut tantò sublimiorem æstimationem conciperetis potestatis, quæ in vobis residet, itaque intelligeretis, quanta vobis incumbat necessitas comparandi congruam scientiam, pro tali munere veluti oportet, exercendo. Perpendite, quoddam sententia à Sacerdotibus in hoc iudicio prolata, tanti sit ponderis atque momenti, ut quamprimum hanc ratam habeat, eique subscribat universa curia celestis. *Quodammodo ante diem Iudicij iudicant*: ait S. Hieronymus, *Et quod ipsi iudicaverint in suo tribunali, approbabitur in die Iudicij. Ep. ad Heliod.* Quanto ergo studio decet examinatam & elaboratam esse hanc sententiam, ut possit coram tam augusto confesso exhiberi, ne delectetur irrita, utpote vel per ignorantiam corrupta, vel per inconsiderationem præcipitata. Certum est, non solum pro gravi peccato à Theologis haberi, si quis Pœnitens studio, datæque operâ indoctum eligat Confessarium, qui munere suo rite fungi nesciat, (1.) verum etiam non minoris culpæ reum ab hisdem censerî Confessarium, qui ministerium hoc obit, seque exponit confessionibus excipiendis absque sufficiente scientia, (2.) Injulusmodi enim imperitos

Sacerdotes à functione tanti muneris suspendit ipse Deus, clarissimis his verbis, cum dixit: *Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi. Os. 4. 6.* Non dixit: *ne sis Sacerdos.* Hoc enim ei permittit, sed in eisdem pronuntiavit: *Ne Sacerdotio fungaris: Quia tamen si Deus ob ignorantiam à impositum munus non auferat à Sacerdotibus, non tamen vult id exerceri, cum gravi periculo reverentiæ, quæ debent Sacramentis. Neque satisfacis, si dicis: sum approbatus ab Episcopo; quoniam cunque aliunde te manifestè agnoscat habilem: quia approbatio præsupponit scientiam, non confert: neque enim, qui te in via ducentem assumit, oculos simul lumen tibi præbet, ad videndum, si cæcuses. Dixi: si te manifestè agnoscat inhabilem. Quia si solum dubitas, stare poteris iudicio illius, qui te approbat. (3.) atque interea te idoneum magis reddendo, & tuæ, & approbantis conscientia consultare.*

Verum est, sufficere Confessario eam saltem scientiam, quæ sit commentata illorum conditioni, quorum gubernat conscientias. (4.) Qui agrestium in pago audit Confessiones, tantum non indiget doctrinâ, quantum opus habet, qui in civitate hoc fungitur munere, & tribunal confendit, ubi difficilius agitantur causæ. Aliud est, sine periculo simplicem iudicare bubulcum, aliud, consularium & mercatorum agere arbitrium. Cui simplex & candida comititur conscientia deducenda plano trionque transmitti, necesse non est, ut eâ excellat peritia, quâ juvandi sunt labyrinthicis implicati erroribus. Negari non

potest, defectum scientiæ suppleri per-  
 tepe experientiâ, cui plurimum attribuit  
 Divinus Spiritus *Eccli. 34. 10. Qui non  
 est expertus, pauca recognoscit.* Imò  
 multum ad rem facit à naturâ indita ju-  
 dicandi facultas, quâ quis in rarioribus  
 casibus jubetur dubitare, & doctiorum  
 flagitare consilium. *In casibus dubijs*  
*(ita sentit sacrum Concilium:) possit re-*  
*currere consilium sapientiorum, modò*  
*non pradat penitentem, nec aliud præ-*  
*beat indicium, ex quo possit agnosci.* Si  
 gravissimi duntaxat Theologi huic præ-  
 ficiendi essent iudicio, populo non mo-  
 dò adempta esset frequentandi Mysterij  
 copia quotidie, sed vix semel concessa  
 in anno: Itaque Sacramentum hoc foret  
 quidem fons saluberrimus omnibus, sed  
 clausus, qualem noluit videri Deus, in-  
 quiens; *Fons patens Domini David in*  
*ablutionem peccatoris. Zach. 13.* Nescio  
 proinde, quomodo suam excusare que-  
 ant temeritatem non pauci, qui exiguâ  
 instructi notitiâ rerum, quas scire sum-  
 moperè interest, audent conscientiarum  
 sibi vendicare arbitrium, quasi non esset,  
 ut loquitur S. Gregorius, *ars artium,*  
*regimen animarum.*

Porro scientia hæc requisita duplex  
 est. Alia universalis, quæ appellatur  
*Scientia Juris.* Particularis altera, di-  
 cta *Scientia facti.* Ad primum genus  
 pertinet, scire saltem hæc septem se-  
 quentia. 1. Quantum se cujusque ex-  
 tendat jurisdictio, tum ne quem absol-  
 vat, nisi subditum, cum scriptum sit:  
*Judex sapiens (quantumcunque sit sa-*  
*piens) judicabit populum suum. Eccli.*  
*10. tum ne in eas noxas sibi arroget pote-*  
*statem, quæ ad altius spectat tribunal.*

Oportebit proinde cognitos habere Ca-  
 sus Reservatos, ac Censuras, saltem quæ  
 frequentius solent occurrere. 2. Sciat  
 discernere, quod à veteris testamenti Sa-  
 cerdotibus exigebat Deus, inter lepram  
 & lepram, hoc est, mortalia à veniali-  
 bus, & qualia sint ex genere suo. 3. Di-  
 judicare possit circumstantias peccatorum  
 aggravantes aut imminuentes, certè eas,  
 quæ diversam speciem efficiunt. 4. No-  
 verit, ubi facienda sit restitutio, seu sa-  
 mæ, seu bonorum fortunæ. 5. Quæ sit  
 occasio proxima peccandi, & quando  
 quis teneatur eam evitare. 6. Quis &  
 qualis dolor necessarius sit Penitenti, ad  
 obtinendam gratiam Sacramenti. 7. Quæ  
 forma observanda Absolutionis, & quæ-  
 nam remedia præscribenda ad versus pec-  
 cata saltem communia. (f)

Quæret hoc loco aliquis, præstetne  
 in iudicio isto sacramentali benigniores  
 sequi sententias, an potius rigidiores?  
 Videtur hic uno verbo doceri velle pru-  
 dentiam. Existimo tamen in hunc modum  
 posse responderi. Duplici ratione navis  
 aliqua suo levari potest onere. Si merces,  
 quibus onusta deprimitur, eijciantur,  
 quo modo expeditior redditur ad pro-  
 sequendum iter, portumque tenendum.  
 Præterea etiam saburra navi subtrahi po-  
 test, itaque allevari. Sed hoc est evi-  
 denti obijcere navem naufragio. Simi-  
 liter duobus modis Penitentis conscien-  
 tia potest allevari, cum fructu, & dispen-  
 dio. Potest nempe ipsi ita facilis reddi le-  
 gis observatio, ut se ultro ei, & lubentè  
 animo subjiciat, & potest è contrario  
 ipsi eadem ita laxari, ut liberum se pu-  
 ter, & omne jugum excutiat. Exempli  
 gratiâ. Est qui Confessionis faciendæ  
 causâ

6  
 causâ tuis advolvatur pedibus, æqualiter & crapulæ & libidini deditus. Quod si tu istum arctissimis limitibus, quibus nonnulli Authores (6) legem jejuniij circumscribunt, velis constringere, veluti, ut vespertina refectio non excedat quatuor uncias, neutiquam ipsi persuadebis jejunium. Verùm cum eidem dixeris juxta mitiorem sententiam (7.) prædictam quantitatem viribus corporis & complexioni conformandam esse, atque in genere loquendo, satisfacere, qui quartam consuetæ cænz partem non transgreditur; En mox animum sumer Pœnitens, seq̄ue pronum ostendet ad parendum legi hac moderatione declaratæ. E contrario, si eidem asseveraveris, ipsum, dummodo statuat nunquam peccare amplius, nequaquam teneri famulam pellicem ex ædibus suis amandare, cui centum scuta dederat mutua, quorum recuperandorum spes periret eâ dimissâ. (8.) Lætus ac hilaris domum suam reperet, ex tam favorabili laxâque sententia, sed malo suo. Converteri familiariter perget, & brevi post conversationem fædo se conspurcabit flagitio. Quod facillimè declinari poterat, si occasio tempestivè fuisset subtracta. Unico verbo; quando benignæ opiniones Pœnitentem quasi manu ducunt ad legis observantiam, ijs te accommoda, quod non prohibetur. At cum per eas difficulter præcepto satisfieri poterit; noli eas amplecti, aut suadere alteri, ne animas, quibus veterum excutere maximâ solitudine debueras, dulci quodam pocœnio consopire videaris, consopitâsque ex montis culmine in præcipitium deturbare. Et hinc Deus

avertat, ut tibi unquam in mentem veniat, dictare ulli, quisquæque si Pœnitens, tanquam probabilem sententiam, quod in re venerea detur parvitas materiæ, sicuti in ceteris. Quis enim unquam dixerit ignem esse modicum, quo admotò pulvis nitratus horrendâ ædificiorum strage in flammam erumpit. Unica scintilla, etsi minutissima, abunde sufficit maximo incendio. Finitur istud. Licetum esse censent vii prædentes, benignâ uti interpretatione, cum Doctoribus classicis, circa præcepta positiva, non autem fas esse eam adhibere naturalibus, præcipiè quæ carnis concupiscentiam frænant; quorum observantia tantò erit facilior, quò illa erit perfectior. Restat nunc altera scientiæ species, quæ vocatur Scientia facti, de quâ commodius capite sequenti agemus.

- (1.) Suarez de Panis. disp. 27. sect. 2. n. 9.
- (2.) Suarez. l. cit. n. 6. Navar. in Man. c. 4. n. 12. Cajet. in Summa V. Conf. necess. Sylvester V. Confess.
- (3.) Navar. l. cit. n. 14.
- (4.) Suar. l. cit. n. 4. Navar. l. 2. n. 11.
- (5.) Suar. l. c. n. 2. 3. Cajet. Sylvester l. c.
- (6.) Graf. p. 1. dec. l. 2. c. 57. n. 29. Azor. To. 1. l. 7. c. 8. q. 1. Sa V. Jejun. n. 8.
- (7.) Laym. l. 4. tr. 8. c. 1. n. 9. Regim. 20. 2. l. 4. n. 885.
- (8.) Jo. Sanch. in Select. disp. 20. n. 1.



## CAPUT II.

## Demodo interrogandi Pœnitentes, à Confessarijs observando.

SI, quod res est, fateri velimus: non spectat ad officium Confessarij, Pœnitentem interrogare, sed audire (1.) Ratio est, quia tribunal istud à ceteris peculiare habet hoc, quod in eo absolvatur, qui crimen fatetur, & damnatur, quitacet. Unde nullius plus interest, quam nocentis, ut veritas cognoscatur: Itaque necesse non est, venatorum more questionum reibus eam circumdare: satis est Confessario, patienter expectare, donec ipsamet ultro se in prædam offerat, quemadmodum Monoceros ad sinum virginis confugiens. Ita quidem à tu ipso fieri oporteret, sed alia modò sunt omnia. Pœnitentis verecundia, exigua examinis, doloris, atque propositi præmissa dispositio, sæpissimè Confessarium cogunt, interrogandi onus in se suscipere, à quo aliàs ipsum liberum esse conveniret. (2.) Si ergo cupis, ut ritè iudicium procedat, oportebit resæpumerò Rei partes agere (qui, ut jam diximus, Accusatoris quoque personam sustinere debet) atque illius imitari patientiam, qui dixit: *Causam, quam nesciebam, diligentissimè investigabam.* Job. 29. 16.

Dux tamen peccantium classes questionibus specialiter sunt juvandæ, qui præfigurati sunt in duobus illis famosis energumens, quos Christus libertavit. *Matth. 12. 22. & Marc. 9. 24.*

R. P. Segneri *Instrucl. Confessarij.*

Quidam veritatem non manifestant ob ignorantiam, & hi sunt *muri & cæci*, sed cæcitate plerumque voluntariâ, quia debitam non adhibeat diligentiam, quâ illam excutiant. Alij veritatem premunt ex malitia, sicutque *muri ac surdi*: nolunt enim audire interna conscientie monita, quibus ad eam revelandam stimulantur. Loquamur nunc de prima classe. Multi sunt, qui, cum habeant conscientiam non quidem malam, sed involutam ac intricatam, nunquam se applicabunt eidem examinandæ. Accidit ipsis, quod experiuntur ij, qui domi morosas ac terribiles alunt uxores, nunquam non timent suas ædes revisere, docti jam experientia, quam verè dictum sit: *Melius est habitare in terra deserta, quam cum muliere rixosa.* Prov. 21. 19. Cum his mediâ incedendum est viâ; ut nec debita curæ quid in te patriaris desiderari, neque etiam omnes insecteris minutias. (3.) Illud enim tuæ noxium foret conscientie; istud autem plus gravaret Pœnitentem, unde ei Sacramentum molestum redderetur, & odiosum. Si stabilem, quam teneas, regulam desideras, scito, nullam à Christo Fidelibus legem fuisse præscriptam confitendi omnia peccata commissa, sed ea solummodò, quorum post diligens examen meminisse possunt. (4.) Unde si diligentie tali satisfactum est, ad nullam ulterius adhibendam operam obligatur Pœnitens, longè verò minùs Confessarius. Ex hoc fundamento duo in praxi utiliter observanda deduco. Si quispiam te accesserit, quem nôsti semper accuratum tum in perquirendis, tum exponendis peccatis, noli eum pluribus

B

torque-

tosquere, (5.) sed posteaquam dicendi  
 finem fecit, loco strictioris examinis  
 tempus potius colloca imperitendo sa-  
 lutaria documenta; Nec fisci procura-  
 torem magis videaris imitari, qui in hoc  
 solum curam intendit, ut in apertum  
 protrahantur crimina potius, quam ut  
 inculcetur horror delinquentibus! Quod  
 si è contrario alius tibi occurrat, incurtus  
 ac negligens, eum tu non teneris majore  
 studio examinare, quam quo ipse uti  
 debuerat, si sponte sua seipsum discuf-  
 sisset. (6.) Itaque opus non erit ijs inter-  
 rogationibus, quas ipse intra suam con-  
 scientiam non instituerat, scrutando  
 animi latebras, juxta virium suarum fa-  
 cultatem. Hinc non est, cur terrearis,  
 quando agrestes, rudes, minusque præ-  
 parati te circumstant penitentes. Vis  
 breviter eos expedire, & in pace dimit-  
 tere? appositas illorum statui adhibe  
 quæstiones, poterisque elicere eorum  
 delicta, unâ cum numero, specie, ac cir-  
 cumstantijs, in quorum notitiam neque  
 ipsi qualicunque inquisitione pervenis-  
 sent. (7.) Quod si aliquorum rationes ita  
 confusas invenias, ut tuo labore eum  
 gradum diligentæ nequeas assequi,  
 quâ ipsi tenentur explicare, quis  
 dubitat expedire, illos remitti, quoad  
 melius disponantur, cum integritati ad  
 hoc Sacramentum requisitæ satisfieri  
 non possit in tali casu? Verùm admittite  
 consilium meum. Tenta interrogando.  
 Et si alium hinc fructum non referas, ef-  
 ficies saltem, ut multi illorum, velut  
 arthabone accepto, rursus ad te rever-  
 tantur.

Quod verò molestissimum accidere  
 solet ijs, qui contentibus aures præ-

bent, est numeri inquisitio. Populum  
 bibit iniquitatem, velut aquam ex præ-  
 terfluente amne, ut calices non nume-  
 ret, quos evacuat. Si aliter fieri non  
 possit, non est cur teipsum affligat,  
 Quando certus numerus sciri nequit,  
 sufficit probabilis; perquire in genere  
 tempus, quo peccato alicui fuerunt de-  
 diti; sciscitare, quoties per mensem aut  
 hebdomadam illud committere sint soliti.  
 Imò circa quosdam actus internos,  
 quales sunt odij, luxuriæ, nihil actius  
 (saltem ordinariè) in longioribus Con-  
 fessionibus ita rigidè frequentiam exa-  
 minare. (8.) quia plerumque explicari  
 non potest absque periculo errandi sive  
 per excessum, sive defectum; sed satis  
 erit habere rationem temporis, quanto  
 quis vel in discordia vixerit, vel mulier  
 fuerit familiaris. Neque enim novum  
 est, res, quæ ad calculum solent nume-  
 rari, expendere ad mensuram. In  
 quis est, qui ab Oeconomo tempore  
 messis exigat granorum numerum? Re-  
 stitit integras acervos modijs admitti,  
 mos habet.

Necessè quoque non est præteritis  
 Confessiones curiosius investigare, et  
 que ad eas reperendas urgere peniten-  
 tes, nisi in casu apertæ necessitatis: cu-  
 jusmodi foret ex parte Sacerdotis, si ju-  
 risdictione caruisset, vel ex parte peni-  
 tentis, propositi & doloris defectus.  
 Ceterùm, nisi compertum tibi sit de ma-  
 nifesto errore, Jurisperitorum Regulam  
 sequere, quæ docet, in dubio semper esse  
 præsumendum in favorem actus, quod  
 sit validus. Et licet Penitens ob exi-  
 guam intellectus perspicaciam in ante-  
 actis Confessionibus numerum peccato-

rum non nisi confusè indicasset, non erit propterea cogendus ad repetitionem majore studio faciendam: præsertim enim peccata etiam confusè enarrata sint directè absoluta, unde nulla est necessitas eadem iteratò explicandi. (9.)

Deinde cupio magnopere te parem gravèmq; esse interrogando circa materiam luxuriæ. (10.) ne tibi accidat, quod pictori, qui cum Helenam exquisitè diligentia depingeret, ejusdem cupidine exardescere cepit & accendi. Utere proinde verborum modestiâ, & quamvis subinde circumstantia maneret recta, quæ alioquin ad integritatem materialem spectaret, nihil interest; (11.) aliud enim majus bonum prævalet. Ad eò factet palus ista, ut consultum non sit, vel à Pœnitente vel à Confessario, ubi opus non est, roveri: sufficiat requirere speciem patrati sceleris, non vetò modum: & si ipsi vel ex invecundia vel ignorantia hunc vellent declarare: suaviter eos mone, necessarium non esse. Expediret hac in re imitari Philosophum illum, qui veritus, ne loquendo de simili materia os conspurcasset, carbone descripsit.

Hactenus egimus de ijs, qui sua peccata non aperiunt integrè, ob ignorantiam, & sunt muti cæci. Nunc dicendum est de illis, qui peccata sua non explicant, quia nolunt, laborantes malo deplorando, sùntque muti ac surdi. Dici non potest, quantum apud hos valeat periti Confessarij industria. Certum est, præcipuum Missionum lucrum & operæ pretium reportari ex isto hominum genere: quanquam hi fructus nobilissimè insat metalli sub terra, procul ab homi-

num oculis remoti, æterno lateant Sacramenti sigillo occlusi. Frequenter accidit, ut animæ nonnullæ ex orci faucibus extrahantur, in quibus multos jam annos hærebant demersi, nullâ spe inde unquam evadendi. *Quomodo si eruat Pastor de ore leonis duo crura, aut extrinsum auricula, (quod fieri non posse videtur) si, eruentur Filij Israel. Amos. 3. 12.* Nunc ad praxin ipsam accedendo: Oportet te adhibere illam industriam, qua usum fuisse legimus Ezechielem in explorandis abominationibus latentibus intra templum. Viderat is parvum foramen in pariete: *Ecce foramen unum.* Jubetur istud à Deo dilatare: *Fode parietem, fode parietem:* quo factò, apparuit ostium, ita ut Propheta per illud commodè ingressus, potuerit inspicere abominationes pessimas. *Ezech. 8. 7.* Parvum foramen, est levis aliqua culpa, spontè à peccatore aperta. Necessè est, ut Confessarius suâ diligentia laxiorem reddat accessum, quem ad cor natùs est, pandâ que sibi ostium tam amplum, per quod penetrans lustrare & cognoscere possit, quidquid abominationum ibi latet absconditum. Rem clariùs accipe. Quando ad te venit Confessionis gratiâ juvenis aliquis, accusans se, quòd in templo tractaverit amores, liberiore miscuerit sermones, oculis majorem concesserit licentiam evagandi, itaque de reliquo nihil superaddit; Auditus istis, oportet dextrè à verbis & aspectibus progredi, & elicere cogitationes obscenas, ex his procedere ad consensum, hinc ad opera impura, secummet ipso, an cum alijs perpetrata, inchoatè, vel completa. Verum ad hoc ipsum

exequendum quantā opus est prudentiā, ne erretur! Hic enim exprimendum est pus ex ulcere, illic cavendum ne pars sana ac integra inficiatur, & malitia hæcenus incognita, doceatur. Ne dubites, Lumen cæleste, quod in hujusmodi casibus implorare debes, & experientia, quæ semper augetur exercitio, tibi per binos hosce scopulos viam monstrabunt, ut sine periculo transeas, illæso navigio. Disces hinc è longinquo tentare aditum, & sensim scopum attingere. Suggestent illa tibi verba modòsque generatim interrogandi, quæ à quibusdam citius, tardiùs ab alijs percipiuntur, prout quisque vitio affuetus vixit: Docebunt te etiam, quâ ratione interdum monstrando te negantis responsa non percepisse, obtineas Confessionem facti. Accidit aliquando, ut juvenis quidam liberè negaret peccatum mollietati, postea verò rogatus, quoties deliquisset? & à quot annis hoc vitio esset irretitus? an non semper in Confessionibus illud reticisset: candidè veritatem ediceret, sibi que sincerè virus è visceribus extrahi, quod sua sponte non poterat evomere. Tribunal hoc est, in quo, uti jam supra dictum fuit, non curatur, ut, qui nocens est, demonstretur innocens. Unde hic non sunt reprehendendæ interrogaciones, quæ dicuntur suggestivæ, quando cum ratione & convenienter proponuntur. *Diligens inquisitor, & subtilis investigator*, inquit S. Augustinus, *sapienter & quasi absente interrogat à Penitente, quod forsitan ignorat, vel præ verecundiâ veli ocellare. L. de vera & falsa Pœnit.* Vix credi potest, quantum conducatur ipsas quoque formare quæstiones

ad eum modum, ut respondentem pœnitentia necesse non sit dicere, si ita fieri possit, quàm: Ita Pater, Non Pater. Quando solatio fuit mulieri Samaritanæ, quando licuit ipsi profiteri: *Hominem invenit, qui dixi mihi omnia, quæcumque feci? Jo. 4. 29.* Si ab ea postulatam fuisset, ut ultro turpissima sua proderet flagitia, Deus scit, an unquam eò se adduci passus fuisset. Ubi illa à Christo tantâ luxuriantate detegi sensit, facillimè ut confiteri, nullâ aliâ molestiâ, quàm respondendo tantummodò; *Propheta es tu.*

Potro in hoc genere Confessionum, antequam stantur, nullû signum eò, ex quo tibi supra modum, gravia videri peccata sua, colligant Penitentes; imò dic illis, te longè enormiora audivisse, neque ipsos primos esse, qui talia afferant, aut perpetrarint. Quando de numero interrogas, eum nomina, qui verosimiliùs major est, ut veritatem manifestaturi habeant potius quod decalant, vel certè non nisi modicum adijciant. Interea cave summo petere, ne admittitionis præbeas indicia, nève suspites, huc illuc te vertas, properesque immò dicè. Cogita, uno etiam frondis metu timidæ cervæ tam ægrè parturientis partum disturbari. Quin potius adde animos identidem hortando: quancumque enim miseræ animæ veneras usque ad partum, angantur & coqueantur, sapius tamen accidit, ut virius non sit pariendi. *Is. 37. 3.* Admonet illud gaudij, quod in cælo oritur ex conversione unius peccatoris; & quanta cum tranquillitate sint reversuri domum, benedicentes d:ei millies, quâ conscientias tantò allevârunt onere. Aliud non sit

SEGNE  
CONCORDIES  
INSTRUCIO  
Pœnitent  
Confessio  
Parochi

perest remedium. Partu concepto, nulla sese liberandi invenitur via; aut parandum, aut moriendum.

Denique scito, intolerabilem fore errorem, qui in hoc puncto potest committi, quando absque urgente causâ aliquos amandares, sub prætextu, quod relegendæ ipsi essent multorum annorum confessiones, atque aded opus ijs foret longiore examine, plerumque hi, qui ex verecundiâ peccata reticent, sunt homines rudes, juvenes imprudentes & inexperti: hinc vivendi rationem tenent ut plurimum uniformem, neque intricatam habent conscientiam ex multitudine & varietate negotiorum. Acque idcirco si ipsi repetendæ essent præteritæ Confessiones, non erit tam laboriosû patienti atque exercitato Confessario, uti supra indicavimus, intra brevissimam horæ unius portionem accuratius instituere cum ipsis examen, quàm ipsi suammet operâ mense integro essent effecturi. Præterquam quod experientiâ teste hi examinis suscipiendi causâ dimissi, rarè soleant reverti, & quemadmodum feræ semel à venatore vulneratæ, neque straxæ, semper sint fugaciores.

Gravis hoc loco exoritur difficultas. Cum ista ita se habeant, quid ergo faciendum, quando in extraordinario penitentium concursu & multitudine duo hæc conveniunt, ex tua parte temporis angustia, in Pœnitente summa necessitas, ut interrogetur? In primis copia eorum, à quibus in tribusali circumdatus es, non debet immutare ordinem iudicij. Oporteret Confessarium habere cor simile arenæ maris, veluti sibi optaverat Salomon, quæ nec majore nec mi-

nore alluvione unquam movetur. Quid refert, multos esse Pœnitentes, qui expectant? melius est sanare paucos, quàm medicinam applicare multis, nullo consequente fructu. Verùm cum possit contingere, ut turba tibi in quibusdam temporis angustijs eâ non concedat prudenter uti temporis morâ, quæ aliàs extingeretur: Notandum est, an Pœnitenti incumbat necessitas Communionis sumendæ, an verò possit differri; si protogationem admittat, suaviter ipsi exponere, plus temporis exigi ab hac negotio, quod commodiùs & majore conscientiæ securitate aliàs confici possit; nomina diem quo redeat, si lubeat tuâ uti operâ. Quod si in aliud tempus rejici nequeat sine scandalo, vel admiratione, quæ accidere potest circa puellam observatam à suis domesticis, in hoc casu (quando Pœnitentem ad perfectæ Contritionis actum permovere non potes) exige peccata graviora, pro temporis brevitate, ac tum securè illum absolve, hæc lege, ut in proxima Confessione dicat, quæ modò fuerunt omissa, (12.) Extremum hoc est remedium, sed necessarium, estque ipsissimum, quod servare debet Parocho, tunc, quando ad infirmum SS. Eucharistiam deportat, magnâ comitantium multitudine, quem in eo statu offendit, ut multarum sacrilegè peccatarum Confessionum indigeat repetitione, quæ tamen fieri non potest, sive ne morbum exasperet, sive ne periculo infamie eum exponat, (13.)

(1.) *Sotus 4. dist. 18. q. 2. art. 4.*

(2.) *Idem l. c. Card. de Lugo de Pœnit. disp. 22. S. 2. n. 19. Suarez. disp. 32. S. 3. n. 7. Henric. l. 6. c. 27.*



- Laym. l. 5. Tr. 6. c. 13. n. 10. Coninck, disp. 8. dub. 17. n. 131. Navarr. in Sum. c. 5. n. 2.
- (3.) De Lugo de Pœnit. disp. 16. scđ. 14. n. 150.
- (4.) Anton. Perez. de Pœnit. disp. 4. c. 4.
- (5.) Sorus l. c.
- (6.) Ant. Perez. l. c. De Lugo l. c. n. 590.
- (7.) De Lugo l. c. n. 593. Vasq. de Pœnit. q. 3. ar. 3. dub. 7. n. 5.
- (8.) Vasq. de Pœnit. q. 91. art. 1. dub. 1. n. 3.
- (9.) Ant. Perez l. c. n. 104. De Lugo De Pœnit. disp. 16. Scđ. 14. n. 58.
- (10.) Laym. de Pœnit. c. 13. n. 7. Navarr. in Man. c. 5. n. 4. Lugo l. c. n. 595.
- (11.) Coninck. de Sacr. disp. 8. dub. 17. n. 121. Castropal. de Sacr. Pœnit. disp. un. puncto. 19. §. 2. n. 4.
- (12.) Coninck. de Sacr. disp. 7. dub. 9. n. 77. Megala l. 5. Instit. c. 9. Rodriguez in Sum. c. 26.
- (13.) Zambran. de Pœnit. c. 4. dub. 8. n. 6. 7.



CAPUT III.

Quomodo imponenda sint Pœnitentia?

Expectant Platonici post triginta sex annorum millia annum unum magnum, plenum felicissimo influxu, quia tunc omnes caelestes sphaerae ac sidera ad eum revocabuntur situm, in quo creata primitus cursum suum exorsa sunt. Felices nos, si intra Ecclesiam tam amœnus rediret annus, quo non astra, sed mo-

res primævum tenerent ordinem, atque à Fidelibus laudabiles viderentur exerceri consuetudines, quas jam ab initio sustulit! Et quis nunc est, qui habeat notitiam distinctam sacrorum Canonum, & Decretorum, quæ à SS. Patribus in Concilijs fuerunt sancita, quorum virtute per Pœnitentiam septem, decem, duodecim annorum Deo pro peccato violatus honor resuscitatur? Et erant tamen ea tempora, quando quis indignus judicabatur Sacerdotis nomine, quinonad amissum tales calleret Canones. *Nix Sacerdotis nomen in eo consistare, qui tales Canones ignoraverit.* (1.)

Sufficiat, paucis proferre specimen, in Confusionem extremæ nostræ reprobationis. Blasphemo (2.) Inponebant pœnitentiam septem annorum, & eundem fornicatori. (3.) Neque existimes Pœnitentiam hanc constitisse intra aliquot oscula terræ libanda. Jejunia in pane & aquâ rigorosissima, non uno die sed mensibus, & quidem continuatis, solitudo summa, cilicia, cinerum confectio, flagra, peregrinationes arduæ magno numero, Psalmorum, Orationum, &c. si volumus memorare etiam istud, servitia præstita in erigendis templorum edificijs, ad cultum honorisque divini. Quod si fornicator esset Sacerdos, pœnitentia in decimum protraheretur annum. (4.) Si mulier, cum qua quis peccavit, fuisset quapiam ratione filia spiritualis, sive titulo Confessionis, Confirmationis, sive Baptismi, eo in casu duodecim annorum definita erat Pœnitentia. (5.) Quibus elapsis ambo in perpetuum monasterio includebantur. *Foraliquit adbe*

SEGNE  
CONCIONES  
INSTRUCIO  
Pœnitentia  
Confessio  
Parochia

debebat subire similem penitentiam quinque annorum, si res ablata magni fuit pretij; si vilis, unus annus prescriptus erat. (6.) Quid dicemus de homicida? si homicidium commissum fuit casuale, quinque anni fuerant decreti penitentiae, septem verò, si ex insidijs necem intulit, è quibus tres jejunare debuit in pane & aqua, ut sic laboriosè duceret vitam propriam, qui eripuerat alienam. (7.) At forsitan rigor iste solummodo cum plebeijs hominibus erat usitatus? Quando Otto III. petijt absolvi per S. Romualdum ab ejusmodi iniustitia, nonne debuit depositis imperialibus ornamentis, nudisque pedibus peregrinari ad montem Garganam, ibique per integram Quadragesimam severè jejunando, in silentio & Psalmodiâ vivere, quiete non supra purpuram sed nudum humum captâ? Similis erat famosa, & publicè suscepta penitentia Theodosij Mediolani in Augusta Ecclesia. Horum exemplum secuti sunt duo alij Imperatores, Lotharius ac Ludovicus; ut nihil dicam de Henrico Angliæ Rege, qui habitu villi ac fordido, nudis pedibus summam Carnuariensem subivit Ecclesiam; ubi in genua provolutus, scapulis centum flagrorum ictus à longa Monachorû ferie ibi collectâ excepit. Nunc unico jejunio plures expediuntur proditioes, & qui ad Confessionem affert ingentem immunditiarum cumulum, incestuum, & mille alias libidinum pestes, credit se facturum satis, si sexuel deambulando septem Psalmos percurrat. Sed nolo progredi ulterius. Satis esto, mêmorâsse tales consuetudines, in publicam omnium nostrum confusionem, quia si

des nostra, quod Hieremias in auro deploraverat, si non mutavit substantiam, saltem plurimum amisit splendoris; *Mutatus est color optimus. Thren. 4.*

Ceterum in statuendis imponendisque penitentijs (quia antiquorum Canonum taxa nunc immutata est) conveniet aliquam tamen observare Regulam; quippe quantumvis determinatio tuo relinquatur arbitrio, non tamen ita relinquatur, ut rectæ rationis excludatur directio. (8.) Verum est, te esse Judicem, sed subordinatum, Administratorem, non Dominum justitiæ, cujus Dominium residet penes solum Deum. *Deus judicij Dominus.* Unde nullum est dubium, te parùm tuo satisfacere muneri, si ob gravissima scelera, absque justa causâ, levissimas injungas penitentias, contra id, cujus factum Concilium admonet omnes, qui tuo funguntur officio; *Ne si forte peccatis conniveant, & indulgentius cum Penitentibus agant, levissima quadam opera pro gravissimis delictis injungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Trident. Sess. 14. c. 8.* Certum est, magnâ ex parte Judici imputari ea delicta, quæ ipse ostendit conniventia sua, parùm à se curari.

Accedamus ad ipsam praxin. Equum foret, & rectæ rationi conforme, tam quantitatem operum penalarum imponere, quâ sufficienter satisfaceret Divinæ Justitiæ per temporalem pœnam, quæ remanet post dimissionem culpæ. Verum quia hæc ipsa quantitas ignota est Sacerdoti, & si nota esset, Penitentis infirmitas sustinendo par non foret; hinc in decernendis penitentijs tria sunt con-

sideranda: Peccatum, Peccator, & Finis propter quem imponitur: nisi quod major habenda sit ratio peccatoris, quam peccati; quia, si erratur, melius est, ut loquitur S. Joan. Chrysof. *Propter misericordiam rationem reddere, quam propter crudelitatem in Matt. Hom. 43.* Itaque tutissima, quam in hac materia sequi possumus, regula, quæ observatur ab ijs, qui myrrham colligunt: exprimere quantum fieri potest, dummodo absque arboris detrimento: hoc est, sine periculo, ne Pœnitens horrorem & aversionem concipiat, tam à Sacerdote, quam à Sacramento, & negligat sibi præscripta. Et ad particularia descendendo: potest levior injungi pœnitentia illi, qui multum est contritus, (9.) quia sic minorè habet reatum pœnæ; levior quoque imponi potest pœnitentia illi, qui vel fervore vel viribus est debilior, quia minus potest portare: (10.) potestq; infirmitas ita esse constituta, ut prudenter minor præscribatur satisfactio pro gravissimis delictis; addita nihilominus admonitione, debitum istud, quod modo æquali solutione non expungitur, summo rigore in purgatorio carcere esse diluendum. (11.) Et hæc denuntiatio pœnæ piacularis ignis, corrigit supra dictam indulgentiam: *Ne facilitas venia incentivum tribuat delinquenti, ut expendit S. Ambros. Serm. 8. in Ps. 118.* Proderit etiam ad allevandam pœnitentiam, injungere opera alijs debita, quemadmodum sunt, Missa die festo audienda, jejunium tempore Quadragesimali; præterea etiam opera, quæ ad consequendas indulgentias requiruntur. Plurimum autem conducet, respicere suam,

ideoque ejus generis actiones præferbere, quæ non solum satisfaciunt pro præteritis noxiis, sed præferunt à futuris, & quæ, quantum minus habent asperitatis, tanto plus contineant salubritatis. Hujus generis sunt, aliquanto tempore quotidie pium lectitare librum, aliquoties audire concionem, visitare templum, frequentare S. Synaxim per aliquot menses, vespertino examine lustrare conscientiam, supra sepulchrum preces fundere, abstinere certo socio, non dare Sodalitati, aliaque ejusmodi industria, quæ ex una parte non nimiam sunt onerosæ, ex altera vero objecto veluti aggere, passionum frenant erumpentium licentiam. Actiones istas, alijs his similia opera five satisfactoria, five medicinalia, definiiri oportet pariter numero, ut quinque jejunijs respondent etiam Comuniones quinque & cotidiam elemosynæ; alioquin si numero varaveris, dicendo quinque, septem, facile eorum obliviscetur pœnitens, offendet, & inquietudinem patietur. Præter hæc quanquam nova aliqua culpa sit, pœnitentiæ exequi in statu peccati. (12.) Unde videri possit ea præferenda, quæ citò finitur; nihilominus probatam semper illam, quæ aliquanto durat tempore, præsertim ex duplici causa. Prima est, quia actus isti reperiuntur habitus malos fortius expugnare, & frangunt: hinc præstat, elemosynam designatam per intervalla dispensare, quam simul omnem elargiri. Deinde per hanc actuum iterationem fovetur conceptus commissorum detestatio peccatorum, quorum post Absolutionem facile succedit oblivio; & sicut corporibus, ita nec animis

animis expedit venenata vulnera citò obducì. In morsu venenato prohibetur confidatio. ex Avicenna. Non Leprosus, etiam recepta à Christo sanitate, infirmitatis suae nomen recinuit, ne unquam ei excideret è memoria.

Denique illud, quod summopere acerbiter penitentiae solet condire, est verborum suavitas, quae cum Penitente urèris. Pete ab illo, an promptè libenterque penitentiam suscipiat, sitque facillè impleturus: ut, si aliter constitutus est, onus possis allevare, aut si huic nihil demendum videatur, fierique minor non possit, remittere nonnihil obligationem, adstringendo quidem eum ad penitentiam subeundam, sed non sub gravi culpa. (11.) In Sacrificijs ingratæ erant Victimæ, quæ vi ad aram erant trahendæ. *Hilarem dantorem diligit Deus.* 2. Cor. 9. 7.

- (1.) *Cap. Qui ipsi. dist. 38.*  
 (2.) *Cap. Final. de Maled.*  
 (3.) *Cap. Predicandum. 22. q. 1.*  
 (4.) *Cap. Presbyter. dist. 80.*  
 (5.) *Cap. Si quis. 30. q. 1. & Cap. non de.*  
 (6.) *Cap. Si quis Cler. 17. q. 4.*  
 (7.) *Cap. Si quis homicid. dist. 30. & Cap. Eos. ead. dist.*  
 (8.) *Sotus in 4. dist. 20. q. 2. art. 3. Concl. 1.*  
 (9.) *Toler. l. 3. c. 11. n. 8. Laym. de Saer. Pœnit. c. 15. n. 12.*  
 (10.) *Sotus in 4. dist. 20. q. 2. art. 3. Laym. l. c.*  
 (11.) *Navar. in Sum. c. 26. n. 22. Laym. l. c. n. 11.*  
 (12.) *Suar. de Pœnit. dist. 38. Sect. 8. Laym. l. c. n. 15.*  
 R. P. Segneri Instruct. Confessarii.

(13.) *Suar. de Pœnit. dist. 38. Sect. 7. n. 5. Bonac. de Saer. dist. 5. q. 5. Sect. 3. puncto 2. n. 6. Sa. V. Satisfactio.*



#### C A P U T I V.

*Quid observandum sit Confessario, tam in impetrenda Absolutione, quam in eadem neganda.*

**R**estat nunc exponendus supremus judicialis potestatis actus in sacro tribunali, nempe Absolutio: cujus beneficio Sacerdotis lingua, instar Sceptri Assueri, vitam confert humiliter sese huic submittentibus, mortem verò decernit immorigeris. Exigit proinde actus iste tantò majorem diligentiam, quantum gravius est susceptum negotium, quod est ultima & decretoria sententia.

Primò autem notandum est discrimen geminæ potestatis, Ordinis, & Jurisdictionis. Utraque necessaria est ad rite absolvendum. Astra suscipe; nullum non in creationis origine à Conditorum virtutem inditam sibi accepit, quam inferiori mundo communicaret; verumtamen non æqualiter hanc ipsam disperuntur, neque omnem in unam effundunt provinciam, nec solùm uni offerunt mortalium, sed plus minusve, prout à suo Motore in diversa distributa sunt climata, & varios sortiuntur aspectus, dispensant. Ita se res habet cum Sacerdotibus, qui sunt cælestia Ecclesiæ fidera.

C

ra. Tamen si in sua ordinatione à Christo susceperint virtutem dimittendi peccata, non possunt tamen illam exercere pro suo arbitrio in quoscunque; sed juxta applicationem, quam recipiunt ab intelligentijs Morricibus hujus cæli, hoc est, à supremis Antistitibus. Quare fieri potest, ut Pœnitens, qui se tuis advolvitur pedibus, tuæ non subit jurisdictioni, ex eo capite, quod reus sit criminis reservati suo Superiori. In hoc casu perpende necessitatem, quam Pœnitens habet confitendi, & si eam urgentem comperias, veluti quod sacram Eucharistiam sumere debeat, aut quid simile, absolve illum, simul tamen denuntia, ut hoc non obstante, abeat, & sequatur manifestando illi, qui integram absolvendi gerit potestatem. (1.) Si verò differri poterit Confessio, etsi licitum videatur nonnullis, (2.) saltem non expedit, illum absolvi etiam cum tali protestatione. Discas experientiam, eum, qui hoc modo sine alio remedio dimittitur, longè majorem noxarum suarum horrorem concipere; secus si fiat, non parùm detrahitur acrimoniam & efficaciam tam salutaris medicinæ, quam Ecclesia in reservatione casuum instituit. Quod si supradicta culpa annexam quoque habeat Censuram, procul dubio, exceptis circumstantijs summæ necessitatis (qualis foret grave famæ periculum) admittendus non est ad Sacramentum, qui tanto laborat obstaculo, quo ei accessus præcluditur. (3.) Verum est, quod interim charitas suadeat, imò etiam videatur cogere ad procurandam majorem potestatem, quâ cares, quando aliter Pœnitens juvari non poterit, nisi reme-

dio valde arduo & laborioso. Tale fuit laudabile charitatis obsequium in Abdemelecho, qui cum audisset Hieremiam afflictißimum statum, in profundam ac fætidam fossam dejecti, nullam quietem habuit, donec impetratâ à Rege facultate suismer illum extraheret manibus. Si non pari benignitatis officio Prophetam ex carno, Pœnitentem certe eripis ab incendio.

Exceptis similibus casibus, quos nunc attulimus, certissimum est, quemlibet peccatorem, expositis sufficienter suis peccatis, datisque requisiti doloris indicijs, jam obtinere jus ad absolutionem, neque hanc ei sine gravi injuriâ negari posse. At nunc oritur difficultas, quæ ratione verum liceat discernere dolorem, cum eodem habitu sapissime incedunt vera & ficta pœnitentia, eandemque vultum referat si ætiam illud Saulis Peccatoris, ac Sincerum Davidis. Hinc maxime nascuntur angustia Confessarij, qui ex una parte per impatientiam lenioris curæ, non statim sectione uti debet, et alterâ verò parte cavendum ei est, ne suâ indulgentiâ nimiam plagam sinat descendere & exulcerari, dum integram & jam sanatam pronuntiat. Proinde ut certò cognoscas, quando Absolutio impertienda, vel neganda sit Pœnitenti, tres in ipso considerandi sunt status, qui majus solent asserere dubium: Recidivi, constituti dein in occasione proximi peccandi, & peccatores publici. Incipiamus à primo, utpote malo magis vulgato. Relapsus, pestis illa est, quæ paradisi semitam tot funestis implevit exemplis, in qua tot Pœnitentium notantur vestigia, qui vix accepto

ad eusum signo stadium ingressi pro gloria certaturi, repente desecerunt, ac velut ignava pecora sua repetierunt stabula, nihil eos remorante Prophetæ ob-  
jurgatione, quâ abjectum hoc hominum genus castigabat: *Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas. Jerem. 2. 36.*  
Hic tamen omnibus ita stantibus, si prudenter iudices, quod eorum aliquis verum habeat mutandi viam propositum, potes eundem absolvere, tamen timeas, eum facile ad vomitum esse reversurum, atque scias, canis instar putidissimi non semel sed sæpius jam ante hac retrocessisse. Ratio est, quia voluntas præsens sese emendandi, est materia Sacramenti, non autem emendatio subsequens, quæ tamen cum Divina gratia etiam ab inconstante potest obtineri: *Potens est enim Deus, ut ait Apostolus, statuere illum Rom. 14. 4.* Quod si autem è contritio tibi quispiam videatur non efficaciter peccata detestari, suisque captus ac irretitus robustissimis affectibus, seu utilitatis, seu libidinis, seu iracundiæ, animum non, ut oportet, ad Deum convertere, nequam concessum est ei conferre Absolutionem, quantumvis se contritum esse affirmet. (4.) Quia in hoc tribunali tu Judex es, & ad te pertinet judicare, quis sit dispositus, nullâ habita ratione verborum Rei, quibus equidem fidem dare oportet tanquam testimonio, non autem, quando fortior præsumptio facti adversatur verborum protestationi. (5.) At inquis, in hoc punctum consistit, ut quis certam calleat Regulam, quâ securè niti ac perspicere possit, quando illorum promissis sit tribuenda vel adimenda fides. Re-

spondeo. Quando ejusmodi Peccator ostendit insolita atque extraordinaria doloris signa: quando non ex consuetudine, quam habet, Confessionem accedit, sed animo quærendi peccatorum suorum remedium, quorum in se sentit superesse remorsum; quando quidpiam emendationis affert, vel saltem sollicitudinem gessit, studiumque se emendandi adhibuit: si antehac non edoctus mali gravitatem, nunc æquo animo admonitionem datam suscipit, statuitque uti remedijs præscriptis, quibus se ipsum à relapsu præservet. In his circumstantijs oportet ei credere, & dare absolutionem, tanquam disposito (6.) Sin autem è contritio nec una harum dispositionum apparet, sed potius immanis scelestorum affectus cumulus sine doloris sensu, nihilque cogitando de tanta sarcina excutienda aut minuenda, quis prudenter judicabit, hunc esse contritum? (7.) Quis voluntatem talem censerebit esse efficacem, quæ nec unicum applicat medium ad consequendum suum finem? In veritate talis non affert propositum marmoris incisum, sed ne quidem argillæ aut cææ, sed aquæ inscriptum.

Quod si indicia essent adeò dubia, ut nescires, quid esset statuendum? In hoc casu ad deliberandum tibi sume spatium temporis. Noli Pœnitenti negare Absolutionem, sed differ, (8.) Redeat tunc, quo is interea se certioribus signis pœnitentiæ disposuerit, tu verò majus lumen accipias tum à prudentia, attentè expendendo ipsius statum, tum ab oratione ferventer eum commendando Numini. Expediet hujusmodi dilatio etiam circa illos recidivos, quos judicabis sufficiente

ficiente proposito instructos ad recipiendam Absolutionem. (9.) Quia hoc instar carbonis igniti impositi, mirabiliter animi lethargum excutiet, jam jam cum mortis sopore commutandum: facit, ut pœnitens confusus peccata sua apprehendat, inspiciat, atque perpendat, & si jam antea fuit compunctus, incredibiliter augeatur contritio: aded ut pœnitentia, quæ initio levis ac languida illecebrosi objecti simplicem representationem ferre vix poterat, nunc veluti novo animata vigore, par sit graviori quoque oppugnationi sustinenda. Atque in hunc modum communiter medium istud ab Auctoribus traditur, estque in usu apud prudentes Confessarios magno fructu, præcipuè cum suaviora nihil profecerunt. (10.) Interea dum ita suspendis Absolutionem, suade Pœnitenti aliquam devotionem ut suscipiat, sive largiendo elemosynam, visitando Altare quodpiam, frequentando concionem; aut quid simile, quo veluti instrumento sibi firmiter comparet propositum. Spero fore, ut usu ipso discas, quot ex hoc remedio vitam suam mutaverint, & inter has moderatæ severitatis angustias constricti, pravas consuetudines tanquam pellem reliquerint, quam multis annis dorso suo excutere nequiverunt.

- (1.) *Suar. de Pœnit. disp. 31. sect. 3.*  
*Henriq. l. 3. de Pœnit. Sacram. c. 15.*  
*Laym. de Sacram. Pœn. c. 12. n. 10.*
- (2.) *Angelus, & Sylvest. V. Confess.*
- (3.) *Laym. l. c. n. 10. in fine.*
- (4.) *Lugo de Sacram. Pœnit. disp. 14. sect. 10. n. 166.*

- (5.) *Anton. Perez. de Pœnit. disp. 2. c. 4. n. 64.*  
*Coninck de Sacram. Pœnit. disp. 8. dubi. 17. n. 132.*
- (6.) *De Lugo l. c. Laym. l. 5. tr. 6. c. 4. n. 10.*
- (7.) *Laym. l. c. vers. verumtamen interdam.*
- (8.) *Lugo, & Laym. l. c.*
- (9.) *De Lugo l. c. n. 163.*  
*Arriaga de Pœnit. disp. 38. sect. 6. Castropal. Tom. 1. tr. 2. disp. 2. pnn. 9. §. 3. n. 17.*  
*Bonac. de Matr. q. 4. p. 14. n. 14.*  
*Regin in Praxi 10. l. 1. n. 17.*
- (10.) *Arriaga l. cit.*



CAPUT V.

*De specialibus difficultatibus, qua occurrunt circa eos, qui versantur in proxima occasione peccandi.*

Non soli Iherosolimitæ novam & prodigiosè per mare Erythræum apertam viam fuerunt ingressi. Audi sunt eam quoque tentare Egyptij, sed maximo suo exitio. Ita Confessionem accedunt non soli Fideles, qui si non omnem peccati servitutem excusserunt, saltem se ostendunt fugitivos. Hoc quoque adveniunt ij, qui etiamnum servitute constricti, & in hoc Sacramento mortem inveniunt, unde contriti reparare libertatem. Itaque prudentis Confessorij est, veluti Moysis, eadem auctoritate, qua Pœnitentibus ritè dispositis viam de transitum aperuit, eam claudere induratis:

SECTIO  
CONCIIONES  
INSTRUMTA  
Pœnitentia  
Confessario  
Pœnitentia

ratis; dare Absolutionem bene meritis, negare indignis. Et quoniam innumeri propè sunt, qui se reddunt indignos, quòd proximâ occasione malâ perperam amata sint irretiti, asseram hîc quædam observanda in hoc magni momenti negotio, quo intricatius fortè, & magis arduum occurrere nullum possit in hoc sacro tribunalî.

Notum jam est, eam dici occasionem proximam peccati, quæ frequenter solet inducere ad committendum peccatum. (1.) Norandum verò hîc est, frequentiam non sumi & spectari absolute, sed respectivè. Rem sic declaro. Solet quispiam per annum quinquies aut sexies iter facere, ac in eodem divertere hospitio; ubi, quoties moratur, toties cum earum ædium domina perpetrat flagitium. Si numerum istum absolute spectes, non videbitur sufficiens ad constituendam occasionem proximam; non item si consideres eum respectivè, quia videbis, quòd miser hîc rarò quidem cadat, quòd rarò domum illam subeat. Sed quid istud rem minuatur, cùm, quoties ibi divertit, toties peccet? Adverte porro, ut quis dici possit versari in proximo peccandi periculo, necessarium non esse, ut cum peccati complice sub eodem tecto habitet (2.) aut talem personam alibi sustentet, & in hunc finem primariò conservet; imò longè minùs necesse est, ut non solum peccet cogitatione, sed ipso quoque opere, peccatum non inchoet tantummodo, sed absolvat. (3.) Quid enim hoc refert? Adverte animum ad definitionem superiùs allatam, & si inspiciendo diligentius peccati radicem deprehenderit, per talem soci-

etatem, conversationem, aut ejusmodi malè agendi oportunitatem, frequenter quempiam induci ad committendum peccatum, semper cum veritate poteris affirmare, quòd respectu illius istud sufficiat ad efficiendam occasionem proximam.

Consideravimus naturam occasionis; nunc ad obligationem, quam secum trahit, veniamus. Duplici ratione pœnitens his laqueis potest esse implicatus, vel ut detineatur instar mancipij transtris alligati in tritemi; vel ut se habeat quidem ad modum servi sed voluntarij, qui & liberè ad hæc vincula fiat venditus, & suomet arbitrio ipsidem se potest exolvere. Clariùs explico; fieri potest, ut occasio ejusmodi sit voluntaria, aut involuntaria. Nempe si tuus Pœnitens versatur in illo periculo violenter à morali necessitate detentus, non ipsum obligare debes ad adhibendam vim, & sequendum exemplum quorundam vi coactorum, qui recuperandæ libertatis desiderio ferrum & ignem arripiunt. Suadere potes, ut faciat, quod æquum est, & iuste compati, & exequi illa, quæ superiùs de Recidivis dicta sunt. Non enim scriptum est *Qui est in periculo*, sed, *qui amat periculum, in illo peribit. Eccli. 3. 27.* quo clarè insinuat, non esse indignas Divinâ gratiâ eas animas, quæ sub occasione velut à Tyrannide oppressæ gemunt, sed qui eandem colunt ut dominam. Sic compatiamur filijs familias, qui modum non habent dimittendi famulam è servitio, cujus alioqui prava utuntur consuetudine; similiter etiam ijs cognatis, qui vinculo sanguinis constructi coguntur in eadem domo habitare,



bitare, tamen si tam gravem injuriam re-  
 petitis incestibus sanguini inferant. (4.)  
 Hujusmodi personis talis occasio non est  
 voluntaria, ideòque tolerata. Attamen  
 hic velim, seriam hanc observes admoni-  
 tionem; quæ est, quòd tales personæ  
 loco fugæ, quam moraliter in ejusmodi  
 circumstantiis arripere nequeunt, tene-  
 antur adhibere alias industrias validas ad  
 evitandum relapsum. (5.) Nam pericu-  
 lum proximum peccandi, veluti fune-  
 stum naufragium, malum est adeò grave,  
 ut, quando quis etiam non nisi violenter  
 derentus in illo hæret, non possit satisfacere  
 legi charitatis, quam quisque sibi  
 ipsi debet, nisi pro viribus se studeat avel-  
 lere, & ut ita loquar, tabulam arripiat,  
 cum navis deest, quæ evadat. Atque  
 hanc obligationem ex officio teneris ma-  
 nifestate ejusmodi Pœnitentibus. (6.)  
 præscribendo ipsis in hunc finem ali-  
 quam earum industriarum, quæ vide-  
 buntur magis esse accommodatæ. (7.)  
 cujusmodi essent, oratio prolixior, ele-  
 mosyna liberalior, major concionum  
 frequentatio, usus Sacramentorum cre-  
 brior, quotidiana propositi renovatio  
 coram Crucifixi imagine, non ampliùs  
 eundem offendendi, neque converlandi  
 cum persona sola, unde oritur pericu-  
 lum, neque curiosiùs intuendi; ita ut  
 hac ratione objecto præsentis <sup>admiratur</sup> ~~admiratur~~  
 illa vis & efficacia, quæ ad se attrahit  
 appetitum, & per hunc veluti suborna-  
 tum ministriũ, ipsam voluntatem. Absq;  
 istis industrijs periculũ efficitur volun-  
 tariũ, & per consequens, lethale; Neq; dici  
 potest, quòd invitus maneat in hac occa-  
 sione. Indubitatum est, quòd ametur,

quando, cum posset satis mitigari tyran-  
 nis, non curatur. Placet nonnullis si-  
 militer in his circumstantiis pro remedio  
 præscribere Pœnitentiam aliquam, cum  
 conditione. (8.) Exempli gratia; quoriam  
 cecideris, totidem procura legi Missæ  
 Sacrificia, vel jejuna, aut flagello in te  
 animadvertite. Verum hic cautela opus  
 est; nam si pœnitentia nimis erit facilis,  
 non retrahet à peccato: si difficilior, for-  
 sitan non dabitur executioni. Incurra  
 istic periculum, quod machinator solet  
 in munienda aliqua arce. Si vallum de-  
 signet humile, non defendet adversa  
 hostem; si æquam excedat altitudinẽ, de-  
 ficient.

Illud, quod præter hæc omnia tenet  
 per difficillimum in hac materia restat,  
 est, assignare certam aliquam Regulam  
 cognoscendi, quanta debeat esse difficul-  
 tas, quæ Pœnitentem liberet ab obliga-  
 tione removendi ipsam occasionem;  
 quandoquidem non quævis difficultas  
 sufficiens est, sed ea duntaxat, quæ cum  
 morali impossibilitate conjuncta est, ut  
 tollatur. Omnes ferè Doctores rem  
 hanc relinquunt prudenti judicio Con-  
 fessorij, consideratis circumstantiis de-  
 terminandam, expendendo ac æstimando  
 damna, tam circa vitam, & hono-  
 rem, quàm bona fortunæ emergentis.  
 Pro paxi res non videntur clariùs posse  
 exponi, quàm in hunc modum. Præce-  
 ptum fugiendi occasionem impossibilem  
 est à lege naturali ad diminuenda, non  
 augenda peccata. Quando itaque diffi-  
 cilius est in praxi tollere occasionem,  
 quàm stante hac re ipsa evitare peccatum,  
 non

non potest esse obligatio eam deferendi. Alioqui cresceret periculum duplicandi culpam per hæc ipsa media, quæ à lege præscribuntur ad eandem amputandam. (9.) Verum est, secundùm has omnes Regulas, ac declarationes, optimum esse consilium, ut deprehensus in talibus angustijs mentis oculos ad Deum convertas, atque humiliter postules Sapientiam throni ejus assistentem, ne in tanti momenti negotio vel austeritate vel indulgentiâ excedas. In dubio semper elige partem rigorosam, quia hæc, uti vidimus, cedit in majorem Pœnitentis favorem: considerando scilicet in uno Holofernis capite amputato, universam victoriæ gloriam consistere; uno, inquam, ictu inhiisita rescindi scelera.

Hactenus de occasione, quæ est involuntaria, dictum est. Progrediamur nunc ad mancipia, quæ sua amant vincula & catenas. Dubium non est, quòd, si pœnitens absque gravi suo damno sese possit eximere, id facere teneatur, alioqui nec odium adversus peccatum præferere, nec legem integram observaret. Non enim odisset peccatum; quia dum rem unam moraliter cum peccato connexam vult, manifestè convincitur, simul & velle peccatum, (10.) Legem quoque non observaret integram, nam idem præceptum, quo prohibetur transgressio, vetat etiam periculum proximum delinquendi, (11.) Atque hinc colliges, quo fundamento debeas interdum Pœnitenti interdicare quasdam actiones ex natura sua indifferentes, ut sunt, conversari cum feminis, adire choreas. Quoniam in multis circum-

stantijs mox evadunt illicitæ, dum sunt periculosæ. Itaque si pœnitens nolit ijs penitus abstinere, tenetur saltem in tantum devitare, in quantum formatur occasio proxima. (12.) Hoc est, si in illa visitatione, saltu, aut nocturna conversatione frequenter concupiscit feminam, tenetur fugere, si non omnem conversationem in genere, & ludos, saltem eos, qui præbent occasionem aspiciendi puellam amatam, atque sic eam lascivè delectandi.

Verùm in hac materia parùm tibi dixerim, nisi subtilissimas duas fraudes detexero, quibus Pœnitens se secummetipso potest involvere. Bellissimè inductis coloribus tibi depinget nonnulla scandala, afferet detrimenta à se excogitata, describet, quàm difficile sit, removere occasionem, & quàm facile in eadem versari absque peccato, tamen non deseratur, ut si plus æquo credulum te præbeas, certò certius periculum incursum, & malè præcipitatum Absolutionem sis impertiturus. Nulla infertur injuria, tamen non statim fidem adhibeas dictis, antequam probè expendas velut monetam ceterùm usitam, quia res est magni momenti. Expende nonnihil, quænam & qualia ea sint scandala in præsentè casu. Totavinciniam malis exemplis offensa, quæ præbet concubinariis quispiam, palàm murmurat, & obloquitur, ipse verò instat perdicis clausis oculis, ac in terram immerso capite, credit se à nemine notari. Age de removenda concubina, en domus tota erit in armis, veluti expulsa meretrice ad ædium fores infamis erigere-

erigeretur statua. Sed dic mihi, vel populus familiaritatem hanc antea animadvertit, vel non observavit? si non advertit; dimissio concubinæ non tibi majorem notam pariet, quam si famulam domo emisisses. Quòd si notum vulgò fuit, non inde consequetur ulla famæ tuæ jactura, sed redintegratio potius. Quantum dein attinet ad emendationem promissam tantâ facilitate, inspicere clarum Legis textum: *Semel malus, semper presumitur malus, in eodem genere mali, durante eadem causâ mali. De Regulis juris in 6.* Forfitan post Absolutionem, uno veluti tractu detersâ malorum habituum rubigine, novum recipient genium, & æris robur? Erunt ex carne, sicuti antea, hoc est, ex testa, quæ primo validæ tentationis infultu diffingitur. Quod spectat ad magnam difficultatem deserendi vel removendi occasionem peccandi, Notandum est, quòd affectus, quo miseri isti sordidis suis adherent voluptatibus, longè supra verum eam fingat majorem. Naturale est, etiam paleam, qua pungitur id, quod amatur, videri satissimam. Tantùm quis timet, quantum amat; & qui sine modo amat, sine ratione quoque timer. Unde hi cum pigro illo in Proverbijis descripto, non solum trepidant à leonibus per silvam discursantibus, sed in medio foro, ubi nullus unquam occurreret. *Dicit piger: Leo est foris: in medio platearum occidendus sum. Prov. 22. 13.* Sed age: sit res oppidò difficilis: certum tamen est, nisi notabilis esset subeunda difficultas pro obtinenda beatitudine, non diceretur, violentiâ opus esse. Re-

gnum calorum vim patitur. *Matt. 12.* Neque occasionum fuga similis pronuntiaretur abscissioni maris, aut colorum effusioni, uti fieri imperat Dominus noster, sed petinde foret, ac si quis detraheret manicam, aut sine dolore raderet capillos. Sufficeret, si ad decidendam hanc licem Judex illorum adveniret, utilitas, & videres, quàm promptè illius essent parituri sententia, si imperaret separationem propositâ spe obtinendæ hæreditatis. Sed quid dico? sufficeret, si aliquando personæ talis fieret deformis, terrea, & fastidiosa: Quàm celeriter ejus desereretur familiaritas, olim tam grata! Tunc præterius illi, quòd sit domui necessaria; quòd non inveniatur famula paræ fidelitatis; quòd illius dimissio hominibus daret osam loquendi; tunc inquam, speciosi tituli veluti nebularum montes momento dissolverentur, & proprio suo habitu appateret sceleratum illud *Nolo*, quòd tamdiu personarum latuit sub caligine larvæ. *Non potest fieri.*

Non itaque minus perniciosum est aliud fraudis genus, quo familiariter ejusmodi penitentes utuntur, & circumveniunt Confessarios, cum se optimis verbis ostendant paratos deserere occasionem. Sed verba sunt. Finita Confessione post vernos promissionum floris succedit sterilis Autumnus nullo executionis fructu. Moneo, ne fidem amittas ipsis, & ne citra casus extraordinarios (qui ab universali regulâ sunt excepti) errorem hunc muniti tuo probosissimam admittas, Absolutionem nempe conferendo, priusquam occidit sit.

SEGNE  
CONDICTIONES  
INSTRUCIO  
PENITENTIA  
CONFESSARI  
PAROCHIA

sublata, quando tolli potest. (13.) Prius sagitta extrahenda est, ac tum vedendum vulnere. Obsides antea dandi sunt, priusquam pax firmiter stabilitur. Eijciuntur primò abominations è Templo, & tunc de sacrificijs Domino offerendis cogitandum. Non nego, quorundam (14.) esse sententiam, posse primà vice absolvi pœnitentem, dñâ promissione, se quamprimum suæ satisfacturum obligationi, ac deserturum malam consuetudinem. Ego verd̄ repero, quod dixi; regulariter loquendo, ne id facias: Nam, pace illorum dixerim, qui te ista docent; experientia, quæ Operarium informat ad suggerenda consilia etiam Magistris, nobis demonstrat, (15.) Pœnitentes tales in hunc modum absolutos, finito Paschali tempore non solum nullam evadendi retia ista gerere sollicitudinem, verùm etiam instar sylvestrium caprarum insanientium consopiri. Centum inveniuntur prætextus, & , antequâ removeantur peccandi occasiones, multiplicantur potius lapsus, donec revolutò anno rursus succedat Pascha, quo fiat copia circumvendi, & divertendi apud alium Confessarium æquè incautum. Quòd si Pœnitens sæpius jam fidem fefellit tibi vel alijs, in præteritis Confessionibus datam, denuntio tibi, quòd illum non solum nulla ratione debeas absolvere, sed neque possis, (16.) Ratio est, quia non est dispositus, conjiciendo se de novo, sine necessitate, in gravissimum periculum non dimittendi feminam, quantumvis fuerit confessus; dñ̄ interim longè facilius dixerit en potest effugere, eà amandata ante Confes-

*R. P. Segneri Instruct. Confessarij.*

sionem. Neque hoc loco valet paritas cum ijs, qui merè sunt recidivi, quòd hi nempe absolvantur, tametsi promissis non steterint; non, inquam, comparationem hinc licet instituere. (17.) Nam occasio quo ictu tollitur, ubi è contrario effrenatis passionibus non ita uno duntaxat actu resistitur, sed continuo in armis itare opus est. Idcirco infidelitas recidivi non clarè arguit defectum propositi, quem infidelitas prodit hujus Pœnitentis, qui promissit sese à periculo abstrahere, nec postea præstitit. Taceo, quòd hæc ipsa separatio medium sit summo opere conducibile ad emendationem, ideòque, cum negligitur, evidens est, vel nunquam firmum animi decretum præcessisse, vel voluntatem valde fuisse inefficacem, quæ illius usum interimitur. Denique si nihilominus tibi pluris facienda viderentur præsentia verba pœnitentis, quàm opera præterita, & absque justâ causâ eum censes sufficienter contritum, ideòque absolvendum; placeat tamen audire, quæ tibi candidè loquor: Non agis ut bonus Confessarius; & si partes obis Judicis, certè non satisfacis officio Medici; (18.) ad quod aded es obligatus, uti postea demonstrabo. Sic contritus Pœnitens, quantum tibi videtur, nihilominus æquum non est, ut ipsum relinquant sanum in draconis faucibus, cum possis eripere ex tam atroce periculo, cujusmodi est relapsus, remedio, quod est unicum adversus hoc malum, nempe urgendo, ut ea, ad quæ tenetur, præmittat; ac differendo Absolutionem ed usque, dum omnia impleverit.

D

Justa

Juxta hæc severitas multò magis est necessaria circa peccatores publicos : illi enim supra malitiam occasionis proximæ, adjungunt quoque scandalum, duplicando hæc ratione suam indispositionem infirmitate non tantùm gravi sed contagiosâ. Istitis animosiùs neganda sunt Sacramenta, (19.) non solùm non absolvendo sine debitis experimentis, quando ad te Confessionis causâ veniunt, qui non es Parochus ; sed longè minùs, si esses Parochus, indulgendo, ut stolidæ oves averfando proprium pastorem, incidant in Confessarium parùm prudentem, qui ipsos absolvat, aut rectiùs loquendo, pluribus nodis constringat. Sicuti publicum est eorum peccatum, ita publicam oportet esse conversionem. (20.) Imò debet quoque esse stabilita tempore, quo nihil ad explorandam veritatem est aptius (21.) Alioqui populus jure offenditur, cum videt, panem filiorum porrigi etiam canibus, neque discerni inter Dinam & Dalilam, inter coactos vi, & voluntarios ; & in contemptum Apostoli Pauli, admitti ad mensam Redemptoris eos, qui per petui convivæ sunt Sathanæ : quasi antiquata jam foret prohibitio, olim à gravi tubâ promulgata : *Non potestis mensa Domini participes esse, & mensa demoniorum.* 1. Cor. 10. 21. Quoniam verò in aliquo rarissimo casu, etiam in hoc hominum genere inveniri potest dispositio quædam mira doloris, unâ cum executione & efficacità, ac etiam repentinâ avulsione ab occasione malè operandi, non omittan hîc suppeditare consilium expeditum, quo juvari possit peccator publicus, rite

dispositus. Absolve illum, sed ad sacram Communionem non admitte, saltem in loco, ubi notus est. (22.) Nisi tamen et Pastoris officio, quod geris, censes, publicè pro concione promulgandum esse populo ejus conversionem, vel certe in congressibus privatis viris quibusdam prudentibus, qui quæ alicujus sunt nominis, eandem significandam, per quos fama deinde in vulgus emanat ; (23.) Cum tantùm interfit tollere scandalum, ut, quando aliquis ceterùm liber à peccato, qualis est concubinaris relicta reperi consuetudine, si publicè de ipso opinio nondum expulsa mulieris circumvollet, nihilominus debeat in participatione Sacramentorum eundem sustinere rigorem, cui subjacent veri peccatores publici. (24.) Nam miser hic similis est tunicæ non integrè extinctæ, in qua licet ignis absit concupiscentiæ, superest fatuus, & consequens factor mali exempli.

Sed hîc liceat mihi promerere dolentem sensum vehementissimum, quo discolorior. Tor Regule, tor limitationes, tor cantele ! quid demum proficiunt ? sadant præstantes Theologi in tradendis ac dirigendis pro sacrosancto hoc iudicio Sacerdotibus sententijs, ut tunc quotidie absque examine, discrimine, interrogatione, promiscuè absolvent occasiones proximas & remotas, concubenarios & continentes, meretrices & virgines, modestos & scandalosos, & conscientiarum vincula aggressi falce reseccant. Satis ipsis est, audire : Pater, curabo ut me emendem : si poterò tantùm, non amplius peccabo ; Et hujusmodi penitentia debili voce prolata, proposito adeò

P. SEGNE  
CONVICTIONES  
INSTRUCIO  
PENITENTIA  
CONFESSARII  
PAROCHII

aded languido ac inefficaci, sæpe etiam ore publici furis & concubinæ significato, mox respondetur; bene est, ita facias: elevatur manus, & repetitur: *absolve te*. Non jam rumpendo, sed geminando eodem momento catenas duabus animabus, Pœnitenti non disposito, & improvido Confessario. Et quid mirum postea est, si impudicitia vel alterum diluvium, sed flammaram infernalium, se non solum in Laicorum campos effundat, eosque contegat, sed etiam supra montes Armeniæ ascendat, & Clerum quoque obruat atque demergat? Facilitas, quâ multi Confessarij in quocunque absolvendo utuntur, ea est, quæ aggeres dirumpit, viamque aperit, ut quaquaverfum sine obice se effundat faxidissima eluvies. Interim non erit difficile Pœnitenti à te dimisso, invenire aliquem eorum, qui secus, ac laudatissimus ille senex, eadem omninò formulâ benedicunt Jacobo electo, & Esau reprobo. Sed quid eum juvabit benigna illa sententia, per quam cum ipso etiam condemnabitur Judex, qui eam pronuntiavit? *Benedicent illi*, verissimum, sed quæ utilitas, si Deus *maledicet*? Quomodo rectius se disponderet talis Pœnitens, si (& hoc ipsum ei, vide, persuadear) ad dignius suscipiendam Absolutionem, repetitis precibus, ac tum expletis ijs, ad quæ tenebatur, ad te rediret, suamque causam redderet meliorem, neque ad aliud transferret tribunal? Quomodo si ipsi præplacet commutare tribunal potius, quam suæ prospicere causæ, penes ipsum sit; sine abite. *Ipsè in iniquitate sua morietur*; tibi verò di-

cam cum Ezechiele: *Tu autem animam tuam liberasti. c. 3. 19.*

Satis prævideo, quòd in hunc modum procedendo cum malè dispositis, sæpè inclementer agi videatur. Sed quid faciendum? *noli fieri Judex*, monet Ecclesiasticus, *nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. c. 7. 6.* Si incompositè se gerat, vociferentur, exaggerent, & desperantibus similes se ostendant; patientia, Obversetur animo præceptum illud *Exod. 23. 3. Pauperis quoque non misereberis in iudicio.* Non deferenda est iustitia, etiam ob pietatem in pauperes; non cedendum lacrymis, non mærori; cogita itaque, an ab æquitate liceat deflectere, ob vilem timorem sermonis, qui fremat. *Iuste, quod iustum est, persequeris. Dent. 16. 20.* Sit qui minas intenter propterea, quòd concubinam absolutione privet, num absolvet? Considera, nos non esse Dominos Sacramentorum, Solummodo, ut Apostolus loquitur, audimus Administratores. *Dispensatores Mysteriorum Dei. 1. Cor. 4.* Quare aut renuntiandum est officio, aut debito modo exercendum, ne Sancta potrigantur canibus, hoc est, vindictam spirantibus, furiosis, maledicis, improbis, blasphemis, ac impœnitentibus; & ne projiciantur margaritæ ante porcos, hoc est in sordidum libidinosorum stabulum, qui nolunt ex fimo surgere.

(1.) Sanchez. in Decal. l. 1. c. 8. n. 1. Suar. de Pœnit. disp. 32. sect. 2. n. 4.

(2.) Castropal. 10. 1. 11. 2. disp. 2. pu. 9. S. 3. n. 2.

- (3.) *Castropal. l. c. Graff. 1 p. Dec. l. 1. c. 26. n. 16.*
- (4.) *De Lugo de Pœnit. disp. 14. sect. 10. n. 152. Castropal. l. c. n. 12. Laym. l. 5. tr. 6. c. 4. n. 9.*
- (5.) *Jo. de Cardenas in Cris. theol. tr. 1. disp. 18. n. 98. 100. 154. Vide Suar. de Pœnit. l. c. n. 4. in fine; Laym. l. c. n. 9. vers. parati interim. Commuck. disp. 8. de Sacr. n. 134.*
- (6.) *Jo. de Card. l. c. n. 161.*
- (7.) *Coninck. l. c.*
- (8.) *Coninck. l. c. Laym. l. c. c. 15. n. 11. Graff. de cas. reserv. d. 1. c. 18. n. 38.*
- (9.) *Ant. Perez. de Pœnit. disp. 3. c. 4. n. 65.*
- (10.) *Hurtado p. 1. tr. 1. n. 8.*
- (11.) *Castrop. l. c. n. 1.*
- (12.) *Megala l. 4. Instit. 6. 6. n. 7.*
- (13.) *Tolet. l. 5. c. 10. n. 13. Cajet. in Sum. V. Conub. Azor. 3. p. l. 3. t. 6. Lopez. 1. p. c. 78. Coninck. l. 6. n. 133. Bon. de Matr. q. 4. pu. 14. n. 11. Sylv. V. Conub. Jo. de Card. l. c. n. 119. Filiuc. tr. 30. c. 2. n. 56.*
- (14.) *Jo. Sanc. disp. 10. n. 4.*
- (15.) *Castrop. l. c. n. 18.*
- (16.) *Hurt. l. c. n. 14. Jo. de Card. l. c. n. 131.*
- (17.) *Arriag. de Pœnit. disp. 38. sect. 5. Jo. de Card. l. c. n. 140.*
- (18.) *Castrop. l. c. n. 18. De Lugo de Pœnit. l. c. n. 169. 171.*
- (19.) *Navar. in Sum. c. 21. n. 55. Laym. l. 5. tr. 4. c. 6. n. 8. S. Th. q. 80. art. 6.*
- (20.) *Laym. l. c. Henrig. l. 2. de Euchar. c. 56. Sa. V. Euchar.*
- (21.) *Tolet. l. 5. c. 10. n. 13.*
- (22.) *(Navarr. d. c. n. 55. Laym. l. c.)*
- (23.) *Henrig. l. c. n. 3. Sa. l. c.*
- (24.) *Navarr. in Sum. c. 16. n. 2. Castrop. l. c. n. 19. Sylv. V. Conub. q. 2.*



## CAPUT VI.

*Quod Confessarius gerat officium Medici, & de dotibus ad bene illo fungendum requisitis.*

**D**uos fines habet Pœnitentia. Unus est, destruere ac delere culpas præteritas; alter, impedire futuras: ad eum ferè modum, quo ignis eodem tempore & putredinem consumit partis infectæ, & simul præservat integram. Ad primum contendit Sacerdos officio Judicis, uti vidimus; alterum obtinet medicum, quod nunc inspiciemus. Et tametsi officium Medici sit secundarium, metaphoricè, non propriè attribuitur Confessario, quemadmodum ei convenit esse Judicem, nihilominus non minus interest Pœnitentis, qui tametsi reperit, à quo absolvatur, non tamen perinde facilè reperiet, à quo curetur. Ut qui ergo peritus evadat Medicus, tribus oportet eum esse instructum dotibus, quas etiam Philosophus in bono Confessario

SEGNE  
CONCIONES  
INSTRUCIO  
Pœnitent  
Confessari  
Parochi

filiario desideravit, nempe *sit vir probus, prudens, & benevolus.*

Primo exigitur vitæ bonitas. *Sit probus.* Primus gradus hujus bonitatis est, non asserre ad administrationem salutaris hujus Sacramenti conscientiam maculatam: quippe summum sacrilegium est, ut nôsti, sordidis manibus dispensare gratiam Divinam: Nisi repentinus aliquis casus foret, ubi necessitas proximi tantum more non concederet; veluti si vulneratus jam jam esset moriturus. (1.) Extra similes raros casus, si intra te mortalem plagam deprehenderit, debet omnino ea primò sanari, sive per Confessionem, sive per Contritionem, ne cogaris audire Judicis tui amatam exprobrationem: *Medice cura te ipsum.* Quòd si grave tibi non sit, ut ad hanc ipsam curam expeditiorem reddendam tibi etiam suggeram medicamentum, cape illud ex hoc devoto affectu, quem subijcio.

O Pater misericordiarum! magnum omnino magnum dolorem tibi creavi. Justissimam equidem rationem habes de me conquerendi: *Filios enutrovi, & exaltavi, ipsi autem spreverunt me Isa. 1. 2.* Sed quis est iste Filius tuus, indignissimus hoc nomine, nisi ego? Ego sum, qui nò solum nutritus immaculatâ carne tuâ in sacrosancto Missæ Sacrificio, sed evectus quoque ad potestatem dimittendi aliorum peccata in Confessione Sacramentali, te gravissimè offendi proprijs meis peccatis. Si quis è plebe ita te tractâset, quemadmodum ego, omnino intolerabilis foret injuria. Quid nunc fiet?

quando ausus est illud unus ex domesticis tuis, & Sacerdos? Ah! Deus meus, summum Bonum meum, Creator meus, Conservator meus, & Redemptor benignissimus, erravi, erravi! *Peccavi in calum, & cor in Te!* Confiteor: *jama non sum dignus vocari filius tuus. Luc. 15. 21.* Nullam invenio abyllum, quæ me satis abscondat præ confusione, quam mihi asserunt offensæ. O si meo quoque sanguine tibi possem restituere hunc ipsum honorem, quem summâ meâ ingratitude abstuli! sed cum nequeam ego miser illum reddere, dignare eum ex te ipso refarete, Domine mi, teq; glorificare. Nulla gloria est, perdere peccatorem: Hoc est ostendere potentiam contra folium, quod à vento rapitur. Magna gloria est, delere in ipso peccatum, & immutare cor, ut tantum te amet, quantum offendit. Complaceat tibi, hanc magnam in me ostendere potentiam. Protestor, quòd peccata mea super omnia mala abominer, ex puro tui amore: Odi tanquam hostes tuos, detestor ut injurias tuas, & oro humillimè, ut potius vitam à me auferas, si non conformem deinceps statui meo sim ducturus, quem gero Sacerdotis.

In hoc lavacro culpas tuas elues, antequam cum Angelo Testamenti descendas, & aquam moveas Probaticæ in salutem peccatorum. Veram nimis tenuis est virtus illa Sacerdotis, cui satis est, non admittere sacrilegium. Necessè est ulterius eam progredi, ac tantam effici, quæ se etiam in alios abundanter possit effundere. Nutrix geminato indiget



alimento, quo & se ipsam sustentet, & simul lactandæ proli sufficiat. Ita se res habet in Confessarijs. Ipsi convenit duplex ille Spiritus, quem sibi poposcit Eliseus. *Obsecro, ut fiat in me duplex Spiritus. 4. Reg. 2. 9.* Spiritus, in cuius virtute evadant eodem tempore (ut desideravit esse omnes Sacerdotes S. Dionysius) & *perfecti, & perficientes.* Tuum est, sordidas intrare cloacas, Solis instar, quin tamen contamineris; inter purulenta versaris cadavera, ubi necesse est ea prætervolare, neque pedem in iisdem figere; periculosa sæpius oculos ferient objecta, & aures narrationes obscenæ; imitandus Loth erit, quem sacræ testantur litteræ, & oculis & auribus permansisse illibatam. *Aspectu & auditu justus erat. 2. Pet. 2. 8.* An non tibi eximia bonitas videtur esse necessaria, tanto muneri exequendo? Excellens sanè fuit Hieremiæ sanctitas, & tamen, cum illum Deus juberet familiaris agere cum Peccatoribus, memorem esse voluit, ne dum eos studeret capere, ipsemet præda fieret. *Convertentur ipsi ad te, & tu non converteris ad eos. Hierem. 15. 19.*

Quod verò necessaria sit prudentia Confessario, extra omne dubium manet: *fit prudens.* Ei, qui causam hujus posceret, responderi posset quaerendo, cur visu pollere nauclerum opus sit? Tres actus continet hæc prudentia. Dirigere Pœnitentis actiones ad suum finem; eadem regere, ne aberrant; & corrigere, ac reducere aberrantes. Hinc intelliges, prudentiam, de qua nobis sermo est, esse ex eo genere, quæ plus commer-

cij habet cum cælo, quam cum terra, & quæ in conducendis animabus ad eum modum regitur, quo utuntur agentes iter per Arabiæ solitudines, nempe observando stellas potius, quam signatam vestigijs semitam per arenas, fluctuum instar ventis jactatas atque confusas. Ratio eandem consequendi est, eam postulare à Deo, cum sit radius lucidissimi ipsius vultus, simulque haurire ex libro sacræ. Rem magnam! exclamat S. Thomas; (2.) videmus Medicos continuè pervolvunt libros, ut remedium aliquod inveniant, quo ægro vitam prolongare valeant. Et tamen omnis caro fœnum, quod si non marcescat hodie, arefcet die crastino. Et Confessarij vitæ unquam pium aperiant librum, inde utilem petaturi aphorismum, quo restituant vel conservent animabus salutem; quæ tamen æternam vel victuræ sunt, vel morituræ. Hinc illa obligatio, quam habet Confessarius, interrogandi, non solum est ad implendas partes Judicis, uti jam explicatum est; sed etiam ut inducatur ad porrigenda medicamenta idonea vulneratis; uti expenderunt & mandarunt plura Concilia, Wormatiense, Lugdunense, Lateranense, gravibus verbis relatis in sacros Canones. (3.) *Sacerdos fit discretus, & cautus, ut more periti Medici infundat vinum & oleum vulneribus sauciati: diligenter inquirens, & Peccatorum circumstantias, & peccati, quibus prudenter intelligat, quale eis debet consilium præbere, & cujusmodi medicamentum adhibere, diversis experimentis utendo ad sanandum aegrotum.* Quæ verba satis

deklarant supinam negligentiam eorum Confessariorum, qui os nunquam aperiant, nisi Pœnitentiam imposituri, vel daturi Absolutionem. Prudentia ista te docebit, studiosè observare Pœnitentis inclinationes plùs timidi, an audacis, animùm suo adhareat iudicio, an inconstans in suis propositis: eùmque reëtius agnosces, quàm ex alterius descriptione; veluti ex horologij indice perspicitur interior rotarum constitutio. Hâc ipsâ prudentiâ perspicies alteram naturam, superatu non minùs difficilem, quæ est habitus malus, magis minùsve radicatus; & hic deprehenditur, prudenter indagando tempus, à quo Pœnitens hanc vivendi viam tenet. Ex hac discès accommodare & rationes & formulas præsentî necessitati Pœnitentis, magis minùsve dispositi atque capacis, quemadmodum se adaptavit teneris mortui puelli membris Eliseus, ut eum ad vitam revocaret. Denique Prudentia te monebit, ut circumspicias opportunum curandi tempus, atque interim non perterrefacias primò pœnitentem, sed ferrum providè abscondas, chirurgorum more, secùs quàm carnifices, qui hoc jactantes ostentant. Ut autem intelligas, quàm fructuosæ hæ sint observationes, lubeat earundem specimen aliquod intueri, infirmum nempe, de cuius salute actum jam esse videbatur, sed Medici prudentiâ restitutum. In quadam Italiæ civitate, (Nomen præstat tacere) Nonnemo Nobili oriundus profapsiâ, jam mortuis accensendus, generis sui splendorem turpi ac sordidâ domesticæ servæ familiaritate fœdaverat,

Verminosa hæc plaga diversorum Confessariorum operam per annum exercuit nullo laboris pretio: quippe æger nulli admittēbat medicamenta nisi noxia, quæ mollia erant ac lenientia: & cùm secūrim ad radicem ad moveri cerneret, protinus exclamare cœpit: Non possum visusque est detestabili amorî tenaciùs adharere affixus, quàm polypus scopulo, quem antea in frustra minutim discerperis, quàm avellas. Denique infirmitat placuit Bonitati, perditum ad salutis semitam reducere, quando fortuitò in Confessarium incidit, qui peritus tractandi animo citò perspexit, frustra adhiberi ferrum ægro adeò delicato, priusquam placido quodam leniretur sopore. Quare humanissimè ipsi primò compati cœpit ob severiorem agendi modum, quo erga eum usi fuerant Confessarij negantes Absolutionem. Nos inquit, altam viam inibimus. Spondésne mihi per fidem tuam, te dimidio duntaxat mense separare ab hac muliere? suspirat miser, consentit tamen; puduit enim, sine modo laxâsse habenas sensibus, nunc verò vel breve temporis spatium non concedere rationi. Itaque in villam, ait te, recipere, relicta domi famulâ. Paruit; Et hem, nondum statuti abierant dies, cùm repenti adest Nobilis, atque suam excipi rogat à Sacerdote Confessionem, tanquam paucis diebus jam virginitatis laureolam fuisset adeptus. Verissimè, infert Confessarius, quoniam adverte, quòd probè scias tentationi resistere. Absolutionem tibi impertirer, permisâ etiam in eâdem domo habitare fœminâ; verumtamen cùm malum sit publicum,

hinc

hinc vereor, an prudenter se possit ab-  
solvere sine alio experimento. Quare  
ut cum majore securitate id præstem, hoc  
agamus. Mutemus per alios quindecim  
dies habitationem; secedat in vil-  
lam mulier, tuncque domi remaneat. Itaque  
titulo anticipatae penitentiae præce-  
pit, bis quotidie adiret certam Ecclesiam  
ad implorandam Divæ Virginis opem,  
atque toties sua manu pauperi largiretur  
elemosynam, nullâ aliâ factâ mentione  
de tollenda occasione. Donec expleo  
mensis spatium infirmus aliquantulum fu-  
erit roboratus; & tunc Sacerdos aliam  
medendi rationem aggressus familiarius  
eum capit adhortari. Voce, vultu,  
verborumque pondere, depingendo,  
atque ante oculos statuendo scandali de-  
formitatem, quod hæcenus dederat,  
ignominiam sibi ipsi subque nomini  
inultam; infamiam, quâ familiam ge-  
nûsque suum deonestaverat; & quod  
caput erat, iram ac indignationem Cæ-  
licum. Et quid tandem sperari possit de  
eo, qui velut instar sordidi vermîs cæno-  
herere involutus, quàm quod à Divina  
Justitia in hoc statu oppresso eliden-  
dum sit caput? Consideraret, quoties ei  
infernî pæna esset condonata. An non  
præstaret, Dei patientiâ non abuti diu-  
tius, & proscriptâ famulâ honestè con-  
sulere affectui, si aliter fieri non posset,  
sibi patem in thori societatem deligendo  
dominam? Nihil se præter ipsius specta-  
re isto consilio utilitatem. Fateri se,  
quidquid hucusque gesserat, id omne  
in eum finem collimasse, ut divinæ gra-  
tiæ fieret capax, dum piâ fraude in-  
ductus, saltem per aliquot dies abstra-

heretur à peccandi consuetudine. Cæ-  
rùm optate se, ut ei cor suum exhibere  
posset inspicendum, ubi clarè depre-  
henderet, quanto ejusdè salutis altius  
desiderio, quæ eò dignior esset con-  
rati qualicumque pretio, quò propo-  
quior desperationi. Hæc argumenta  
in hunc modum efficaciter simul ac fru-  
viter proposita, cor juvenis altius pen-  
trârunt, quàm Joabî lanceæ. Absolente  
transfixerant, ad eò, ut divinâ pueræ  
gratia optimi Confessarij prudentiâ  
studium, post paucorum dierum indol-  
entias, Deum inter & animam ipsam pu-  
firma fuerit conclusa, & confirmata.  
Sublato pravo commercio. Nobilitate  
nestissimi matrimonij vinculo illigata,  
vitam omnino in aliam mutavit. *Mor-  
uus fuerat & revixit; perierat, &  
inventus est. Luc. 15. 32.* Vide igitur  
quid possit Confessarij prudentia. Si  
ab initio eâ vivacitate erga penitentem  
ulus fuisset, quàm sub finem ostendit,  
pro eo ut eum fuisset lucratus, certo per-  
ditionis discrimini objecisset, quod  
jam sensim dispositum servavit. Non  
ergo sine causa Ecclesiasticus cum dicitur  
ser, quemlibet debere confiteri peccata  
sua. *Non confundaris confiteri peccata  
tua, mox subjungit monendo, id non  
sine cautela esse cuius faciendum: & ne  
subicias te omni homini pro peccatis.  
Eccli. 4. 31.*

Denique tertiz dotis loco requiritur  
à Confessario, ut sit benevolus, habeatque  
ardentem sitim salutis Animarum. A  
natura matribus infusus est amor ad sub-  
levandos labores, quos ipsæ tractant pro  
infantis, sic & gratia, ut laboriosa hujus  
nunt

IN SEGNE  
CONCORDIIS  
INSTRUCI  
PENITENTIA  
CONFESSARI  
PAROCHIA

ministerij fastidium allevet, charitatem infundit, sine qua quotuscunque illud diu sustineret? Et tamen in Chronico Minorū memorabilis refertur Sententia cujusdam Presbyteri ejusdem Ordinis. Si pedem, inquiebat, jam intra paradisi limen intulisset, & conversus animam cernerem egentem Confessione, credo, me quamprimum è vestigio ad eadem ferendam opem advolaturum. Ne à me exeras hujus charitatis mensuram; aliam enim nequeo tradere præter eam, quam Apostolus juxta omnem dimensionem descripsit, latitudinis, longitudinis, altitudinis, ac profunditatis. Latitudinis quidem, ad amplectendos omnes peccatores, divites æquè ac pauperes; Nobiles & plebejos; Longitudinis, audiendo sine defatigatione; Altitudinis, exerahendo de scicibus terrenis, ac sublevando ad Deum animas; Profunditatis, accommodando se quorumcunque infirmitati, nullo nauseantis signo edito ac refugientis atrectate vulnera.

Considerate, ajebat parochis suis S. Franciscus Salesius, nostrā atate propositus non minùs in absolutam ideam Confessarij, quàm perfecti Prælati: Considerate, quòd vos Penitentes sub Confessionis initium omnes appellent Patres: proinde exhibere illis cor paternum. Suscipite eos cum pietate, audite patienter, nullum vobis offerant fastidium mores agrestes, ignorantia & inconstantia: nunquam ipsis subtrahite auxilium, qualescunque sint, aut quocunque vobis consent labore: Animæ sunt sordidæ, negari non potest, sed (quemadmodum

R. P. Segneri *Instruct. Confessarij.*

& margaritæ immersæ luto) non idcirco minùs pretiosæ; nam per manus tuas lotæ sunt in Sanguine Agni innocentis, & desponsatæ Deo, olim accipient pro dote: æternitatem, eruntque supra sidera Augustissimæ Reginæ.

Posteaquam his tribus dotibus excolimus bonum animarum Medicum, superest modò, ut eidem exponamus ægri tudines & morbos curandos. Verùm quis omnes enumeret? non paucioribus anima nostra laborat defectibus, quàm corpus, & tamen in solo oculo observavit Galenus centum ac duodecim infirmitates, quibus est obnoxius. Id ergo agamus (siquidem propositum nobis non est, integrum conscribere volumen) ex omnibus seligamus debilitates communiore & graviore, hoc ordine. Totus homo ex peccato Originali remanet vulneratus. In intellectu per ignorantiam, in voluntate per affectionem dissolutam, quæ ei oblectatur; & non minùs in parte superiore, quàm inferiore, ob turbationem propriarum passionum. Et quod deterius est, supra hæc vulnera quotidie accedunt novæ plagæ ex peccatis actualibus, ad eò ut misera anima in veritate exclamare possit: *Conciderunt me vulnere super vulnus. Job. 16. 15.* Proinde ostendimus primò rationem sanandi intellectum, auferendo ignorantiam: deinde modum curandi cordis duritiam, atque præfractam ac rebellem expugnandi voluntatem. Inde deveniemus ad duo vitia, quæ sedem suam in superiore animæ parte fixerunt, blasphemiam & Avaritiam: demum ad alia duo mala inferiorum potentiarum, vin-

E

de

dictam irascibilis, & Impudicitiam concupiscibilis. Et denique in complementum doctrinae, subjungemus remedium pro subsidio scrupulorum. In his morbis ordine ostendimus originem unde nascuntur, ac signa, sic ut etiam latentes possint cognosci; afferemus pro singulis medicinas, quae magis sunt obviae, & opportuniore: ut Confessarius noster, velut Angelus dictus *Medicina Dei*, totum sanet restituatque hominem, possitque dicere imitando Dominum, cujus personam sustinet: *Totum hominem sanum feci. Jo. 7. 23.*

- (1.) *Coninck. q. 64. de Sacram. ar. 6. n. 22. De Lugo de Sacram. disp. 8. Sect. 9. n. 151.*  
 (2.) *S. Thom. Opusc. 65.*  
 (3.) *Cap. Omnis utriusque sexus de Pœnit.*



## CAPUT VII.

### *Quomodo Confessarius curare debeat ignorantiam.*

**M**axima & luctuosissima dissolutio, quae unquam Naturam accidere possit, foret, si primum Mobile, quod incredibili volvitur celeritate, cursum sifteret vel unico etiam momento. Tunc enim subito immoti haerent omnes orbis caelestes eidem subjecti; itaque subtrahit ardoribus, animalibus, ceterisque viventibus subsidio, communis omni-

um interitus repentinus consequeretur. Verum est, huiusmodi funestam confusionem nunquam in mundo magno, Dei providentiâ gubernante evenisse. Sed quid prodest, si toties eam sit videre in mundo parvo, turbato per peccatum? In hoc parvo Universo, homine, inquam, primum Mobile est Intellectus, qui, si non secum rapit violenter varias potentias, veluti dominantis imperio, saltem ducis instar praet trahitque amicè. Et tamen quis explicet, quoties prima hæc nobilissima sphaera hæreat, motum prohibente ignorantia? unde mirum non est, si postea una cum ipsa reliquæ facultates langueant, eaque videantur subsequi accidentia lethalia, quæ nominantur culpa. *Omni peccator est ignorans.* Quare ad sollicitum Confessarium, tanquam assistentem Intelligentiam pertinet, conservare cursum huius primi Mobilis, auferendo ignorantiam, quæ eundem moratur.

Verum hæc in re, quantum in aliis, singulari opus est prudentiâ. Quippe quantumvis ignorantia, ut ita loquar, sit quoddam mentis venenum, nihilominus æritudo nostra eodem subinde indiget (ut in alijs venenis videmus accedere) ad arcendam mortem. *Etiam venenis egemus.* Explico mentem meam. Quando voluntas debilis est ad operandum, tunc expedit intellectum notitiam cæcutire, ut aliqua obligationes non cognitæ excusent à culpâ harum transgressionem, quæ æquè essent violari, si earundem haberent notitiam. Hoc necesse est distinguere duas ignorantias, quarum una adversatur penitenti, al-

vera faver, & pro diversitate casuum aliter atque aliter se gerere. Exemplum tum ex modo, qui servari solet cum ægris dormituri in cubis. Somnus, qui est quietus aliqua, atque restat sensus, spiritus, & membra, nullatenus impeditur à Medico, quin potius fovetur. At sopor ille, qui est naturæ pestilens lethargus, omni studio, & violentis etiam remedijs, ferro & igne solet oppugnari, ac profligari. Id ipsum tu quoque imitare. Invides forte in penitentem cæcum, sed bono suo: observatur exempli gratiâ, Matrimonium esse invalidè contractum, idèoque nullum, quod ipse non videt, cum ignoret occultum impedimentum. Sine ipsum in ista innocente cæcitate dormire (1.) quia si ei ostenderis morbum suum, neque in promptu habeas medicinam, quâ medearis, aperies quidem oculos, sed quemadmodum primis nostris parentibus aperuit peccatum, grandi suo malo. Nè se separabit à cohabitatione cum muliere, neque cohabitando se continebit à diversis excessibus. Rectius ei occultè procurabis Dispensationem, quâ obtentâ de necessitate admonebis, ita, ut præcipitij altitudo inspicatur, quando cadendi periculum jam præterijt. E contrario alius tibi occurret Penitens, quem somnus evidenter ad mortis præcipitium deducit, cui oportebit omni conatu discutere lethargum, priusquam eo oppressis omninò pereat. Continget aliquando illum dubitare de aliqua obligatione, neque curare informari certius, & sic ipsius ignorantia erit vincibilis, & ut loquuntur, crassa: Aliàs non solum negliget infor-

mationem accipere, sed cum exposita eï fuerit veritas, mox claudet oculos, nec cogatur intueri, itaque ignorantia non solum erit crassa, sed affectata. In his casibus quis non videt, quòd eam Confessarius teneatur removere, utpote quæ Penitentem reddit culpabilem, & gratiæ ponit obicem? (2.)

Atque ut ad particularia deveniamus, & instructio existat fructuosior: Tres ignorantia in Penitente à te sunt auferendæ. Prima ignorantia est eorum Mysteriorum, quæ tenentur credere omnes Fideles, estque communis hoc malum, quàm apprehendat ille, qui non multum inter homines rusticanos in pagis est versatus. Duplex circa hanc materiam est Theologorum opinio. Multi censent, notitiam explicitam SS. Trinitatis, & Incarnationis, necessariam esse necessitate mediæ ad salutem (3.) conformiter Christi verbis: *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te, solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Jo. 17. 3.* Alij contrarium sentiunt, eam cognitionem non nisi ex præcepto necessariam esse, & salvari illum posse, qui citra culpam mysteria ista non addidisset. (4.) Si primæ adhareas opinioni, necesse est, non semel sed sæpius expectas lacrymarum fontes, quos optavit Hieremias: *Quis dabis captivi meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? & plorabo die ac nocte interfectos filia populi mei. c. 9. 1.* Ad deplorandam amarissimo fletu tot animarum perditionem, quæ extremâ horum Mysteriorum ignorantia obruta, unum hoc sciunt, quod nihil sciant, & verif-

simè possint dicere: *sed neque si Spiritus sanctus est, audivimus, Act. 19. 2.*

Verùm cum ex lacrymis nullum profluat pereunti auxilium, conveniens erit, ut cum rudibus istis, qui tibi occurrerint, aliquem sustineas laborem, ac primò instruas patienter, demum absolvas; quia antequam saltem actum aliquem internum fidei circa dicta Mysteria eliciant, non sunt capaces Absolutionis, neque etiam recipiendæ gratiæ. (5.) Quòd si alteram amplectaris sententiam, nihilominus te manebunt spinæ, licet non aded pungentes: considerando, quòd miseri isti sæpe sæpius laborent ignorantia culpabili, multamque noxiã, & tamen ex una parte obversetur illorum ruditas & incapacitas, ex alterâ temporis premat angustia, quæ non sinit eos instruere quantum opus foret; denique non videantur tot miseri mortales absque remedio in tanti momenti negotio derelinquendi. Existimo proinde optimum fore in tantis angustijs consilium: obligare hoc genus hominum ad frequentandas eas Ecclesias, ubi diebus Festis explicantur ejusmodi necessaria Mysteria, ut addiscant. At si eorum Parochi essent ex illorum numero, quos deridet Propheta dicens: *O Pastor, & idolum! Zach. 11. 17. Pastores lignei, os habentes sed sine voce: os habent & non loquuntur, utendum esset aliã industriã à gravibus viris commendatã. Obligandi erunt rudes isti ac incapaces, quando intra annum recurrit memoria primariæ alicujus solemnitatis, ad interrogandum doctiores se; quid sibi velint in Ecclesia ejusmodi celebritates, & quam ha-*

beant significationem. Hac ratione vel apprehendetur Mysteria, vel saltem interrogando satisfaciunt obligationi indagandi veritatem, nisi non assequantur.

Altera Ignorantia est circa necessitatem tam Contritionis, quàm Propositi, quæ ad Sacramentum Penitentia cum fructu suscipiendum requiruntur. Multi Peccatores videntur sibi fingere & imaginari Confessionem ad modum vestigalis, quod Christus imposuit peccato. Ita, ut, quemadmodum nequid moveri lis solet aut questio adveheri novas merces, si modò Principi constitutum pendat vestigal; parum quoque referat nova committere peccata, dummodo satisfaciunt, seque submittant præscripto oneri, ea coram Sacerdote recitandi. Quare, cum se parant ad Confessionem, omnem collocant sollicitudinem, in ordinandã serie & peccatorum numero exponendo: doloris verò modica habetur ratio. Abusum hunc jam alio in loco deploravimus, nunquam tamen, uti meretur, poterit delectari facti; siquidem hinc Sacramentum istud, quod est secundus Baptismus, multis animabus efficitur lavacrum si non existio, certe inutile, & quæ sibi videntur mundatæ, lotionem ne quidem arigerunt. *Generatio, quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota a sordibus suis. Pres. 30. 12. Tui itaque erit officij, non solum ad dolorem istum excitare Penitentem, uti dicemus postea, sed admovere quoque de necessitate, quæ ipsi incumbit, ut bene se posthac disponat, representando ac demonstrando ipsi Confessionem*

IN SEGNE  
CONVULSIONES  
INSTRUCIO  
PENITENTIA  
CONFESSIO  
PAROCHIA

Confessionem sine dolore efficace esse corpus sine anima, & quando deinceps se preparaturus esset ad illam, sciret, multò magis incumbendum esse in peccatorum detestationem, quàm in eorundem examen.

Præter hæc, longè difficillimum erit, cognoscere & sanare alium lethargum vulgarissimum, qui est circa peccata omissionis. Venenum Aspidis ex eo genere est, quod mortem affert, sed citra dolorem: unde, teste Galeno, consueverant Alexandrini erga minoris delicti reum hæc veluti clementiâ uti, eumque aspidis morsu è medio tollere. Hujus omnino indolis sunt dicta peccata. Venenum nempe habent, quod omnium minimè sentitur, sed non minus est nocens: quod te frequenter adstringet manifestare te mpestivè pericula infecto, & adhibere medicinam. Contigit aliquando, ut Imperator Carolus V. confiteretur (nescio ob quas causas) Sacerdoti cuidam rurali, sibi ignoto; & postquam se accusaverat suorum errorum solita pietate, subdidit pro more: nihil aliud mihi occurrit. Quid? inquit Sacerdos, (qui fuerat vitæ majoris spiritus ac prudentiæ, quàm externa referebat facies) Domine, itane finivimus? *Dixisti peccata Caroli, dic nunc peccata Cesaris.* Volens ingenuè significare, Personæ, cujus humeris Orbis incumbit, satis non esse, more privati hominis se examinare, sed advertendum animum ad gravissimas omissiones, quæ facillimè in tam diversis negotijs interveniunt, ut bellis assiduis, quibus erat involutus, tributorum exactiõibus, ministrorum

expeditione, electione Magistratum, pangendis fœderibus, statuendis præmijs atque supplicijs, alloquijs publicis, circa quæ, veluti in moderanda sphaera vires humanas excedente, facillè principis animus poterat vacillare, qui etsi foret ex sublimibus Intelligentijs, meminisse tamen debuit, se esse mortalem. Hoc ipsum sentio adhibendum nostro casui. Multi accedunt ad Confessionem, & dicunt peccata Caroli, sed non dicunt peccata Cesaris. Exempli loco producamus personam Parochi, ut geminâ ratione juvet propositum nostrum. Confitetur talis Sacerdos, qui habet Curam animarum, seque accusat levis allicujus impatientiæ erga domesticos, levis detractionis versando inter amicos, & dicit peccata Caroli, sed non dicit peccata Cesaris. Non dicit, se præcipitante lingua celebrâsse Missam, eâ gestuum irreverentiâ, quæ horrorem posset creare; & similia: dum videmus, talia absque scrupulo committi à Sacerdotibus Christianis, in offerendo Augustissimæ Triadæ carnes Agni immaculati, qualia non inventirentur apud Ethnicum Sacrificulum, qui fordidam Plutoni porcam immolat. Et quid adhuc dicit Dominus? *Maledictus qui facit opus DEI negligentor.* Jerem. 48. 10. Sacrificium per Antonomasiam appellatur Opus DEI, quia ipsi soli potest offerri. *Dicit peccata Caroli, sed non peccata Cesaris.* Non dicit, ubi expendantur proventus Ecclesiastici, qui convertuntur omnes ad promovendos, & ex humili conditione in sublimiorem statum attollendos consanguineos; & tamen



unanimiter definitum est à Canonibus & Doctores, eam portionem, quæ remanet ex honesta sustentatione Pastorum, elemosynæ loco esse largiendam: cum æquum sit, converti in alimenta pauperum eam pecuniam, quæ est illorum sanguis. (6.) *Dicit peccata Caroli, sed non dicit peccata Cesaris.* Non dicit, quod jam tot annis resideat in uno pago, nec tamen unquam populo prædicaverit, quasi non fulmina, sed inania duntaxat essent tonitrua, formidabiles illæ conminationes à Deo factæ: *Vt Pastoribus Israël, qui pascebant semetipsos, & greges meos non pascebant! Ezech. 34. 2.* Et quasi non fixum ac indubium esse in Ecclesia, quod Pastores teneantur lege Divinâ docere (7.) quæ est indispensabilis, & à Christo ipsis insinuata hujusmodi verbis. *Pasce oves meas. Jo. 21. 17.* *Dicit peccata Caroli, sed non dicit peccata Cesaris.* Non dicit, quod loco illius solitudinis, quæ aberrantes oves deberet quærere, eas interdum dissipet, & repellat asperis verbis, quando sponte sua Confessionis gratiâ accedunt. Quod modò se fingat impeditum, modò infirmum; ac si idem esset pettrahere Sacerdotem ad Confessionale, ac dicere huic monti, *Tolle, & jacta te in mare. Matth. 21. 21.* Dicitur hoc esto pro exemplo omissionum multis Magistris, Dominis, Patribus familias, Judicibus, operum præsidibus in officinis, qui sæpenumero *obdormiunt in morte*, neque perpendunt commissos errores, quasi die judicij Dominus solummodo quæstionem esset institutus cum servo negligente de talento per-

dito, & non etiam actionem ex. *Chorus non dati ad usum.* Hinc dissolutum occurrere teneris admonendo quædam, & dedocendo hujusmodi ignoratiam. Et si scire cupis, quantum bono publico conducat eas evelli, cogita, quam bellam faciem Mundus indueret, si non statûs sui officio desset. An non sufficeret istud ad reducendam subito innocentiam, quæ ab initio vix se in conspectum dedit, & mox fugam arripuit?

In his admonitionibus semper ante oculos habe Penitentis utilitatem, & hæc ratione multos evades molestissimos labyrinthos. Concionator publicè docens, veritatem debet aperire, etsi sine fructu alicujus in particulari, cui loquitur, imò interdum cum damno; oportune, importune, ut ait Apostolus. At non ita Confessarius, qui in privato instruit. Quare si advertas, Penitentem admonitum de suo periculo, non uti remedio in præsentia, uti oporteret, dicit in commodius tempus verba. *Est tacens, ait Ecclesiasticus, non habens sensum loquelæ: & hoc est vitiosum. Et est tacens sciens tempus aptum. c. 20. 6.* quod est laudabile. Si dubitas, expende in bilance hæc spem fructûs, illic timorem damni, quod potest nasci; idque elige, quod prævaler. Quod si spes superat (sed perumper) timorem, fac ita. *Expecta paululum, donec Penitens Absolutionem acceperit, & tum admone illum, (8.)* ut, si ipse contra expectationem tuam repugnet tibi, nova hæc opprobrio non te impediatur à conferenda Absolutione, dum non est in bona fide; ac quasi repentina procella non te à portu

IN SEGNE  
CONDICTIONES  
INSTRUCIO  
PENITENTIA  
CONFESSIO  
PAROCHIA

prohibeat unâ cum ipso, tunc cum jam appulisti. Sed quæres, quòd si Pœnitens ipsemet antea jam in suspicionem veritatis devenerit, quid mihi tunc agendum? an revelandum ei verum, licet prævideam, notitiam hanc ei cessuram in detrimentum? respondeo, omninò sic esse faciendum; (9.) aliàs non solum permitteres errorem, sed etiam approbares, quòd nunquam fieri potest. Verùm in hoc ipso casu manifesta veritatem, sed paulatim, neque plus, quàm quæritur Sapiientis monitum observans: *Prisquam audias, ne respondeas verbum. Eccli. 11. 8.* Exemplum esto: sit, qui se matrimonio illigavit, edito ante illud contractum voto castitatis; Nunc verò Pœnitens rogat, sitne validum suum matrimonium, Responde affirmando, nullâ factâ debiti mentione, quòd prohibetur petere. Et si ille postea de hoc ipso quærat: possuntne ergo satisfacere debito, quòd secum fert status conjugatorum? affirmabis quidem, sed non declares, quòd, cum possit reddere, non possit similiter petere. Verbo: cautè procede, & vadum prius explora, antequam te eidem committas. Ita solemus eos, qui longo tempore tenebroso detenti fuerunt in carcere, sensim educere ad lucem, ne languida offendatur pupilla. Ipsemet Salvator noster non omnes eodem modo curavit cæcos, quibusdam enim subito, alijs lentè lumen restituit; daturus hinc documentum Confessarijs, quòd, si cæcitas perniciofa sit, conveniat quamprimum magnâ libertate alterius mentem illuminare: at quando utilis censetur, ita ut cognitio

potius videatur novam præbiturâ occasionem, vel faciliùs vel fortius offendendi, tunc magnâ in ista curatione opus erit cautelâ.

Ceterùm in genere loquendo, longè majore libertate quis procedere potest, quando ignorantia est circa præcepta naturalia, quàm cum est circa positiva. Ratio est, quia illa rariùs invenitur, & quando adest, rarò est innocens & inculpabilis, & si est innocens, rarò ea potest diu in tali statu durare, reclamante ipsi assidue lege vivâ, quam secum in corde homo circumfert. (10.) Proinde non est credendum faciliè ijs juvenibus, qui in Confessione asserunt, nullum se in molliè agnovisse peccatum, atque ideo reticuisse. Faciliùs evenire posset, ut, tamen ignorantia in perpetrando impudicitia scelere esset culpabilis, non tamen foret similiter culpabilis in ea tacenda: (11.) quia malitia illa apprehensa confusè sub ipso actu peccaminoso, ad eò tenuem sui relinquit memoriâ, ut facile in conscientia lustratione elabatur. Itaque in isto casu, in quo non habuerunt remotum obligationis, quòd sub præcepto teneantur confiteri, non erunt repetendæ seu invalidæ Confessiones præteritæ (12.) sed sufficiet, ut aperiant tempus impudicitia silentio rectæ, ejusq; numerum exprimant.

Sufficiat, hæc dixisse, de tollenda pœnitentium ignorantia. Vide nunc, ne illâ, quòd multò magis necessarium est, in te ipso sustineas. Medicus, quamvis æger sæpè alteri possit reddere sanitatè, nunquâ tamen id præstabit ignorans & imperitus.

(1.) Sanchez de matr. l. 2. disp. 38. n. 7. De  
Lug.

Lugo de Pœnit. disp. 22. sect. 2. n. 21.

- (2.) Sanch. l. c. n. 2. Lugo l. c. n. 23.
- (3.) Molina in 1. parte. q. 1. ar. 1. disp. 2. Val. 2. 2. q. 2. p. 4. 5. Sanchez in decal. l. 2. c. 2. n. 8.
- (4.) Castrop. 1. 1. tr. 4. disp. 1. p. 9. n. 7. Laym. l. 2. tr. 1. c. 8. n. 5. Coninck. disp. 1. 4. dub. 9. n. 103. Riccard. in 3. dist. 25. ar. 4. q. 1. Mich. Medinal. 4. de rectain Deum fide. c. 10. Sa. V. Fidel. Sor. in 4. dist. 5. q. un. ar. 2. dub. 1.
- (5.) Sanch. l. c. n. 23.
- (6.) Conc. Trid. sess. 25. c. 1. de ref. Lugo. 10. 1. de Just. disp. 4. sect. 2. n. 9. Vasq. de elemos. c. 4. n. 8. Valent. 2. 2. disp. 3. sect. 4. Less. de Just. l. 2. c. 4. dub. 6. n. 47. Molina de Just. 10. 1. disp. 144.
- (7.) Trid. sess. 23. c. 1. de refor. Tolet. l. 5. c. 5. n. 7. Sanch. in dec. c. 3. n. 15. Sa. V. Paroch. & V. Fides. Navar. man. c. 25. n. 135. Posses. de offi. Cur. c. 3. n. 1. 3. Sor. de Just. & Iure l. 10. q. 1. a. 3. Barbosa de pot. Paroch. c. 15. n. 2. Castrop. 10. 1. de obs. fest. disp. 2. p. 4. n. 5. Bonac. de 3. Dec. precept. q. 1. p. 2.
- (8.) Sanch. de matr. l. 2. disp. 38. n. 5. Arriaga de Pœnit. disp. 43. sect. 4. n. 15. Medina C. de Confes. q. 19. concl. 3. coroll. 1.
- (9.) Sanch. l. c. n. 14.
- (10.) Vide Sanch. in Decal. l. 1. c. 18. n. 33. Azor l. 1. c. 13. q. 1. pr.
- (11.) Navar. in cap. Frat. n. 82. Suar. de Pœnit. disp. 23. s. 4. n. 6.
- (12.) Suar. l. c. n. 7.

\*\*\*  
CAPUT VIII.  
Quomodo procedendum sit  
Confessario in curanda cordis  
duritia.

AD votum successerat Moyſi in Egyp-  
to tenebrarum discussio, ex oculis  
improbi Pharaonis, at tō æquè feliciter  
laboravit in expugnanda cordis duritia.  
Nescio an te fortunatorem fore sperem  
cum tuo penitente; ita ut, postquam  
ejus mentem depulsâ ignorantia, quâ fi-  
cerat obscurata, serenaveris, etiam volun-  
tatem valeas emollire. Certū omnino est,  
quod non rarò, uti scriptum legimus Job.  
41 15. Cor ejus indurabitur tanquā lapis.  
Nihilominus tentandū est, quòd ratio mel-  
lud frangas. huc enim collinant æt. ore  
omnes, quæ tibi tanquam Medico sicut  
obeundæ, ad excitandū in miseris huius  
firmis (qui eò sunt deteriores, quò magis  
voluntarij) magnum aliquem dolorem  
ob præterita peccata, & efficacis propositi  
eadem non repetend. Ostendam tibi  
quas rationes, quæ in eam laboriosâ cu-  
ratione videntur observandæ.

Et ut ad radicem mali quàm prius  
descendamus: Scito hanc cordis duriti-  
am etiam in voluntate residere, veluti pro-  
pria sede, nihilominus tamen originem  
suam trahere ab intellectu. Attendit, &  
auscultavi, clamat Propheta: Nihil mihi  
qui agat Penitentiam super peccato suo,  
dicens: Quid feci? Hierem. 3. 6. Vide,  
unde proveniat, quòd nullus agat Peni-  
tentiam: quia nullus dicit: Quid feci?  
Quis unquam, si ex proposito perpendit  
scit,

SEGNE  
CONCORDIES  
INSTRUCIO  
Pœnitent  
Confessarij  
Parochi

feriò, quid egerit peccando, nò illud continuo dolendo studet delere, & in nihilũ redigere? Hoc ergo posito, oportet intellectui adhibere, primum remediũ, quod præstabis propositis penitentiũ sub finem Confessionis ejusmodi morivis, unde apprehendat & ponderet inestimabile peccati malitiam. Arque ut motiva ista usui accommodatiora reddamus, veluti ferrũ expeditius tractandũ, revocabo ea ad duo capita, ad Deum, & peccatorem; siquidẽ peccatum velut amphibæna infernalis, simul ac semel utrumque duplici ferit injuriã. Ad primum caput pertinet primò Injuria, quã peccator afficit Deum suum, dum in contemptũ tantæ Majestatis præferre voluit voluptates suas, adedò graviter ab ipso prohibitas. *Per pravariationẽ legis, Deum in honoras. Rom. 2. 23.* Secundò Ingratitudo, quam similiter ostendit peccator erga Deum, eum offendendo post tot ac tantã beneficiã tam naturæ, quã gratiæ, cõmunia & particularia, occulta & manifesta, ab ipso recepta, inò tunc, cum ea actu conferrentur; quod si non omni momento in potestate esset illius Domini tam indignè habiti, eum subito præcipitare ad inferos. *H. coine reddis Domino, popule stulte, & insipiens. Deut. 32. 6.* Tertio horrenda injuria, quæ inferretur à peccatore Christi Redemptioni, cui temerarij quodãmodo tentavit renovare Vulnera, iterare opprobria, quando opere perpetravit id, quod causam dedit Crucifixi omni, nempe peccatum. *Rursum crucifigentes sibi metipsis Filium Dei, & ostentui habentes. Hebr. 6. 6.* Ad alterũ caput damus, quod peccatori ex delicto resultat, spectat jactura dolenda gratiæ Divinæ, cujus vel unicus

*E. P. Segneri Instruẽ. Confessarij.*

gradus, uti tradunt sancti Doctores, (1.) universa naturæ bõa superat, *Omne aurũ in comparatione illius, arena est exigua. Sap. 7. 9.* Secundò jactura paradisi, tactã illius permutatione cum amara, detestabili & momentanea voluptate, itaque nihil omninò faciendo. *Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem. Ps. 105. 14.* Tertio brevitãs vitæ, quæ nemine obstante citò relinquenda est. *Qua est vita vestra? vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Jac. 4. 15.* Quarto. Mors incerta, quæ subito ac improvise illum potest abripere. *Videte, vigilate, & orate: nescitis enim quando tempus sit. Mar. 13. 33.* Quinto. Horror judicij, quod ipsi instar gladij supra caput impendet, neque ab eo advertitur. *Viri mali non cogitant judicium. Prov. 28. 5.* Sexto, tormentorum jam in inferno paratorum æternitas; ubi post tot millones annorum, quot sunt in maris littore arenæ, quot in ære atomi, necdum vel momentũ funestæ illius noctis, quam nulla sequitur aurora, præterij. *Cruciantur in igne & sulphure, & fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum. Apoc. 14. 10.* Septimò, miseranda servitus, quæ efficitur mancipium diaboli, tyranni, & impostoris, qui quantum nunc allicere studuit ad peccatum, tantum postea inferet peccatam. *Quantum glorificavit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum, & luctum. Apoc. 18. 7.* Præter hæc, ad abrumpendũ depravatã indolis cursum, quæ in relapsus impellit, fortiter penitentijs animo imprimenda erit irrefragabilis hæc veritas, quod quanto plũs augeatur peccatorũ numerus, tantò magis cre-

cat difficultas consequendæ salutis: quod mali habitus semper plus vigoris acquirant, magis obscuretur animus, & frangatur, semperque indignior fiat auxilijs Divinæ gratiæ; diabolo crescant audacia, auctoritas, viræque ad oppugnandum; peccatori autem è contrario magis magisque deficient ad resistendum. Qui ergo fieri moraliter possit, ut toties relabendo æternam evadat damnationem? Nihil profuit Samsoni sepius rupisse funes; demum victus perijt. *Nesciens, quod recessisset ab eo Dominus. Jud. 16. 20.* Ita nihil peccatori juvabit, aliquoties antehac excussisse carenas & compedes, si miser tursus se ijs induat. Forsitan dedignabitur Deus, hoc modo offensus, ei submittere auxilium: aut non superet tempus ad confitendum; aut, cum habuerit, non succedent Contritio & Propositum; Itaq; perfidus in potestate tartarei hostis derelictus (veluti Samson in unguibus Philisteorum) intelliget gravem esse deceptionem, dicere: *Egrediar, sicut ante feci, & me exentiam.* Patrabo hoc peccatum, & postea confitebor, quemadmodum alijs sui confessus. Non ita se res habet. Tardat quandoque Dominus, sed tamen adest tandem. *Ne dixeris: peccavi, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens Redditor. Ecol. 5. 4.* Motiva ista fusiùs exposita sunt in Instructione Pœnitentis, quæ huic quoque servient loco. Meminisse tamen te velim, ea parùm valitura, si scripta tecum circumferas, nisi meditando virtutem quoque horum profundè in animum demittas. Erit Confessionale tuum Organum quoddam, pulchrâ quidè specte, sed nullo animarum spiritu. Imò

erit vim tibi loquenti inferas, tamen cum spiritus tepet, necesse est etiam languere oratio. *Non dabis voci tuæ vocem virtutis.* Sermo tuus balistæ ictus erit, sed sine pila ferrea, quo concuties, non franges obstinationem.

Plurimum autè dictis tuis tobur admeret alia confusio, quæ foret, si verba essent contraria opera, neque lingue responderet manus. Parùm enim fidetur medicinis, quæ Medicus infirmus prescribit. Et licet febrim intra venas occultam ita presseris, ut Pœnitenti videri sanissimus, quâ argumentorum efficacia nihilominus reprehendes in alijs id quod tu ipse intra sinum foves & amas! Hæc est caula, ut meritò timendum est, damnosæ illius compassionis, quâ ostendens multi Confessarij erga Pœnitentium vulnera, quia in alienis plagis comparatūtu (quod naturale est) proprijs. Nobilis quidam Transalpinus percontabatur virum doctum, essentne eadem peccata in diversis regionibus æqualiter gravia. Quippe respondet Theologus, An non Deus in diversis quoque Mundi partibus idem est sibi que similis? Quia, infert Nobilis, non ubique inveni Confessarios in omnibus ejusdem sententiæ. In Polonia si forte lægius potando Indulsi genio meo, excelsi istum benignè sine correptione patremisit Confessarius; at quando carnis illecebrâ victus in alienæ uxoris inhonestam consuetudinè incurri, tam luculentè me castigavit objurgatione, ut terros solus mihi pro freno esset, neque inhiberet a relapsu. Modò curiositate tractus veni in Italiã, ubi & vini abundantia, & viciu ob-  
sturnarum visitationum, iisdem criminibus,

SEGNE  
CONCIONES  
INSTRICH  
Pœnitent  
Confessarij  
Parochi

bus, & intemperantiæ & libidinis involverunt. Sed hinc incidi in Confessariū profusus ab altero diversum. Crapulam mihi exprobravit tanquam sacrilegium, dimissâ etiam sine levissima admonitione impudicitia. Ita ipse: eodem exemplo ostendens, quantum profint suaves correctiones Confessariorum, & quantum retrahat ab his liberius adhibendis animus sibi ipsi male conscius, eisdemq; medicina indigus. *In quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas. Rom. 2.*

Itaque, qui Confessarij munere fungitur, non simplici duntaxat utatur admonitione; necesse est, reprehensionem quoque admisceat. Errat vehementer, qui illam non adhibet. *Qui increpationes relinquit, errat.* Ita legitur *Proverb. c. 10. 17.* Qua in re duo tibi suggeram consilia perquam utilia, unum circa tempus reprehensionis, circa personam alterum. Primum ne corripas Pœnitentem ante finitâ Confessionem (2.) quia verba tua facile præberent occasionem pluribus, tacendi aliquod peccatum, & venenum, quod in lingua natat jam jam evomendum, resorbendi. *Da gloriam Deo, fili mi, & confitere: indica mihi quid feceris, ne abscondas:* ait Josue (*Ios. 7. 19.*) ad perfidum Achan, paternè ipsum potiùs compellando, quam Judicis autoritate, usquedum eum induceret ad confitendum furtum, & ut diceret: *Verè ego peccavi, & sic & sic feci.* Postquam confessus est, tunc ulus debita severitate, subjunxit: *Quia turbasti nos, exturbet te Dominus in die hac.* Comprobando sic observationem à me hic propositam. Quod ad personam attinet: tria genera Pœnitentium sunt, quos non

expedit objurgare, Pusillanimes, Contriti, & qui autoritate aliquâ sunt conspicui. Reprehendendi nõ sunt ij, qui pusilli sunt animi, ne timor degeneret in desperationem, & ad casum impellat. Parcendum contritis est, quia, qui in solito modo compunctum severè exciperet, ille aggrederetur ultro sese oblati clavibus ad alienum arbitrium submittentem. Non increpabis deinde alicujus autoritatis homines; hoc enim debita illorum gradui reverentia postulat. *Senorem ne increpaveris, sed observa ut parvem. 1. Tim. 5.* Circa hos peculiariter imitare naturam, quæ novit in floribus porrigere medicinam; imò Christum ipsum tibi imitandum propono in ijs compositissimis correctionibus, quas nuntiari mandavit diversis Episcopis in Apocalypsis, miscendo, quantum licuit, quidpiam laudis reprehensionibus. Delicatum adeò Nobilium palatum est, ut cibos, nedum medicamenta averferentur, nisi probè sint conditi. Quapropter cautè illos admone, & cum (ut fieri solet) aliàs verecundi sint, attende, ne confusionem è vultu promiscantem plus æquo accendas. *Non incendas carbones peccatorum arguens eos. Eccl. 8. 13.*

Austerius nonnihil cum ijs agendum est, qui asperioris sunt frontis, & cordis duri, sua recensent peccata, veluti illustria enumerarent facinora, atque ad Confessionem accedunt, tanquam in triumpho sua ostentaturi flagitia. *Induraverunt facies suas supra petram. Jerem. 5. 3.* Contra hos, atque alios, qui sunt inculci, rudes, atque incapaces mitioris tractationis, exequere Apostoli mandatum, *Increpa*

pa illos durè, ut sani sint. ad Tit. 1. 13. Congrua & opportuna verba erunt ejulmodi. *In veterate dierum malorum. Plene omni dolo. Plene omni fallacia. Inimice omnis justitie.* Aliaque Sanctis viris usitata: ita tamen, ut eorū Zelus in te nullā aspergatur impatientiæ maculā. Imperturbatus sit animus, etsi turbationis species foris appareat; quemadmodū in sole, qui licet aliquando eclipsetur, apparens duntaxat, non vera subest eclipsis.

In genere loquendo, cum difficile sit mediam tenere viam, si ad alterutrum deflectendum est, præstat excedere suavitate, quàm rigore. Sic enim plus impetabit à Pœnitente, cum Confessarijs id eveniat quod vitibus, quæ nunquā sunt fecundiores, quàm inter Olivas consistit. Hæc non ideo dixerim, ut imiteris eos, qui sub prætextu benignitatis, nõ medentur. Nam etsi Confessarius imprudens possit Pœnitenti asserere damnum exasperando vulnera, quibus mederi deberet, neutiquā tamen comparandum est damnum illud cum eo, quod excitant tot Confessarij muti, qui nunquā os aperiant, nisi dulcissima verba Heli Sacerdotis propinaturi: *Nolite facere rem hanc.* Cavete vobis, quantum potestis. & mox absolvunt, non solum non resecando, sed ne incidendo quidem partem insectam. Unde provent, ut ipsimet Pœnitentes sæpenumero doleant, seque deceptos querantur hac in tempesta benignitate, ac se rursus accusent de enormioribus peccatis, quod dubitent, an bene à Confessario fuerint percepta, qui ea irreprehensa transmissit. Quantumvis magnum damnum inferat grandinis tempestas, plus tamè nocet.

traordinaria serenitas: ut hinc volentior fuisset Palæstinis saxeus aut plumbosus turbo, qualis tamen subinde accidit, quàm longa annorum tranquillitas. Eius temporibus exorta, quando tribus annis cum semestri nulla se in conspectum dedit nubecula.

Verum aliquoties, ut saxeæ corda compunctionis aqua fluant, non satis est expululare semel, repetendi sunt ictus. *Perseus sit bis siliicem. Num. 20. 11.* Continget, ut quidam etiam adductis omnibus rationis momentis, & adhibitis repetitionibus nihil moveantur, neque ea signa edant, quæ de iudicentur ritè dispositi; quemadmodum si difficiles se monstrarent in acceptanda pœnitentia ipsi injuncta, minime promptos ad præstandam necessariam restitutionem, vel sui accusatione crebri palliant excusationibus, seque nimis contendere expedire festinatio; aut alia parùm probata dolentis animi indicia præferrent. Tunc repetendæ sunt industria. Itaque alterum remedium, quod tibi suppedito, efficacius jam memotio ad vincendam quamcunq; duritiam, est Oratio. Sed priusquàm te horum usus amoni doceam, necesse est eorum roborem rationem cognoscere.

Dudum contra Naturam questus est Plinius, quod hominem nudum omnino ac inermem in hanc lucem edidisset, ceteris animalibus tam providè munitis. Insuper, uti sæpius solebat, accusabat illam Providentiam, cujus non penetrabat consilium: quasi etiam ipse cuperet eorum adhiberi numero. *Qui quacunque ignorant, blasphemant. Iudæ. 10.* Si armis destitutus est homo, an non manus habeat? His clausum tenet

SECNE  
CORRUPTES  
INSTRICTIO  
Pœnitent  
Confessarij  
Parochi

tenet integrum armentarium; ad eò, ut  
 culis, emittis que per balistas fulminibus  
 non modò se reddere queat formidabile,  
 ululatu lupum, rugitu leonem, sed cælum  
 quoque ipsu tonando efficere. In hunc  
 modum responderi poterit Peccatorum  
 lamentis, quando identidem exaggeran-  
 do propriam fragilitatem videntur tacite  
 incusare Providentiam, suorum lapsuum  
 auctorem, quòd illos non ex arte, sed lu-  
 to formasset. Sed nunquid non vobis De-  
 us reliquit Orationem? Sciote itaq; (ju-  
 re ipsis poterit reponi) quòd in sola Ora-  
 tione vobis instruxerit locupletissimã of-  
 ficinam, in qua lutu vestrum chalybe so-  
 lidius efficere, & non solùm scuta, quibus  
 vos contra hostes vestros defendatis, sed  
 & omnis generis tela & enses ad inferen-  
 dam cladem possitis fabricare. Contulit  
 Deus tantam vim & efficaciam Orationi,  
 ut, quando ab ipso quidpiam petitur ad  
 salutem spectans, neque petitio aliquo la-  
 bore defectu, certò ac infallibiliter obtri-  
 neatur quòd petitur. (3.) De quo qui-  
 dem ita certos nos esse jussit divino suo o-  
 re, ut, qui dubitaret, vel eum potestate de-  
 fecisse, vel fictèd promississe, sentire videret-  
 ur. Imò ut excitaret torporem nostrum  
 ad arripendum hoc remediũ, effecit il-  
 lud non solùm opportunũ, sed etiam ne-  
 cessariũ; cum probabilissimum sit (4.) salu-  
 tẽ de lege ordinaria (quæ est illa, quã Pro-  
 videntia cõmuniter sequitur) quòd post  
 primã gratiã cetera auxilia ad salutẽ non  
 accipiantur, nisi petantur. Ut propterea  
 in libro *de Ecclesiasticis dogmatibus*,  
 cujus Auctor habetur S. Augustinus, scri-  
 ptum legatur: *Nullum credimus ad salu-  
 tem, nisi Deo invitante venire nullũ in-*

*vitatum, salutem suam, nisi Deo auxili-  
 ante, operari; nullum nisi orantem, auxi-  
 lium promoveri. c. 56.* Hic stylus est Curie  
 cælestis, conferre gratias suas promptissi-  
 mẽ, sed supplicantibus. Ad eò, ut magni  
 Nominis Theologi doceant, quòd qui-  
 busdam peccatoribus penitus excæcatis,  
 insanis & induratis, subtracãa sint non so-  
 lum auxilia extraordinaria gratiæ effica-  
 cis, sed & solita provisio gratiæ sufficien-  
 tis (5.) & solùm ipsis relicãa sit facultas suf-  
 ficiens sese Deo commendandi, ut videtur  
 deduci posse ex celebri Concilij Trid.  
 sententia: *Deus impossibilia non jubet, sed  
 jubendo monet, & facere quod possis, &  
 petere quod non possis. Sess. 6. c. 11. ex Aug.  
 do nat. & gr.* Si non utantur clave hãc au-  
 reã, ad hauriendum ex divinæ misericor-  
 diæ cellã vivificum liquorem, prostratis  
 suis viribus, nulla spes ipsis superest, effu-  
 gium nullum, pereundum est. Neque ulli  
 nisi sibi ipsis mortis suæ causam possunt  
 adscribere, quia voluntaria illa negligẽtia  
 recurrendi ad Deum, sufficientissimè  
 illorum peccata reddit voluntaria, ac vo-  
 luntariam perditionem. Quod si verum  
 est, quid porrò evidentius declarare po-  
 test necessitatem orandi? Cũ pestifera  
 luẽs præteritis annis universam occupã-  
 set Siciliam, neque Medicorum paucitas  
 par esset maximæ ægrotum multitudini,  
 visum est in publicis vijs & plateis præco-  
 num voce proclamandum unicum mali  
 remedium, quòd erat, haurire potum ex  
 nive. Optanda hodie esset tanta vocis cõ-  
 tentio, quã in plateis audiretur ab usura-  
 rijs, in lupanaribus à meretricibus, à præ-  
 donibus in sylvis, atque ab ijs maximè,  
 qui longo jam tempore immergi sunt fla-



gitijs, perciperetur consilium: comendate vos Deo, comendate vos Deo! Animæ perfidæ & propè dixerim, perditæ, bene advertite. Nullum inter vos atque damnato intercedit discrimen, nisi quod in potestate vestra sit, uti oratione. Videte potatem unicam vobis relictam, per quæ tot mala, quibus circumdati estis, effugatis. Nisi in isto salutem queratis, jam jam Tartarus vos erucianos ignibus apprehendet. Nihil vobis aliud superest, nisi, quemadmodum scorpioni flammis cincto, sine remedio desperatio.

Sed relictis his, ad te redeo, Virga ista, quæ mira patrare solet etiam in cordibus induratis, dupliciter tibi debet esse usui. Ardentibus votis Numinis commendandus à te erit Pœnitens malè dispositus; eique significanda, id ipsum pro se faciendi, necessitas summasq; demonstrandû, quod, uti jam dictû est, in ipso potestate ac manibus consistat, obtinere à Deo mutationem animi, & vitæ suæ, præsidio Orationis, factæque mutatione perseverantiam. (6.) Ostende illi quoque modum efficaciter orandi, nempe cum humilitate, perseverantiâ, & fide: (7.) Quia particulariter circa ultimam conditionem fidei, duplici modo gravissimè potest errari, per excessum scilicet, & defectum. Peccant excessu, qui, cum in accumulandis sceleribus sint assidui, paucis quibusdam precatiunculis ad Divæ Virginis honorè recitatis confidunt, rō secus, ac si sub exitum vitæ securitatis literas pro suis possent impetrare peccatis, & quæ est peccatum Advocata, constituere flagitiorum Patronam, Aufer itaque ab ipsistam perniciosam deceptionem, quia sicuti nullum

est corporibus pestilentius venenû, quam quod cum lacte bibitur, ita nihil est animæ magis lethiferum, quam cum Oratio efficitur peccaminosa: & oratio quæ fit in peccatum. Ps. 102. 7. Non enim illuminatur ad tollendam ex sinu animæ moriem, sed soporem lethalem conciliandum. Erant deinde alij detectu confidentie (quorum numerus videtur esse major.) Hi, cum in aliquod peccatum fuerunt lapsi, intermitunt consuetas devotiones, falsò persuasi, se, quamvis vivunt in illi statu, nihil inde capere utilitatis: neque negligunt ad Deum recurrere, quod dicant, indignos se esse qui exaudiantur. Hi quoque omni studio dedocendi sunt suū errorē, apertè demonstrando, quod, tamen si quis perdidit gratiam, & hinc opera bona tantum non præstent, ut in se habeatur pro mortuo, conducant tamen minus per modum dispositionum recondendi ad vitam: juvant quoque, ne Deus ita repente gladium eorum cervicibus impendentem sinat cadere: juvant, ut concedat tempus confitendi, dolendi, & se preparandi; juvant ne improbitus adveniat ad exigendas rationes tunc, quando conscientie libri plus sunt intercati. Quod verò indignos se judicant, qui audiantur, est illud velamentum pigritiæ, & specieris verentia. Deus exaudite nos non debet intuitu bonitatis nostræ, sed suæ. Ni propter vos ego faciã, domus Israël, sed propter Nomen sanctum meum. Ezech. 36. 22. Exigit servitia, ut exaudiamur; ylti habete sibi supplices. (8.) Hinc fit, ut Peccator aliquis plus obtinere possit, quam Iustus, si majorè habeat fiduciam, pro se. Nam, licet Oratio illius, qui est in statu

SEGNE  
CORRUPTIO  
INSTRICH  
Pœnitent  
Confessari  
Parochi

peccati, careat merito, quia meritiū provenit ex charitate, potest tamē habere efficaciam, quia vis & efficacia procedit ex fide: (9) Et hoc est idipsum, quod juxta S. Basilij interpretationem insinuat Christus, quando dixit: *Si nō dabit illi, eō quod amicus ejus sit, propter improbitatem tamen ejus (quod idem est, ac, propter improbitatem) dabit illi. Luc. 11. 8. (10.)*

Quod si etiā distinctiūs tibi dari praxin eorum desideras, quæ hucusq; in isto Capite exposuimus, accipe sequentem. Quando Pœnitens tuus manifestandi se tibi finem fecerit, quantum necesse est ad cognoscendas ipsius iniquitates & inclinationes, si non esset optimē dispositus; selige ex motivis initio hujus Capitis adductis rationes quasdā robustiores, magisq; illius capacitati ac necessitati idoneas, quibus eū meliūs ad Absolutionē disponas, exaggerando peccata ab ipso commissa, non tamen generaliter duntaxat, neq; nimium distinctē. Non nimis in genere, quia doctrina universalis nō admodum videtur esse utilis; Non distinctē nimis, Nam si cuius delicto volueris annectere admonitiōē, eris oppidō molestus & fastidiosus. Restat itaque, ut fecernas unū ex notabilioribus, & circa ea verbis tuis stodeas excitare detestationem, atq; animosum decretum; quod cetera omnia involvat. Cū autem posset accidere, ut in proluxa Confessione ea, quæ majoris sunt ponderis, memoriā elaberentur, adhibe signū, quod ab alijs non advertatur. Quidam singulis digitis assignant peccatum aliquod mortale ex ijs, quæ frequentius solent recurrere: Blasphemias, Furta, Odium, Luxuriā, Omissiones circa præ-

cepta proprii status, ac tum suo tempore singillatim, quæ casu occurrerint, profertur. Ego ad tam minutam observationē non descenderem, nisi viri doctissimi in suis libris (11.) longē sublimioribus isto, me docerent, in elaboranda gemma adeo pretiosa, qualis est gratia, longē excellentior adamantē, etiam minutias non esse prætereundas. Si deinde his omnibus peractis, nihilominus in extraordinario casu cor indurati hominis nō emolliatur, non ideo despondendus est animus, neq; veluti post irritum assultū solvenda obfidio. Perge, & excitato saltem in Pœnitente desiderio recuperandi sanitatem (raro in hoc ægtorum genere, attamē necessario) præscribe illi, quoties in die corā venerabilissimo Sacramento, aut Beatissimā Virgine debeat supplex flagitare hanc contritiōē, donec elapso temporis spatio (uti præsentēs postulabunt circumstantiæ) siue dierum, siue hebdomadum, mutata voluntate ad te redeat, petatque Absolutionem. Et talis mutatio admirabilis per experientiam te docebit vim atq; robur Oratiōis; cui tu interea ipsemet quoque debes insistere, ad obtinendam à Deo miseræ hujus animæ salutem: si quidem oportet hic imitari, quod Jobum fecisse legimus, & itygio lupo maxillas elidere, prædāq; eripere, mordicus apprehensam, *Conterebā molas iniqui, & de dentibus illius auferēbam prædā. Job. 29. 17.* Neq; solū in his rarioribus casibus, sed etiam in reliquis, Oratio, tanquam instrumentum omnium tuarum actionum, in ministerio tam sublimi erit adhibenda. Hanc oportet præcedere, comitari ac subsequi, Antequam te conferas ad excipiendas

piendas Confessiones, implorandum est Dei auxilium, ne erres. *Da mihi, Domine, sedium tuarum Assisericem Sapientiam, ut mecum labores.* Sap. 9. v. 4. & 10. Invo- candum est illud, cum jam aures præbes confitentibus, præsertim in quibusdam difficilioribus casibus, ut securè eos res- solvas. *Cum ignoremus, quid agere debe- amus, hoc solum habemus resiat, ut oculos nostros dirigamus ad te.* 2. Par. 20. 12. Invocandum est denique finito opere, ut tibi Deus clementissimè digneur condonare omnes errores, in tam sancto exerci- tio admissos, & ratum habeat, atque per- ficiat id, quod ille solus est operatus. *Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis, a Templo tuo.* Ps. 67. 29.

Suam opere autem desidero, ne existi- mes, observationes istas nimium esse mole- stas, scrupulosas, atq; superfluas. Deniq; quodnam omnium difficillimū opus est, quod Divina Providentia aggreditur, nisi mutare cor peccatoris? quippè hic so- lum invenitur resistentia in materia contumaci & refractaria operanti. Quare nulla unquam industria videri debet im- modica, quæ prædictum cor disponatur suâ operâ, ut se patiat a Deo tractari, quemadmodum argilla in manu figuli, qui ex vase contumeliæ incendit formare vas honoris. Ex altera parte præcipitando hanc curatione ex impatientia, luculentū animæ tuæ vulnus infliges, cum & tibi, quod alijs medicis, eveniet, qui egros occidunt impudè. Si gravem in munere tuo admittas negligentiam, malum redun- dabit & in malè curatum, & malè meden- tem, pari utriusq; exitio. Quare antequam Absolutionem impertias Pœnitenti, vide,

an in ipso inveniantur debite dispositio- nes circa peccatum. *Occide & manduca.* Act. 10. 13. tibi dictum audivi S. Petrus tunc, quando vidit descendere linum plenum serpentibus &c. quod ipse ce- lo parabatur in cibum. *Occide & man- duca.* Ut hinc quis Sacerdos intellegat, ad audiendas Confessiones expositum, ut peccata populi comedat, quod, si in peccata necdum mortua sunt per contri- tionem, aut saltem moribunda per tri- tionem, necesse sit prius occidere, antequam comedat. Pœnitente efficaciter dis- posito ante Absolutionem ad dolorem. Aliàs illæ vipe re devoratae vivæ, mori afferent, primò quidè Matri, quæ exspe- perit, hoc est, Peccatori, & tum incanta- tori, qui suâ fœcordiâ illas vivere permis- sit, nempe Confessario. *Occide inquit, & manduca.*

(1) S. Aug. tr. 72. in Joan. S. Thom. q. 113. ar. 9. ad 2. (2) Castrop. de Sac- Pœn. tr. 23. di. sp. un. p. 19. §. 2. n. 4. in fine. (3) S. Th. 2. 2. q. 83. ar. 15. ad 2. Suar. l. c. 2. rel. l. 1. c. 23. n. 2. & c. (4) Suar. l. c. 2. n. 7. Less. l. 4. de Sumo Bono c. 7. Tertia est est medium. (5) Bellarm. Contra. l. 2. de Amissione gratiæ, & statim peccati. c. 14. Tertia observatiô. Card. Pallan. ar. 10. perfect. l. 2. c. 2. Vide etiam Suar. l. c. 2. 28. n. 3. in fine. (6) Vasq. l. 2. ar. 10. 114. Suar. 10. 3. de gra. Di. sp. 12. de mortu. c. 28. fo. 2. de rel. l. c. 26. n. 5. (7) S. Th. 2. 2. q. 83. ar. 15. Suar. l. c. 2. 23. ad 2. (8) S. Thom. l. c. ar. 16. ad 2. Suar. l. c. 2. 27. in fine. Toler. in Joan. 16. Act. 10. 31. (9) S. Thom. 2. 2. q. 83. ar. 15. ad 3. Laym. l. 4. Tr. 1. c. 1. n. 10. S. Anselm. (10) S. An- de const. monast. c. 2. (11) Laym. de Sac- Pœn. c. 13. n. 9.

SEGNE  
CONCIOS  
INSTRUCIO  
Pœnitenti  
Confessari  
Parochi

## CAPUT IX.

Quomodo se gerere debeat  
Confessarius erga Blasphemos.

Imaginare tibi hominem quempiam, qui nunc in hunc Mundū introductus appareat, & subito plūs quā humano lumine illustratus, uno simplici intuitu aspiciat & comprehendat multitudinē, varietatem, consensum, unionem, ac majestatem rerum omnium admirabilem, quæ hoc Universū constituunt; postēne is in tanto mentis stupore atq; ecstasi judicare possibile, ut Autor aded pulchræ Machinæ ab ullo blasphemetur? Et si postea intelligeret, non unum duntaxat inveniri, sed milenos ac milenos, qui Eum blasphemis lacebant, atque hos ipsos esse, quorum gratiā Universum istud fuit creatum, cæli Conditoris imperio præfixum sibi cursū peragunt, elementa laborant; An non hoc audito, velut cæstro percitus, in furem ageretur, puderetque cum hoc hominum genere communem habere naturam? Et tamē hic est excessus, quem sicis oculis quotidie intuemur, dū blasphemia ista, quæ sacrosanctum DEI Nomē injuriosē invadendo, jure dici potest prodigium iniquitatis, modò ob frequentiam vix curatur, & pro nihilo habetur. Nunc ad ipsam curam, & primarium scopum nostrum accedendo, omiſſa celebri divisione blasphemiarum in hæreticam, ac simplicem, eam ad nostrum propositum duplicem considerabimus. (1.) Sunt nonnulli, qui horrendas illas voces ex concepta ira, stultissimè contra Deum proferunt: alij verò stimulante quidem

R. P. Segneri Instruct. Confessarij.

itā sed adversus creaturas insanunt. Periores veluti rebelles Notorij, manifestā rapinā Deo honorem auferunt, posteriores tanquam occulti prædones, recto furto eundem diripiunt. Quod ad primum genus attinet, ratò eveniet, ut tam stulti ac rabiosi dæmones ad pedestros accidant, cum nemo adversus Deum bellum susceptorus sit, qui non prius sibi ipsi hostis extiterit, exuto omni humanitatis sensu. Et si quando contigerit, ejusmodi aliquē te offendere, erit plerumque is è pessima luforum fæce quispiā, qui cum nummis animā, & cum anima intellectū perdiderit. Plures secundi generis inveniuntur homines, qui choleram Intus accensam, nesciunt alia ratione restinguere, nisi (veluti totidem parvi Vesuvij) impijssimorū verborum flammam in altum evomant, ponantque in calum os suum. Ps. 72. 9. Tamen postea protestentur, se non habere intentionem eorūsq; extendendi suum peccatum.

Loquendo itaq; de istis, familiaris eorum sermo est; cum exardescunt: *Corpus Christi. Sanguis Dei.* Et ubi in Lege antiqua tanta erat divini Nominis veneratio, ut summo solummodo Sacerdoti liceret illud aureæ laminæ incisum in fronte gestare, quando intra Templū fungebatur officio, nunc quoties respiratur, toties illud impijssimo ore contaminatur ob res vilissimas, & nugas: Hoc sedantur furiz, teguntur fraudes, injuste obſignantur negotiationes. Docent tamen aliqui DD. (2.) quod verba ejusmodi, *Corpus Dei, Sanguis Dei*, quando imperus ille, quo proferuntur, non intendit ipsum Deum offendere, non sint blasphemiarum.

G

phemia,

phemix, & qui sic loquitur, etsi non prodatur, se linguam in ore ferre Christianam, non tamen habere diabolicam. Verum tamen pace illorum judico, in praxi frequenter contrariam sententiam esse veram, quam tradunt graves Doctores (3.) ita, ut prædictæ voces, *Corpus, Sanguis*, sæpissime à gravi culpa non possint eximi, etsi nullam contineant falsitatem, neq; ex ira contra Deum profundantur. Ratio est, quia hi, qui timorata sunt conscientia, às auditis graviter commoventur, apprehenduntq; insignem Divinæ Majestatis contemptum; ipsi quoq; talium sermonum auctores, nisi à consuetudine penitus sint excæcati, postquam subsidit effervescens bilis, & mens novo serenatur lumine, sæpius hanc ipsam advertunt irreverentiam, & de se pœnas repetunt. Signum itaq; est, quod hæ voces juxta communem sensum apertam contineant Divinitatis vilipensionem, ideòq; veluti blasphemix sint fugiendæ. Præterquam, quod, si non forent blasphemix, sæpenumero sint perjuria, adhiberi solita ad addendum pondus comminationibus, quas sese vindicaturi faciunt ejusmodi verbis: *per Corpus Dei, hoc non impune feceris! Per Dei sanguinem, hoc mihi lues!* itaque in ceteris. Aded, quocunque modo voces has accipias, veluti ensis manubrio carens, te omni ex parte vulnerabunt. Optarem proinde, ut honor Dei conculcatus te immenso Zelo accenderet, ad exterminandas è lingua Christianorù indignissimas has voces, earumque similes, atque ad ablegandas in abyssum, unde prodierunt. *Factus est in corde meo quasi ignis exsternans, claususque in ossibus meis, dicebat Hie-*

remias c. 20. 9. *& defeci, ferrenus factus sum.* Et cur istud? *Audivi enim contumelias multorù.* Quæ sunt istæ blasphemix aded usitate, & terrorem in circumstantibus in piorum consequitur animis.

Sed quibus utendum est remedijs adversus hanc phrenesin? hic lenia nihil proficient, quia morbus talis non expectit. Sacrosanctum Concilium Lateranense (4.) denuntiat omnibus Confessarijs, quod, si blasphemis non impulerint congruas pœnitentias, se ipsos illorum delictorum facturi sine particeps. Imò hoc ipsum Concilium vult, ut non solum Sacerdotes, sed in genere omnes Fideles, ubi justus metus notabilis damni non obstat, teneantur semper corrigere blasphemiam, etsi spes nulla sit emendationis, nisi si una lingua Deo honorem abstat, eam restauret altera. Porro remedia sunt duplicis generis. Alia servantur ad castigandas damnatas has linguas, ob transgressiones præteritas: alia quasi pedicæ impingunt, ob futuras. Quare ultra pœnas consuetas Orationis, jejunijs, flagellationis, elemosynæ, flagitiosis his injunges, ut aliquoties linguam lambendo terræ circumducant, toties ad pedes Crucifixi abjecti precentur veniam, totidem recitent Rosaria non ex Dominica Oratione & salutatione Angelica, uti usus habet, concinnata, sed ex alijs laudibus Divinis, quibus plùs mentem applicens, veluti *Gloria Patri &c.* aut his verbis, *Laudetur Christus Iesus.* aut similibus, ita ut hujusmodi actibus satisfaciunt titulo justissime restitutionis, reddantque honorem pro contumelia. Quantum attinet ad remedia præservativa, opportunissimum videtur esse

SEGNE  
CONCIONES  
INSTRUCIO  
POENITENTIA  
CONFESSIO  
PAROCHIA

esse illud, quod adversus basilicum solet adhiberi, videlicet oppositum eidem speculum, quo horribilissima facies repræsentata, ipsimet intuenti vitam solet eriperé. Hoc artificio utere cum his quoque diabolis. Statue ante oculos execrabilem malitiam illorum peccatorum, quæ ab ipsomet Christo Domino appellantur irremissibilia; quoniam, tametsi (absolutè loquendo) nõ sint plagæ nullo pœnitentiæ balsamo sanandæ, nihilominus præ cæteris aded purulentæ atque profundæ existunt, ut rarò sanentur, nisi inusitatis industrijs. Sermones ejuscemodi satis demonstrant, ad quam partem pertineant peccatores; idèque quod olim Petro fuit objectum: *Verè, Et tu Galilæus, nam & loquela tua manifestum te facit.* Idem cuique horum dici poterit: *verè & tu reprobus es.* Plurimum hæ voces impie: atque lacilegæ conveniunt cum maledictionibus reproborum in inferno. Ita, quemadmodum in Musica binis institutâ choris, quorum unus in superiore loco, alter inferius cõsistit, ex sibilis draconum infra terram sepulcorum, addiscunt serpentes isti humanâ eferentes speciem, similem formare sonu. & ex his blasphemijs resultat echo. *Est & alia loquela contraria morti,* ait Ecclesiasticus c. 23. 15. ubi Gea. 10. 10. 11. ratio exponit, *respondens Morti.* Quia hæc vera est vocum alteratio, cum turbatissima dissonantia. Et in quem finem ista omnia? quo prætextu? aut cui bono? Non oblectationis causâ; quippe blasphemi pascuntur veneno etiam amarissimo. Non ex estimationis sibi apud alios comparandæ gratiâ; Nam, si infamis habetur, qui contus-

meliam infert Principi juxta legem, *text. in L. Quisquis. ad L. Juli. Majest.* Quanto magis in tantâ notabuntur, qui blasphemant Dominum omnium Principum, qui est *Rex Regum, & Dominus Dominantium?* Non utilitatis alicujus studio; Nam quando blasphemant, num ideo dispendium, quod passi sunt, resarciunt? Quis ergo horror, sine ullo emolumento animam onerare tam immani crimine, ut nec in ipso inferno inveniat gravius. Et ubi damnati vellent manum illam, à qua torquentur, moribus dilacerare, ipsi damnatis crudeliores eandè beneficam, quæ ijs vitam conservat, sanitatem, opes, liberos & quidquid possident, execrantur. Nomen illud, in quo unico salus illorum posita est, proscindunt contumeliji, conculcant sanguinem, qui solus eorum potest extinguere debita! Rectè ergo compellatur Deus, ne desistat punire eum, qui talia audet, cum blasphemia ex eo peccatorum genere sit, quod plura alia supponit. *Ne desinas ab homine iniquitatis, qui addit super peccata sua blasphemiam. Job. 34. 36.*

Hujusmodi remedia majore pondere semper ijs blasphematoribus porrigenda erunt, quos supra memoravimus, & accommodanda illorum necessitati singulari. Et idcirco cuperem te non nihil cum ipsis esse indiscretum. Hinc si tales, qui apud te molestissimas has linguarum fordes deponunt, homines sint vobis conditionis, uti certè sunt vitæ abjectissimæ, vellem te aliâ uti linguâ cum ipsis, sed ita asperâ, quæ veluti Leonis lambere non posset, nisi provocato sanguine. Cum secundî generis blasphematoribus mode-

randa non nihil est Acrimonia quadam benignitate, non autem que ipsos non finat agnoscere peccata, quae perpetrarunt. Quare audiendae non sunt excusationes illae tanquam legitimae: Ego ejusmodi verba non profero animo afficiendi Deum injuria, sed ex consuetudine, & iracundiae commotione. Nam quantum ad choleram attinet, an desunt alia verba, quibus eam reprimant? Nimirum foret, si quis verborum suorum jaculis aliam, praeter sanctissimum Dei Nomen, metam non posset statuere. Spectando vero consuetudinem, si illam advertant, tenentur adhibere diligentiam ad eandem extirpandam, (6.) Et tamen communiter non curatur. Praeterquam quod voces hoc modo prolatae, ipsi ordinariè sint voluntariae, non solum in sua causa, quae est prava consuetudo, sed etiam in seipsis, atque effectus. Nam quantumcumque miseris istis rationis lumen ex subita ira occidere solet, nihilominus non tam densa repente nox ingruit, ut non confusè gravissimam Divino honori illatam linguâ suâ injuriam agnoscant.

Quae modò de blasphemia dicta sunt, possunt quoque juvandis perjuris applicari, quod alterum telum est, & quotidie in sanctissimum Dei Nomen solet vibrari, nullâ habitâ ratione, quod demum in caput illius recidat, qui illud intorsit. *Qui in altum mittit lapidè, super caput ejus eadet. Eccli. 27. 28.* Sed nolo hac in re esse fusior. Id solum observari à te velim, quod multi inveniuntur, qui, cum non jurent cum falsitate, quae illud est, in quod denique omne resolvitur perjurium, (7.) nihil sibi religioni ducunt, jurare quovis

momento absque necessitate, ac si non clarè à Deo fuisset denuntiatum: *Non habebit infontem Dominus enim qui confpserit Nomen Domini Dei sui frustra. Exod. 20. 7.* Abulum hunc adeò in radice radicatum, necesse est pro vitibus à se excindi. Nam tamen verum sit, juramentum temerè factum, citra advertentiam, non propriè dici perjurium, si què minus esse culpabile (8.) nihilominus scillimum est, ut tale evadat. *Per multam jurans, ait Ecclesiasticus, implebitur iniquitate. c. 23. 12.* Qui multum jurat, hoc est, sine utilitate, et si non falsè juret, tamen implebitur iniquitate. Non est tunc plenus, sed brevi implebitur, quoniam quam difficile est multa loqui & non mentiri, tam raro abesse solet à sequeute juramento perjurium, perex quo enim intervallo inter se distant juramentum superfluum, & impium, uti expendit S. Augustinus, (9.) Cogita, hac in re, Anime accidere, quod in fortalio aliquo solet evenire. Quamdiu exteriora munimenta defenduntur, nihil timeatur, at quando hostis pervenit ad fossarum margines, scillimum est inde superare muros, & sibi signa figere. Audi proinde consilium Christi, *Non jurare omnino. Matt. 5. 34.* Hoc est, sine urgentissima causa; aliis juramentum vanum brevi viam parabituramento falso. Quemadmodum facile contingit, ut pauci milites in cauce in numerum admissi, portam aperiant maximo exercitui, qui foris expectat. Certe, qui non timet grande hoc periculum, non intelligit, quantum malum sit perjurium, neque scit, quod Canones sacri non solum declarant hujus criminis reum infamem,

(10.) verum etiam gravissimis verbis præscribant, ut in imponenda pœnitentia par habeatur homicidæ; quanvis Theologi longius progressi asserant, malitiâ quoque esse superiorem. (11.) *Prædicandum est, ut Fideles perjurium caveant, scientes hoc grande scelus esse, nec leve perjuris pœnitentiæ modum imponendum, sed talem qualis homicidio imponitur, & ceteris criminibus capitalibus.* (12.)

(1.) Valent. 2. 2. disp. 1. q. 13. pu. 1. Sanch. in Decal. l. 2. c. 32. n. 2. (2.) Navar. in Man. c. 12. num. 85. Cajet. in sum. V. Blasphem. (3.) Suar. 10. 1. de Relig. tr. 3. l. 1. c. 6. n. 11. Tolil. 4. c. 13. n. 6. Sylvest. V. Blasphem. n. 3. in fine. Sexto quando. (4.) Concil. Later. s. 9. Navar. in Manual. c. 12. n. 83. (5.) Concil. Later. l. c. Navar. l. c. Lessius. de Just. l. 2. c. 45. dub. 5. in fine. (6.) Tolet. l. 4. c. 13. n. 7. Sa. V. Blasphem. Sanchil. c. n. 45. & lib. 3. c. 4. n. 11. (7.) S. Thom. 2. 2. q. 98. ar. 1. ad 1. (8.) Sorus l. 8. de Just. q. 2. art. 3. & de cavendo juramenti abusu. c. 12. (9.) S. August. 10. 4. lib. de mendacio circa medium. (10.) C. Quicumque 6. q. 1. (11.) S. Thom. Quodlib. 1. ar. 18. Sorus l. 8. de Ju. ar. 3. Sanchil. 3. in Decal. c. 5. n. 37. (12.) C. Prædicandum. 22. q. 1.

\*\*\*\*\*  
CAPUT X.

*Quid agendum Confessario cum ijs, qui tenentur facere restitutionem.*

**A**lterum vitium, mius diabolicum, sed non minus obstinatum, est Avaritia, sæpius in sacris litteris appellata

*servitus idolorum.* Est enim Avarus par Idololatæ, non solum ob materiã quam adorat, aurum videlicet, sed etiam ob affectum, quo illud colit, nempe super omnia: unde quotidie cernimus, affectui huic cedere debere quemcunque alium; & si amari voluptatis homo postponat parentes, utilitatis studio etiã odio prosequetur, & pro hostibus habebit filios. Quare nescio an maior ullum sit invenire durius & contumacius, illo, qui rem possidet non suam. Quamcunque aliam figuram facilius illi poteris imprimere, quam cordati alicujus Zachæi, qui non dicat, Reddam, ut hodie mos habet; sed Reddo, Et re ipsa experieris, in tam duro opere sæpius fersi aciem retuendi. Jejunavit Achab, servidi Prophetæ minis territatus, substrato dormivit cinere, vestem regiam permutavit cilicio, capite in terrã inclinato luctum præsetulit, veruntamen vineam Nabotho ereptam non restituit. Adeo verissimum est, inter fructus dignos pœnitentiæ, hunc esse ultimum, qui maturescat.

Sed ut ad remedia veniamus, quæ conducant ad eundem obtinendum, majoris claritatis gratiã, distinctionem hanc præmittemus. Vel obligatio, quã pœnitens constringitur ad faciendã restitutionem, est manifesta, vel dubia. Si est dubia: quando tibi non fidis ex improviso litem cum autoritate decidere, differ tantisper, dum casum penitiùs examines, aut consilium exquiras; vel tandem potes (si Pœnitens verè appareat paratus ad præstandum id, ad quod obligatur) eum absolvere, datã tamen tibi promissione, se consulturum viros doctos, ac quod ipsi



visum fuerit; reipsa executurum. (1.)  
 Quod si è contratio obligatio certa est,  
 video te in grandi verlati labyrintho,  
 modico instructum filo ad inveniendum  
 exitum. Ratio est, quia si Pœnitentem co-  
 gas præmittere restitutionem Absolutio-  
 ni, videris uti extremo rigore, & ipso Ju-  
 re ad inferendam injuriam abuti. *Sum-  
 mum jus, summa injuria.* Si verò absol-  
 vas, sponfione accepta restitutionis  
 promptè faciendæ, casus erit admodum  
 rarus, ut flores isti fructus afferant. Ecce,  
 finita Confessione, *quasi Oliva proijci-  
 ens florem suum. Job. 15. 33.* Quippe non  
 est difficile, an mo concipere restitutio-  
 nem, at factò ipso implere, id perquam  
 arduum videtur: adeò ut nonnulli instar  
 elephantis, sine fine cunctentur in lucem  
 edere patrum, ac tandem mirum est, si  
 post longum tempus non etiam patiantur  
 abortum. Non sibi timuit Pharaò à  
 feminis Hebræis, sed solummodo à mas-  
 culis; hinc permittebat multiplicari pu-  
 ellas, quantum volebant; cum è contra-  
 rio infelices pueruli non sinerentur vi-  
 vere vel unicam horam, *Quidquid mas-  
 culini sexus natum fuerit, in flumen  
 proijcite; quidquid feminini, reservate.*  
*Exod. 1. 22.* Hoc ipsum agit diabolus,  
 Multiplicentur verba, quæ sunt feminae,  
 tantummodo submergantur Opera, quæ  
 sunt masculi. Quare hoc age; si decreveris  
 impertire Pœnitenti Absolutionem, persua-  
 sus bona voluntate, quæ præfere, saltem  
 memor sis; ut præfigas ipsis tempus resti-  
 tutionis, modumque præscribas. Modum  
 quidem, nam si creditores sint ceteri, non  
 licebit eam facere pauperibus nomine e-  
 leemosynæ, aut Sacerdotibus, ut legant

Missas; sed tradat tibi pecuniam aut alteri  
 homini fido, ut securè in manus veri do-  
 mini perveniat. Tempus verò desig-  
 nandum est; Nam promissiones indetermi-  
 nate, *restituam*, non ita fortiter contrin-  
 gunt, uti aliæ, restituam intra hoc tem-  
 poris spatium; præsertim si SS. Euchari-  
 sticæ sumptionem interdixeris, quousque  
 restitutio fuerit peracta, aut à creditore  
 per alium obtenta dilatio.

Hæ limitationes solummodo locum  
 habent ijs in casibus, in quibus res aliena  
 non actu est in potestate Pœnitentis; ali-  
 enim suadeo, nõ conferre Absolutionem  
 illi, nisi quamprimum hanc præmiserit.  
 Quamdiu noxius cibus indigestus haurit  
 in stomacho, facilè eicitur per vomitum;  
 at quando per concoctionem in chylum  
 convertitur, & ex hoc in sanguinem, ac  
 denique in ossa, vix ulla medicina est  
 amplius valebit extrahere. Simili modo  
 in re ablata, si expectaveris, donec à Pœ-  
 nitente consumatur, atque ad sustentatio-  
 nem familiæ usurpetur, num proderunt  
 sperare potes, unquam securam restituo-  
 tionem? Quòd si antehac jam placuit  
 Confessarijs hanc promississet, sed deo  
 culpabiliter fefellisset, memor esto verbi,  
 quæ supra de relapsis diximus, & nisi in  
 præsentis circumstantiæ excoordinatè  
 compunctionis cogant aliud agere, libet  
 ei nega Absolutionem, (2.) duplici exco-  
 sa, uti alio in loco expendimus. Primum  
 quia nemo tales potest prædèter judica-  
 ritè dispositos obiteratam sapienter in-  
 solitatem, juxta celeberrimam S. Augustini  
 doctrinam: *Si res aliena reddi possit, &  
 non reddatur, penitenti non agitur, sed  
 simulatur.* Et quid hoc aliud est, quàm

SEGNE  
 Conciiones  
 Instructio  
 Pœnitent  
 Confessarij  
 Parochi

imitari crocodilum, qui dum plorat, devorat, & prædam, quam dentibus apprehensam tenet, suis perfundit lacrymis? Deinde, quia, tamen tales bene essent dispositi, & ex animo sincero loquerentur, non debet ipsos Confessarius relinquere in proximo periculo relabendi in consuetam omissionem; sed, quando Confessio dilationem admittit, debet eos constringere, atque præmissâ debitâ restitutione, in tuto extra omne discrimen constituere. Hac ratione Sacramenta fiunt salutaria, & non perniciosâ. Postquam soluta est obsidio, censent periti Medici, non esse præbendum cibum desideratum longam famem perpessis, antequam stomachus expurgetur. Ratio consilij hujus in aperto est, quia per continuam talem inediam, ventriculus alimenti avidus, toto ex corpore humores noxios attrahit, quibus si commisceatur cibus, nutrimentum convertitur in venenum. Pari cautela utendum est in hac cura: & quando Pœnitens ex immodica habendi fame, longo jam tempore conscientiam alienis bonis oneravit, primùm adigendus erit, ut animam mundet, & levet crassis istis humoribus, & tum ipsi porrigendum erit salubre Sacramentorum nutrimentum; alioquin cibus intempestivè sumptus mutabitur in venenû, & brevis sanitas, quam infirmo communicas, subsequente relapsu magis reddetur deploranda. Verum est, quod, quantumvis hic atque alibi tam asseveranter edixerim, negandam esse interdum aliquibus Absolutionem; Nolui tamen ita existimes dictum, quasi verò cupiam magnopere te pronum esse ad vibrandum ictum, quo gravior à Con-

fessarij manu infligi nequit, & cujus proinde gravitas bene prius ponderanda, ut justitiæ congruat. Vide, quid cælum agat, quando parat ejaculari sagittam; prius se nubibus operit, veluti in signum mæstitiæ. deinde, si fulmen jaciendû est, minas præmittit tonando, ut appareat, quòd equidem feriat, mallet tamen non ferire. Similem mœrorem prudenter tu quoque demonstrabis, priusquam ad tam funestam executionem descendas. Differ Absolutionem, non nega; & quando neganda erit, fac ut intelligat Pœnitens, hoc esse remedium expedientissimû præsentî suæ indispositioni adhibendum: dic illi, quòd fatius esse judices, eum contristare cum emolumento, quàm nimîâ indulgentiâ decipere; suavissimis verbis mel illine aculeo; atque ostende, repulsam hanc (refutatis, quos attulerat, prætextibus) non ex odio provenire, sed amore.

Verùm necdum tibi primarium punctum earum difficultatum exposui, quæ circa Avaritiæ curam accidunt. Humor ille tenacissimus eosdem post se trahit effectus in ijs, qui illo sunt involuti, quos pituita in paralyticis. Subinde membra moveri prohibet, subinde præter motum etiam sensum extinguit. Quid dicam? Incides in nonnullos, qui plus amant pecuniam, quàm conscientiam, & que cum stollida illa Tribu zernum abdicabunt possessione terræ promissæ, dummodo statim ac impræsentiâ sterili agro possint frui cis Jordanem. Incapaces omnino sunt intelligendi propriam obligationem, & si tandem capiant, volunt satisfacere per Testamentum, tanquàm non possent esse frugi, veluti viperæ, nisi post mort-

mortem. Paralyfis ista, quæ sensum opprimit, non ita frequens est morbus, est tamen in plerisque lethalis, aded ut nisi virtute Orationis ad sanio rem mentem revocentur, ac respiscant, parùm de eorum salute liceat sperare. Alij è contrario non sunt orbatifensu, sed movere se nequeunt. Probè intelligunt suam obligationem, credunt, fatentur, atque etiam ei cupiunt satisfacere, sed vires illos deficiunt; non possunt. Quàm difficile est penetrare atque discernere, quando istud *Non possum* proveniat ex debilitate virium, & quando ex infirmitate voluntatis oriatur! Inquire, an lufai sint dediti, adeant spectacula, frequentent popinas, deprehendes sæpenumero dimidiã partem illius, quod bibendo ac ludendo dilapidant, expungendis eorum debitis suffecturam, & tamen dicitur, *non possum*. Perge indagare in statum creditorum: sunt hi frequenter pauperes, quibus lautius instar convivij forent reliquæ mensarũ, quæ à debitoribus instruantur. Postquã insigni rapacitate devorant inopiam, juxta illud *Ps. 13. 4. Devorant plebem meam, sicut escam panis*: Et in silentio depasti sunt minutis, at assiduis gravaminibus, ut loquitur Ecclesiasticus c. 13. 23. *Pascua divitum sunt pauperes*, prodigunt cum luxu, si non etiam cum lascivia id, quod pauperibus tenerentur dare tanquam mercedem, speciosis sibimetipsis illudentes titulis, quos in schola Avaritiæ didicerunt: quod non teneantur restituere cum detrimento proprii status. Scio ipse, quod, quando status non obtentus fuit crevitque per injustitias, non sit obligatio eundem minueudi, quò satisfiat q-

mnibus. Verumtamen hoc locum non habet, neq; cum sumptus sunt superflui neque cum pauperis creditoris incommodum (qui expectat) est æquale; multò minus, si excedit in commodum debitoris, qui tardat satisfacere. (3.) Denique in bilanci impostum istud *Non possum* amittimus juxta pondus Sanctuarij, visibis, quantæ sit tenacitatis. Non possum, nempe dicere vult, plus mihi afferret utilitatis, si differrem: interea lucrose se offeret emptionis opportunitas, iniquitate potero instructus illi contractui (4.) Atque in hoc tota consistit impotentia, quæ laborant isti paralytici, non se valent movere, immemores illius, quod dicitur sapiens, *Si dixeris: vires non suspicant, qui inspector est cordis, ipse intelligit, & servatorem, vel ut alij inter presentes, observatorem animæ tuæ nihil fallit. Prov. 24. 12.* Verbo, res aliena est veluti torpedo, quæ manũ quã apprehenditur, continuo reddit languidam. Atque hinc omni contentione rogant sibi prelegari tempus, sollicitando, veluti qui molitiosè litigant, dilationem in tali causa, quam desperant pro se decidendam. Non veris proinde, non esse in tus potestatem concedere inducias: quia non solum illud est, alteri quidquam subripere, sed æquè vetitum, illud retinere. (5.) Neque lex divina solummodo malè parta reddi jubet, verùm etiam, ut quamprimum fiat, præcipit, quod moraliter præberi potest eo modo, ut, si nequeat restituimul, reddatur per partes. Quare diligere fare in istis ordinationibus, & indulgere morã ei, qui modò suo potest satisfacere debito, non est penes Confessarium, sed

SEGRE  
 CONFESSIO  
 INSTRUCTIO  
 PENITENTIA  
 CONFESSIO  
 PAROCHIA

definitur à sola & vera necessitate, nisi tales adessent circumstantiæ, in quibus prudenter posses præsumere creditoris consensum, dilationem hanc non ægrè sustinentis. (6.)

Subjungamus duo monita, quæ in praxin reducant generalem doctrinam hæcenus traditam. Primum: quando occurrunt graves difficultates cum hujusmodi Avaris & tenacibus, qui magis à sua possidentur pecunia, quam ipsi eam possident, stude illas expugnare Oratione. Imò etiam, si absolveris pœnitentē, propterea quòd promiserit reddere tempore, quo debet, consultum est præscribere pœnitentiæ loco, ut subinde per illud intervallum precando confugiat ad Divinam Majestatem, vel patrociniū Deiparæ, sollicitandæ gratiam standi promissis, & cum fide exequendi: quippe restitutio ista similis est palmarum fructibus, qui nunquam sponte decidunt, sed violenter sunt avellendi. Alterum monitum est. Quando Pœnitens est in bona fide, vel quia credit, se nihil debere: vel quia existimat se solum teneri ad partem, & non ad totum sive in solidum; vel quia judicat. satis esse, si per plures solutiones restituat debitum, quod per unam potest: si non adsit probabilis spes fructus, relinque ipsum in tali ignorantia salutari (7.) dummodo hæc sit invincibilis ex eo, quòd nullam habeat causam dubitandi de sua obligatione. (8.) Utinam non esset quandoque majoris laboris efficere, ut horum aliquis malè possessas opes ex avidis faucibus rejiciat, quàm curare, ut elephas exagitarus excussus abur à se abjiciat. Itaque noli illos imprudenter præ-

R. P. Segneri Instruct. Confessarij.

mere, nisi priùs advertas, te utcumque esse securum de præda obtinenda. Nisi enim ignorantia, in qua vivitur, coram Deo excuset multas hujus generis transgressiones, necesse erit magnum numerum orbis Christiani damnari. (9.) sed, uti sentit S. Augustinus: *in quibusdam homo fallitur magno malo, in alijs parvo, in alijs nullo, in alijs etiam utiliter.* In *Enchir.* c. 19. Et hoc ipsum scire juvat, quòd in præsentia accidat. Quare necesse est, ut circumspicere agas, quando ob incertitudinem creditorum, restitutio solum faciendâ erit pauperibus. Nam probabilis est opinio, pœnitentem his obligatum non esse lege naturali, sed positivâ (10.) ac propterea erga ipsum licet uti majore favore. (11.) Imò tamen non esset in bona fide, complana ei viam, quantum potest: suadendo, si quantitas est major, ut procuret honestam compositionem ab eo, penes quem est concedere; si verò ea sit exigua, ut applicet solitas eleemosynas, quæ fiunt in illius domo; vel ut condonet tantumdem alicui inopi suo debitori, quantum tenebatur distribuere inter pauperes, siquidem tantò expeditius est cedere id, quod quis necdum habet, quàm privare se illo, quod quis possidet, quantumtò facilius est non deglutire hamum, quàm eundem revomere.

Restaret nunc, ut quidpiam dicemus de alia restitutione alterius rei, longè pretiosiore, nempe famæ. Restitutio, fateor, est maximè necessaria, verùm tam rara, ut qui illam etiam cupit præstare, vix faciat perfectè. Accidit enim Maledictis, quod maleficis in Ægypto apud Pharaonem, versus in serpentes virgis, de-

H  
fos-

formant eos, qui misericordes sunt ac pudici, ut videantur esse avari, libidinosi; non autem rursus mutant serpentes in virgas, reddendo infamatis quam abstulerant, formam pristinam & famam. Opus hoc est altioris virtutis, qualis in solo Moysse inveniebatur. Sed ego hic aliud non intendo, quam ut tradam aliquas observationes, quæ praxi subserviant: dicam proinde breviter id, quod in ista materia maximè videtur considerandum. Qui malitiosè alterum cum injuria infamavit, tenetur retractare magno rigore, quo non obligatur is, qui solummodo manifestavit crimen aliquod occultum: Nam prior infamatum privavit dominio suæ famæ, cum posterior abstulerit duntaxat possessionem. Quare in isto casu non sufficit plagæ speciosam tantummodò adhibere medicinam, laudando scilicet, sed necesse est revocare efficaciter verba propria, etiam cum dispendio famæ, non solum æquali, sed etiam aliquantò majore. Unde si necessitas postulet ad obtinendam fidem, fatendum erit, se fuisse mentitum, deposito etiam juramento seu privato seu publico, juxta negotij conditionem. (12.) Verum est, revocationem hujus criminis in quadam circumstantia fieri posse per tertiam personam autoritate præditam: qui modus commodus est ad restitutionem hanc reddendam faciliorem ei, cui nimium difficile videtur, ore proprio refarcire damnum. Ut ergo quisque sibi caveat à tali scelere, studeat maturè perpendere ejus gravitatem, quæ longè superat malitiam furis: cum detractores sint fures, sed tantò nocentiores, quantum præstantius ipsis divitijs bonum proxi-

mo abripiunt. *Melius est nomen bonum, quam divitiæ multa.* Prov. 22. 1. Certum est, illos ab Apostolo annumerari in miseris, quos pro gravissima poena Deus permisit cadere in reprobam sententiam, & in tam funesto catalogo discretè appellavit Deo exosos, *Detractores, Deo odibiles.* Rom. 1. 30. Fortassis quia directè ferunt naturam Divinam, quæ est infinita benignitatis in tolerandis hominum delictibus. Hoc autem multò magis eveniret, si detractio conjunctum esset odium adversus infamatum, ut certitur in plerumque, qui veluti canes rabiosi non solum in ore habent dentes ad mordendum, sed venenum quoque vulnere infundendum. His demonstra, ex clarioribus signis reprobationis censei, delinquent esse charitate. Siquidem, uti S. Augustinus colligit ex S. Joanne, *Sola dilectio discernit inter filios Dei, & inter filios diaboli.* At qua ratione apud illos inveniri potest charitas, quando hæc operum aliorum peccata, ipsi verò revelant? *Charitas operum multitudinem peccatorum non.* Pet. 4. 8.

Denique notandum est, quòd inconsideratio, inclinatio, vel pravus habitus, quem contraxerunt in revelandis aliorum criminibus, faciant, ut aliquando in confessione sine necessitate nominent compo-  
cem peccati. Quare nisi hoc facerent cogatur i te, ut eum corrigas, vel impendatur aliquod malum disturbatur. (13.) ne feras hanc ignorantiam, quin admonitas alias se solos accusent, ac propria mentelena aperiant peccata. *Iustus accusatur est sui.* Prov. 18. 17.

(1.) Lugo de Punit. dist. 22. sect. 4. 7. 11. 12.

71. Henric. l. 6. de Pœn. c. 26. n. 9. Coninck, di. sp. 9. de pœn. dub. 16. n. 126. Nav. in Sū. c. 26. n. 3. (2.) Tolet. l. 3. c. 17. n. 4. Caj. V. Rest. c. 7. in fine. Nav. c. 17. n. 64. c. 26. n. 5. Suar. di. sp. 32. f. 2. n. 3. Azor. 3. pl. 4. c. 34. De Lugo de Inst. 10. di. sp. 20. sect. 9. n. 213. Bonac. de restit. di. sp. 1. qu. 6. pu. 1. n. 18. Et alij communiter. (3.) Laym. l. 3. tr. 2. c. 11. n. 2. Navar. in Sum. c. 17. n. 59. Less. l. 2. c. 76. dub. 1. n. 19. Cajet. V. Restitutio. (4.) Navar. Cajet. Less. l. c. (5.) Navar. in Sum. c. 17. n. 54. Cajet. V. Restitutio. Molin. 10. 3. tr. 2. di. f. 753. n. 2. (6.) De Lugo. l. c. n. 214. (7.) Sanch. de Matrim. l. 2. di. sp. 38. n. 10. Io. Medina. C. de Conf. tr. 2. qu. de conf. dimidiata iteranda. Lugo de Pœn. di. sp. 22. sect. 2. n. 26. (8.) Sanch. in Decal. l. 1. c. 16. n. 21. Vasq. 1. 2. q. 24. ar. 7. di. sp. 107. c. 3. (9.) Petr. Navar. l. 4. c. 4. dub. 11. Dicastil. l. 2. de restit. tr. 2. di. sp. 19. dub. 1. (10.) Laym. l. 3. tr. 2. c. 9. n. 1. Less. de Inst. l. 2. c. 14. dub. 6. n. 36. Petr. Nav. l. 4. c. 1. n. 44. (11.) Laym. l. c. c. 12. n. 13. (12.) Less. l. 2. c. 1. dub. 20. n. 106. De Lugo 10. 1. de Inst. di. sp. 15. f. 2. n. 24. 25. Navar. Man. c. 18. n. 45. (13.) De Lugo de Pœn. di. sp. 16. f. 7. n. 429. Suar. de Pœn. di. sp. 34. sect. 1. n. 3. 4. 5.



### CAPUT XI.

*Quomodo à Confessario dirigendi sint ij, qui implicati sunt odio, & inimicitijs.*

Postquam plagas superioris partis Animæ curavimus, descendamus nunc ad curanda vulnera inferioris, quam in ita scibili quidem appetitu inficit vindi-

ctæ cupido, in concupiscibili Impudicitia lues. Initium sumamus à prima, Non mihi hoc loco sermo est de quibusdam hominibus sanguinarijs, qui omni momento meditantur cædes, latrocinia, & ruinas. Hoc genus spirantium vindictam raro in tuo tribunali apparebit; novit enim perspicue, malam se habere causam. Loquor de ijs, qui cuperent, si fieri posset, cum Angelo illo Apocalypico pedem unum ponere supra mare, alterum in terra; seu quod idem est, una ex parte nollent condonare, ex alia vellent peragere Confessionem; itaque seipos & Confessarios fallunt verbis speciosis, nulla mixta veritate. Ajunt, se jam à longo tempore injuriam suis inimicis remisisse, & si illos in silva invenirent dormientes, se ne quidem somnum disturbaruros, muld minus offensuros. Hujusmodi sermonibus persuasus crederes, Dav. dem ab illis hausisse conscientiam, quâ formidabat oram vestimenti præcidere illius, quem vitæ suæ habuit insidiatorem. Sed advertite, quod hoc genus serpentum venenum gerat in corde, non ut ceteri sub lingua. Perge, & animum adde, ut tibi illatæ injuriæ ferri exponant; in una periodo appellabunt eos proditores sapius, à quibus offensus fuerunt, & injurias dicent proditiones. Unde ex tali halitu facile colliges malignitatem, quæ juxta Sapientis dictum in fundo residet: *Ira in sinu stultis requiescit. Eccles. 7. 10.* Percontare, an adversarium suum alloquantur; id verò, dicent, procul absit! nimias esse injurias, quibus offensus sint. Quære an prius salutati saltem reddant salutem? ne hoc quidem; jam enim palam, tum offensori ipsi,

ipſi, tum toti ejus familiae & cognationi enunciatum eſſe, ne quando auferent ſe coram comparare. Intelliges, quòd, ſi eminus ſibi occurrentes conſpiciant, in aliam deſteſtant viam. Imò ne ipſum etiam templum cum ipſis habere volunt commune, ne forſè in eorum conſpectu veniant, tamen ipſo actu Deo ſunt ſupplices. Et hi ſunt ipſiſſimi, qui multis annis Confeſſarijs videri volunt columbae ſine felle, & tanquam columbae ſincerè paſci Sacramento Pacis. In veritate columbae ſunt ſeductae.

Porro in cura malignae hujus bilis ad ipſam veniendo radicem, ſupponendum eſt, præcepto charitatis, quo tenemur nõ odiffe inimicum, (*Non oderis fratrem tuum in corde tuo. Levit. 19. 17.*) prohiberi quoque ſignum latentis odij. (1.) Ratio eſt, quia hæc ipſa indicia jam ſunt pars vindictae: & licet alia deſint, præbent adverſario occaſionem ſimilem exercendi Inimicitiam, ſuntque paſſim ſcandalo. Cogita quempiam Confeſſionis gratiã ad te venire, ex eorum Pœnitentũ numero, qui hujusmodi venenatæ aſpidis ova in ſinu fovet; in primis rogabis, quantum temporis fluxerit, quo tali affectus fuit injuriã. Odium enim torrentis inſtar tantò turbidius, quantum longius procurrit, ſolèque ex repetitis actibus intumeſcere & augetur. Tum interroga, an deſideret malum aliquod evenire inimico; negabit, ut moris eſt. Deinde cum per externa prodantur interiora, procede ad ſigna, quorum præcipua aperiet lingua, ſicuti cor proditur per arteriæ motum, qui eo languente, ſubito ſolet perturbari: Fuiffine locutus cum Adver-

fario tuo, aut altero, qui ipſum antea  
 Obſervandum hoc loco eſt, quòd, tamen ſermocinatio & ſalutatio ex natura ſua ſigna ſunt ſpecialia benevolentiae, debita proximo nõſtro ſolum ex conſilio, non præcepto, in praxi tamen ſæpe circumſtantiae mutant naturam. Quando inimicitia eſt publica, quando Pœnitentia antehac ſolita eſt ſalutare, & alioquin ante acceptam injuriam; ſi deum irmones miſceat cum ceteris ſuae civitatis, aut vicinis, omnèque ſalutet; tenent (2.) eadem quoque edere indicia (quae non amplius ſunt ſpecialia, ſed communia ſigna charitatis) atque exhibere ſua Adverſarijs: ſecus, hoc ipſum, ut ſuperior memoravimus, eſt vindicta; quia injuriam inferit, & præbet occaſionem ſcandalali Adverſario, imò omnibus, qui illud advertunt. Verum eſt, ordinariè Pœnitentem non eſſe obligandum, ut ſalutatio præveniat, quando notabilem accipit injuriam, aut quando illius conditio multum excedit conditionem conviſtoris; multò minus, quando quodammodo certum foret, quòd ſalutatio non eſſet reſponſum dandum. (3.) Verum obſerva, te in hac lite uni ſolum partemque autem accommodare, unde difficile ſit in ſerendo judicio falli. Propria credendum quidè eſt relationibus Pœnitentis, tanquam reiſa ſinceris; ſed ſicut oportet, quòd in quocunque tribunal argumenta propria vivis proponi ſolent coloribus, Adverſarij autem ſubſeſcure ſolum delineari. Et quare, quid fieret, ſi Pœnitens non tantum non ſalutaret prius, ſed ne quidem reſponderet, nihilominus tamen inveniret Confeſſionem

rios tam benignos, qui scandalosam hanc duritiem condonarent? Manifestior hic est obligatio, quia si is, qui salutatus prior renuit salutem reddere, non multò superior est, seu conditione, seu officio, aut quoddam præcedens injuria ita levis fuerit, ut non possint ipsi adscribi hæc omissiones, gravem illæ contemptum ex natura sua spirabunt, suntque insignis violatio non solum præcepti urbanitatis, sed etiam charitatis. (4.) Imò etiam quando permixtum est superiori non loqui, & non salutare, non tamen ei licitum est semper, sed ad tempus duntaxat; cum mensura pœnæ debeat respondere delicto, neque durare perpetuò, ne degeneret in vindictam, Hinc licet absolvi possit paterfamilias, qui per aliquod temporis spatium non resalutat filium, quod is contraxit nuptias toti familiæ ignominiosas, nihilominus absolvendus non est, si illud diutiùs continuaret. (5.) Nam si licitum ipsi est esse severum, ad continendos in officio ceteros domesticos, non tamen licitum est esse crudelem. Quandoquidem igitur in hac materia longiùs sumus progressi, faciliè judicabis, haud multò secùs differendù esse de ijs, qui pacem respuunt inire per publica instrumenta. Nam tamen si charitas non imperet talem pacem, sed solum suadeat, nihilominus faciliè potest contingere in praxi, ut Pœnitens aliquis sit obligatus ad eam componendam, quando saltem post æquum temporis intervallum debitis modis fuit postulata. Idque præcipuè in duobus casibus; quando vel populus rationabiliter scandalizatur ob tantam difficultatem & duritiem. (6.) Vel

quando is, qui offensus est, aliter nequit ex corde efficaciter evellere odium, ( uti quotidie contingit ) neque aliud suppetit balsamum ad sanandam plagam exulceratam sui rancoris, nisi hujusmodi perfecta reconciliatio. (7.) Atque super istas rationes credibile est, fundatas esse justas pœnas, ab antiquis Concilijs contra illos latas, qui etiam extrinsecam pacem rejiciunt, Concilium IV. Carthaginense statuit, ne ab Ecclesia eorum reciperentur elemosynæ. (8.) Concilium XI. Toletanum præter hanc ipsam Ordinationem, etiam illis interdixit S. Communionem. (9.) Agathense etiam ulteriùs progressum est, voluitque, ut tanquam putrida membra per Excommunicationem ab Ecclesia rescinderentur. (10.) Id præ reliquis clarè ostendit, quoddam, quando Author offensæ se submitendo etiam debitam offert satisfactionem, tamen si ob justam causam privatam omittat dare scripto pacis in itæ testimonia, non possit tamen offensus intermittere, quin talia edat signa reconciliationis, & remissionis, ut is vi illorum liber vivat à metu vindictæ. (11.) Nec mihi objicias, posse à Pœnitente negari pacem, hic relatam, solummodo ob motivum laudabilem æquitatis, hoc est, ut captivetur reus, neque cursus Justitiæ impediatur, quæ sublata à republica, teste Philosopho, vitæ civili eadem pareret detrimenta, quæ vita naturalis pateretur sole extincto. Mirum profectò est, quod cum homo ad eò abhorreat ab alijs falli, non vereatur tamen sibimetipsi imponere. Potest (quis dubitat?) Pœnitens licitè ex tali motivo operari; sed non continget, ut statim hoc sit motivum, ex quo pro-



cedit, nisi in casu admodum raro. (12.)  
 Dic mihi, si navigium aliquod à spūppi  
 habeat impetuosum Vulturnum, quo  
 provehatur in altum, eo ipso quoq; tem-  
 pore affletur placido proa Zephyro:  
 uter ex duobus his ventis habebit gloriā  
 propulsæ molis? haud dubiè is, qui fuit  
 vehementior. Fieri quidem potest in ra-  
 riore casu, ut peritus Navarchus mode-  
 ratione clavi velorumque flexu ad eò ju-  
 vetur, ut prosperè utatur suavi ventulo,  
 ac petrumat impetuosum. Verùm tam-  
 en si labor talis uni experto gubernatori  
 feliciter succedat, non idcirco quocun-  
 que tempore ex simplici remigum turba  
 aliquis similem sibi polliceri poterit e-  
 ventum. Pari modo evenire poterit, ut  
 Religiosus à primis annis assuetus luctari  
 cum rebellium affectionum tempesta-  
 te, meditæ contemplationis fervore  
 iracundiæ impetum subigat, amèctque  
 poenam Adversarij (licet parati quidvis  
 præstare, satisfacere, seque submittere ex  
 puro Zelo manifestandi coram mundo  
 Justitiā, velut qui desideret privā suā  
 faculā Soli auctarium lucis adijcere. Ve-  
 rùm ut quispiam ad omnem exurgens  
 passionis ventum mobilis, hinc violenter  
 impellente irā, veluti turbine, illinc in-  
 vitante suavi Justitiæ aurā, inclinet vo-  
 luntatem ad obsecundandum motivo  
 virtutis, cujus tenuis est turbato animo  
 dominium, potiùs quàm ad parendum  
 vitio tyranno, quis credat? Neque ullus  
 qui hoc affirmat, id crederet, nisi irā, quæ  
 est brevis furor, eum rationis lumine pri-  
 varer. Sed quid dico? Quemadmodum  
 populi viciniore polo Arctico tum de-  
 mum infelicitatem congelatæ suæ terræ

agnoscunt, cum nostras Infrant regiones  
 ita hi miseri, quando ex frigore invetera-  
 ti sui odij, beneficio sinceræ pacis ad tem-  
 peratam Christianæ charitatis aram  
 transeunt, tunc demum, si non prius, mu-  
 lum suum statum, in quo versantur, agnos-  
 cunt, fatenturque sincerè, duriciam suam  
 non fuisse fundatam in affectu rectitudi-  
 nis, sed acerbitate rancoris; agnoscunt  
 Numini gratias, quòd extracti sunt è illi  
 statu, in quo rectā viā ad orcum tendebant,  
 & damnationem, quo tamen nobis  
 aspiciere, ne timerent. Testis huius-  
 modi fallaciarum singularis esse poterit,  
 qui Missionibus diutius navat operam:  
 etenim ex occasione frequentissima, qui  
 tractatur de pace tum conciliandā tum  
 concludendā cum divina gratia, eorum-  
 di sæpe audiuntur sermones, ut bene pos-  
 spiciatur, quantum circa hanc materiam  
 distent à veritate in praxi quædam pro-  
 positiones, quas ego nolim hic negare ut  
 verissimas, si speculativè & in abstracto  
 considerentur.

Sed ut redeamus ad semitam. Si in Pen-  
 nitente desideres debita charitatis legem,  
 ne multus sis in persuadendo ipsi, hoc  
 indicio veluti fumo, prodi latentem in  
 sinu ignem; sed simula te credere, cum  
 verè ignovisse; atque in hunc modum  
 urge: Adversarius tuus neque inspicere  
 cor tuum tam sincerum, proinde necessè  
 est, ut opere illud ostendas: quem admo-  
 dum facit horologium, cui parum pro-  
 dest, intus ordinatè habere rotas dispo-  
 sitas, nisi hoc extrinsecus quoque demon-  
 stre, sive indice, sive sono. Quod si ob-  
 stinatè renuat edere hæc signa, simulque  
 ultimam inferre stragem effrazit iræ. ge-  
 missis

minas tibi represento machinas ad promovendam expugnationem. Prima est, applicare id, quod supra de Oratione attulimus. Præcipe, ut per aliquod tempus quotidie aliquoties à Deo postulet gratiam, roburque seipsam vincendi, & videbis quòd sit impetraturus. *Si vos, cum sitis mali, ait Dominus, vestris bona data dare filijs vestris, quanto magis Pater vester de celo dabit Spiritum bonum petentibus se? Luc. II. 13.* Altera machina erit, præscribere Pœnitenti aliqua exercitia charitatis, ad quæ aliàs non adstringitur: quia sicuti arcus diu curvatus ad rectitudinem nequit reduci, nisi is in oppositam partem flectatur, ita animus pravo imbutus habitu reduci nequit ad virtutis mediocritatem, nisi per aliquem excessum actûs supererogatorij. Quare impera, ut aliquoties Deo ac Beatissimæ Virgini comendet salutem sui inimici; curet pro ipso fieri aliquot Missæ Sacrificia, vel saltem audiat, erogat certam elemosynam, ac tum redeat ad recipiendam Absolutionem. Et quoniam verba ista huic hominum generi peregrinam atque incognitam videntur sapere linguam, cura ut intelligat, ita sentire Christum Salvatorem, qui Cruci suffixus oravit pro ijs, qui ab illo beneficijs affecti, nihilominus inferebant: itaque restari exempla omnium, qui veri sunt Christiani. S. Catharina Senensis suxit pus ex pectore cancro infecto suæ calumniatricis. S. Ambrosius stabilem assignavit victum euidam sicario, qui ei necem moliebatur. S. Achatius sacra quoque vasa vendidit, ut nonnullis succurreret, à quibus graviter erat diffamatus. Non desunt nostris

temporibus equestris ordinis viri, qui lethaliter vulnerati, testamento dotarunt filias omnes suorum ignobilium percussorum. Per hæc exempla, ex quibus elucet charitas Christiana instar myrtæ, propinantis salutem ei à quo læditur, viam sternes tuis consilijs, commovendo Pœnitentem, ut non modò iram intra septa contineat, verùm etiam foras erumpat, instar salutaris Nilii eluvie plenâ gratiarum, quæ inimicos iriaget & perfundat. Non auderem tibi suggerere ejusmodi remedium, utpote primo aspectu admodum difficile, nisi experientia illud declarasset, ut ita loquar, miraculosum, in mitigandis exasperatorum animis: erga quos studiosè cave ab omni verborû austeritate, ut nec umbra appareat, quæ te ex Judice Advocatum partis adversæ factum esse ostendas. Potius te ob acceptam injuriam eis compati, benignè demonstra: sine illos conqueri, sine exaggerare, neque facilè in hoc eos gravis culpæ argue. Maximè verò humanum ac suavem te præbe, quando injuria est recens, & injuriæ illator est facinorosus; quando offensus, si exasperaretur, majore impetu convolaret ad vindictam, vel quia viribus prævalet, cum sit ex potentioribus, vel quia est ferventior, cum sit multò infirmior; siquidem ad vindictam etiam viperæ magis solent esse præcipientes, quam Leones. Denique tuarum erit partium, tuum Pœnitentem ardentè commendare Deo, atque celebrem illum imitari artificem, qui reflexis è speculo solaribus radijs, etiam procùl diffitas Romanorum naves, quæ obstinatè portum Syracusanum obsederant, accendere no-

verac

verat & comburere. Rarò continget, ut tot ac tantis adhibitis industrijs irritò conatu, non cujuslibet demum expugnes animum.

Quòd si nihilominus in tam ferum Basiliscum incideres, qui solus ex serpentibus se non pateretur vinci incantationibus, atq; diligenter, & deprehendes, plerumque talem vitæ esse inhonestæ. Testantur hoc experientia & ipsa ratio; cum enim vitia in genere ita inter se sint connexa, ut unum alteri manum præbeat, ne ab anima abstrahantur (quemadmodum dæmones, junctâ operâ sese juvant, ne à corporibus, quæ occupant, cogantur emigrare) multò magis speciatim Concupiscentia quæque secum tenet iracundiam; cum summa illa mentis cæcitas, quæ est (teste Doctore Angelico) filia luxuriæ, sit mater furoris, atq; communiter faciat, ut qui plùs sunt effrenati, plùs etiam sint effrenati. Sed quæcumque sit origo insolitæ hujus duritiæ Pœnitentiùm, tu noli cœpto desistere. Emulare margaritarum piscatores, qui etsi unicâ solum porianur, sat benè se multorum dierum laboris pretium reportasse existimant. Quòd si ad te redeant, exponere & clarè ipsis demonstra, quòd deposito odio inveniant omne bonum, nempe delectabile, honestum, atque utile; Delectabile quidem, quia omnes, quorquot ante impertitam veniam in inferno vixerant, fatentur postea, quòd sibi videantur degere in paradiso. *Qui pacis inveniunt consilia, sequitur eos gaudium. Prov. 12. 20.* Honestu; quia talis victoria nobilissimû, quod Deo offerri potest, donum est: conformiter verbis à Christo laudatis; *Dili-*

*gere proximum, tanquam teipsum, magis est omnibus holocaustis, & sacrificijs. Marc. 12. 33.* Utile; quia qui cedit portam aperit Divinæ misericordie; qui obstinatus persistit, illam à semetipso claudit. Non datur hic mediu, Aut ignoscendû est proximo, aut spes veniæ à Deo concedendæ deponenda. Aut vindictam dimitte, aut hereditati renuncia, quam Deus nemini largietur, qui ejus detrectare esse filius. *Diligite inimicos vestros, ut sitis filij Patris vestri, qui in caelis est. Matt. 5. 44.*

Denique si homicida aliquis occiderit, quid agendum? Exponenda est ei gravitas criminis, quod ex omnibus in damnum proximi commissis summum est. Quantum enim haberetur reus, si antea aliquam depopulatus fuisset regionem, comburendo segetes, extirpando vitæ, succidendo arbores, ædes solo æquodilat an non plurius æstimanda est vita hominis? Istud est invadere jurisdominam Dei, qui solus est Dominus vitæ hominis, & necis. Imponere illi pœnitentiã, ut præter debitam restitutionem homicidiû, curet fieri crebra Sacrificia, sive pro anima occisi, aut salte mutas persolve preces; neque contentus contritijs, flagellationibus, & ejusmodi speratibus, injunge, ut impofterum frequenter visitet Ecclesiam, ad implorandû ex corde Dei misericordiam, ut sic Nummi reddat honorem, atque etiam clamorè injustè à se fusi sanguinis vincat, qui libentidem vindictam postulat. Cura, ut talis pœnitentia diu duret, itaque assidua contritio horrenda inhibeat supplicia ordinariè homicidis infligi solita. *Quicquid*

que effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius, Gen. 9. 6.

(1.) Castrop. 10. 1. 11. 6. disp. 1. p. 6. n. 3. Val. 2. 2. disp. 3. q. 3. p. 2. circa finē. Coninck. disp. 2. de char. dub. 6. n. 93. Suar. disp. 5. sect. 5. n. 9. (2.) Laym. l. 2. 11. 3. c. 4. n. 2. vers. at vero. Castrop. l. c. n. 5. in fine. Valent. l. c. Suar. l. c. n. 8. (3.) Castrop. l. c. n. 10. Coninck. disp. 2. 4. dub. 6. n. 99. (4.) Suar. l. c. num. 8. Sa. V. Char. Castrop. l. c. n. 4. Coninck. l. c. (5.) Laym. l. c. n. 4. (6.) Navar. l. 3. Conf. 5. de Poenit. n. 4. Sylvest. V. Char. n. 4. in fine. (7.) Laym. l. c. n. 3. Nav. l. c. n. 5. Suar. l. c. n. 8. (8.) Can. 93. (9.) Cā. 8. (10.) Can. 31. (11.) S. Thom. in Ep. ad Rom. c. 2. sect. 2. Epin. 3. sent. disp. 30. q. 1. ar. 2. ad. 2. Suar. l. c. n. 9. Sa. V. Char. Nav. Man. c. 14. n. 9. Castrop. l. c. n. 7. (12.) 6. q. p. Cap. Si omnia Laym. l. c. n. 3. in fine. Suar. l. c. n. 10. Less. l. 2. de lust. c. 47. dub. 4. n. 27. Nav. l. 3. Conf. cit. n. 5. Admonenda &c.

\*\*\*\*\*

## CAPUT XII.

*Qua ratione iuvandi sint  
ij. qui luxuria vitio sunt infecti.*

**P**atrum prodesset, uno pede calcare Oidium, si altero ad adorandam Voluptatem genuisisteres. Proinde cum aliquod remediū attulerimus Appetitui Irascibili inordinato, reprimendo vindictā, superest, ut id ipsum quoque prætemus Concupiscibili, atcendo ab eo inhonestatem. Opus istud longiore eget tempore, magisque arduum est superiore: Nam ira operatur adjuvante tristitiā, ideoque subditos habet non nisi per vim: ubi concupiscentia jucundē decipit, & hinc tot habet, qui se spontē subijciunt, *adorant bestiam*, & ultro oblati liberi arbitrij clavibus se dedunt. Quare si ea olim primæ Ecclesiæ fuerunt tempora, in Christiani, teste Tertulliano, tam procū abessent à tactu mulieris alienæ, quantum sol

R. P. Segneri Instruct. Confessarij.

distat à tangenda luna; Nō talis est nostra ætas. Imò Iniquitas ista adeò se nostris temporibus diffundit, ut magna pars hominū eam inter naturales debilitates numeret, quemadmodū naturale est leoni, laborare febrī, itaq; nullā gerat sollicitudinē eā se liberandi. Vides ergo unde ordiendā sit hæc curatio, & prima portio maximē necessaria, quæ dispōat ad medicamentum, sit: excitare in tuo infirmo ardens desiderium recuperandi sanitatē. Et quam ob causam existimas Christum seiscitatum fuisse ex ægro illo triginta octo annorum, *vis sanus fieri?* nisi quod fuerit figura horum miserimē languentium, quibus infirmitas jam effecta est conaturalis. Facillimum est, ab ipsis parvipendi sanitatē; & hinc primò necesse est, ut magno desiderio ad eam suspirent & expectant; alioquin remedia quæcunque alia irrita erunt & absque fructu. Hic est ille verus calor vitalis, qui excitat voluntatem consequendi sanitatē: deficiente isto, omnis eorum efficacia abire in nihilum. *Remedia non agunt, nisi calore vincente:* docet Galenus. (1.) Porro in instaurandi hunc ardorem vitæ sunt rationes: sed meo iudicio appositissima videtur, demonstrare Lascivis istis manifestum periculum, quod incurrunt, damnationis, nisi tempestivè se corrigant, abstractis violenter à virulento calice Labijs. Id declaratur in hunc modum. Salus Animæ dependet à gemina volūtate, Dei, & hominis, juxta celebrem D. Augustini sententiam: *Qui fecit se sine te, nō salvabit te sine te.* Ita, ut illud, quod reddit inefficaces has duas voluntates, etiam periculosam efficiat salutis consecutionem. Loquendo vel voluntate divi-

divinā, certū est, quōd Deus quodcūq; peccatū mortale abominetur odio tanto, quantū amat seipsum, hoc est, modo infinito. Verū si in ullo peccati genere abominatiōe hanc magis iracundis ostendit verbis, fecit id adversus scelus libidinis. Sufficiat dixisse, illum contra hoc solū hactenus plura vibrasse fulmina, quā in cetera omnia etiam collecta; in nullum etiā aliud tam horrendo, insolito, ac universali animadvertit supplicio, veluti in istud, quando Diluvio statuit delere nobilissima manū suarū opera, quia *omnis caro corruerat viam suā*. Istud tantū effecit, ut quodammodo pœniteret ipsum unquā amasse hominem. *Pœnituit eum, quod hominem fecisset in terra. Gen. 6. 6.* Istud intima ejus cordis penetralia transfixit, afflixit dolore, anxietate oppressum. *Tactus dolore cordis intrinsecus, delebo, inquit, hominē, quē creavi, a facie terræ.* Istud ei verba expresserat, tantū nō rejutando exaggerata: *Non permanebit Spiritus meus in homine in eternū, quia caro est, dum vidit, quōd cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malū.* Quod idē est, juxta mentem S. Joannis Chryostomi, *intenta esset ad feminam*. Considera ergo, quōd, si in oculis Dei plagæ Luxuriæ, si non atrociores, certē fœtidiores sint omnibus alijs, facile sit, ut ex earum aspectu indignabundus benevolam suam faciem averrat, taliq; animæ influxū gratiæ salūtē efficacis subtrahat. Ex altera parte voluntas hominis à nullo effectu vitioso fortius est ligata, quā à libidine; cū quia ipsius actus sunt frequentiores, tum quia sunt intensiores: unde in hac specie peccati citius generatur malus

habitus, ita ut anima his implicata vinculis absolute quidē se posse extricare, sed non nisi magna cum difficultate. Mens in dies magis magiq; excœcatur ad invenendas vias evadendi, voluntas ad easdem ineundas quotidie fit debilior, itaq; semper obtentu difficilior redditur salus, at terdē licet cognoscitur, quōd vitium illud verē sit *Pareus angustis. Prov. 22. 27.* Nō quantō pronius est in eum delabi, tantō difficilior est inde emergere. Hæc argumenta bene apud te expendas necesse est, ut accommodatē Pœnitentibus radioribus possis ac planē instillare, more nuntia quæ cibum durum in lac convertit, itaq; providet alumni necessitati. Pœnitentibus tam cura ipsis persuadetas ultimā veritatem, nunquam satis inculcandā, quōd, quā magis accumulatur peccata, tantō datur difficilior consecutio salutis, nisi ea Peccator confiteatur, ac etiam beat. Qui hoc persuadet, securim miris ad radicē arboris: quia plures eorum, quos semel lapsi sunt, tantū opus est, coarctari: possum liberē nova conjugere cum antiquis; quemadmodū argenti quæ tequam portionem medicā sumant, antecedentibus diebus liberaliter genero indulgent. Expone ergo ipsis vim & robur pravī habitūs, qui etiam post Absolutionem remanet tam validus, atque in diuturnum conijcit salutē. Illud, quod nunc durissima crytallus, quid fuit aliquando. Fuit tenuis vapor, Vapor hic primū voluit in nebulā, tum condensabatur in niven, inde congelatus in glaciem, demum induratus est in petram. Ita evenire debet in nostro casu illis, qui dicunt: *faciū hoc peccatum, & postea confitebor.* Tenuis illa

SEGNE  
CORRUPTIO  
INSTRUCIO  
Pœnitent  
Confessio  
Pœnitentia

illa, quæ ab initio levis erat vapor, & solvebatur rad. s. i. o. vehementibus Solis, denique repetitis actibus solidatur instar crystalli, & ferro resistit. *Visum sequitur cogitatio, cogitationem delectatio, delectatione consensus, consensum opus, opus consuetudo, consuetudinem necessitas, necessitatem desperatio, desperationem damnatio. Glos. in Job.*

Verum quia libido est hydra multorum capitum, ad ingenerandum hoc desiderium sanitatis, præter ista necessarium est quod in genere dicitur, describere quoque in particulari venenû, quod quilibet illius species intra se continet. Ad hunc finem conducet, si mope habere ad manû aliquam motiva, quæ in singulis ostendant, quàm detestabiles sint ac noxiæ. Exemplum hic apponam in duabus speciebus naturalium, fornicatione & adulterio; & in alijs duabus, quæ sunt contra naturam molliæ, & bruto ac defando vitio. His similia fornicationis implemet, ut velut in parvo armamentario expedita habeas tela, quibus singula ista configas monstra.

Contra fornicationem hæc consideranda sunt. 1. Quod, cum omnis peccatus sit inimicus animæ suæ, juxta illud: *Qui faciunt peccatû, hostes sunt animæ suæ. Tob. 12. 10.* Qui fornicatur, hostis quoque sit corporis sui, nam dum quærit ipsi s. ferre voluptatē, in veritate illud occidit, & enecat, subijciendo tot morbis molestis ac extraordinarijs quibus Deus assidue hoc vitium castigat. *Omne peccatû, quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. 1. Cor. 6. 18.* 2. Quod hoc vitium utriusque sexûs mortalibus auferat virginitatem, margaritam,

ob quam solâ luto nostro accedit pretium, & quâ omnia instar conchyliis spoliati jacet in arena. Quantumque doleat, & licet lacrymarum mare profundat, nunquam perditum recuperabit thesaurum. *Virgo Israel projecta est in terram suam, non est, qui suscitaret eam. Amos. 5. 2.*

3. Quod hoc peccatum ex ijs, quæ spectant ad carnem, magis solet committi in publico: hinc non solum est malitiosum, sed & contagiosum malo exemplo. Unde unicuique hujusmodi cadaver (liceat italoqui) putrefactum in via publica, sufficiens est sæpe ad inficiendam communitatem. *Ne prostituas filiam tuam, ne contamine tur terra, & impleatur piaculo. Levit. 19. 29. 4.* Quod Deus, quando voluit sceditatum Avaritiæ explicare, eam appellavit Idololatram; ita exponitur pravitate Idololatricæ, usus est nomine Fornicationis. Quo vocabulo ferè semper in sacris litteris eam depinxit, veluti coloribus omnium æteritatis, atque tartareis. *Cum Idolis suis fornicata sunt. Ezech. 23. Fornicari fecit Hierusalem. Fornicari fecisti Judæa. Fornicasti sunt post Deos populorum terre. 1. Par. 5. 25.* Et hac voce perculit populum, repetendo minas per Ezechielem, (16. 23. *Et accidit post omnem malitiam tuam, vae, vae tibi ait Dominus Deus, & edificasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis.* 5. Quod permittere, ut aliquis ruat in hoc flagitium, sit unum ex horrendis supplicijs, quo Deus solet castigare hominem, cui irascitur. *Fovea profunda os aliena: cui iratus est Dominus, incidet in eam. Prov. 22. 14.*

Contra Adulterium hæc sunt, 1. Quod Adulteris sæpius in sacris litteris intente-

zur maledictio. 2. Quia Deus omnes adulteros privavit hereditate gloriæ suæ: quæ non poterunt adipisci amplius, nisi magno labore. *Unusquisque uxorem proximi sui polluit, & terram hereditate possidebitis? Ezech. 33. 26.* 3. Quia licet turtum alioquin grande sit malum, nihilominus comparatum cum adulterio evanescit, ut pygmæus juxta gigantem. Unde Salomon dixit *Prov. 6. 30. Non grandis est culpa, cum quis furatus fuerit, furatur enim, ut esurientem impleat animam: qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam, & opprobrium illius non delebitur.* 4. Quia si cæcus istud semper fuit etiam in Lege Antiqua detestabile, longe erit execrabilius in Novâ, ob injuriam illatâ Matrimonio, dignitate Sacramenti condecorato: unde majore jure conqueri potest Deus, se contemptum in adulterio peculiarem ob causam, atque cuius adultero dicere, quod David: *non recedet gladius de domo tua, usque in sempiternum, eo quod de spexeris me, & tuleris uxorem Uria Hethi. 2. Reg. 12. 10.* 5. Quia adulter appellatur filius mortis, adeo ipsi debita est mors: *Vivit Dominus, quoniam filius mortis est, qui fecit hoc. 2. Reg. 12. 5.* Et quoniam ipsæ Leges Civiles unanimiter illum ad mortem condemnant, conformes Legi Divinæ, quæ ita sonat, *Si dormierit vir cum uxore alterius, uterque morietur, id est adulter, & adultera, & auferes malum de Israël. Dent. 22. 22.*

Contra mollitiem pugnabunt sequentia.  
1. Quod, cum Deus adeo odisset Philosophos illos superbissimos, qui cum cogno-

vissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, sed judicaverunt eos ignominiosiore peccata ac vitiose posse castigari, quam relinquendo illos, quanti erant, hinc vitio in prædant: itaque omnino talis ob Idoletriam. Propter quod tradidit illos in desideria cordis eorum, in incontinentiam, ut contumeliosi afficiant corpora sua in semetipsis. *Rom. 1. 21. & 24.* Quia Spiritus Sanctus, quando nominat peccatum istud, detestabile appellat, ut ob id Omnipotens Deus à Deo subitâ morte furtim multatus. Et ideo percussit cum Dominus, quod rem detestabilem faceret. *Gen. 9. 10. 3.* Quod cum molles peccatum luxuriam contra naturam, in isto genere gravius sit etiam incestu, (2. Jam enim Deus fulminaverit sententiâ ignis, obdixit. *Qui scelus operatus est, virum atque virginitatem, nec permanebit tantum nefas in medio vestri. Levit. 20. 14.* 4. Quia peccatum istud difficillimum è curatur, & exuitur: istud jure potest illud comparari magno indolenti reti, quo innumerabilis conclusa hæret multitudinem, paucis exitum inveniuntibus, triumphante ob talem successum donec, qui totum traxit in sagena sua. *Ubi sum, & congregavit in rete sua: Quia propter super hoc letabitur, & exultabit: immolabit sagena sua, & sacrificabit reti suo: quia in ipsis incrassata est pars ejus, & cibus ejus electus. Habac. 1. 16.* 5. Quia peccatum istius et à umbra est formidabilis: unde quando quis (licet ob culpam) passus est illusionem nocturnam, consilium est Theologorum, non accedere sine causa singulari manè sacram Communionem, sed differre, observando id quod Deus populo præcepit in deserto: *Si fuerit*

erit inter vos homo, qui nocturno pollutus sit somnio, egredietur extra castra, & non revertetur, priusquam ad vesperam lavetur aqua. Deut. 23. 10. ubi non iussit exire extra castra multitudinis, quemadmodum leprolos, sed extra castra Deitatis.

Contra vitium nefandum hæc intorqueti possunt. 1. Quod adversus nullum aliud peccatū Spiritus Sanctus vehementiore utatur loquendi formulā. *Homines autem Sodomitæ, inquit, pessimi erant, & peccatores coram Domino nimis, Gen. 13. 13.* Et tanquam Deus non satis crederet, inveniri posse super terram tantum montū, statui iplemet descendere. & indagare. *Descendam, & videbo, utrum clamorē, qui venit ad me, opere compleverint, an non est ita, ut sciam. Gen. 18. 21. 2.* Quia est absoluta rebellio Naturæ. Unde quæ admodū sumpto de rebellibus supplicio, etiam illorū domus solent everti, ac solo æquari, ita Deus in quinque civitatibus, quæ inventrices fuerunt horrendi istius sceleris, delevit & habitatores, & domos, imò universā in circuitu terram, quæ Paradisus videri poterat. *Subvertit civitates has, & omnē circa regionē. Gen. 19. 25.*

3. Quia ad eodē adversatur nobilitati creaturæ rationalis, ut diabolus, postquā incitavit ad huiusmodi facinus, procūl aufergit, verecundatus illius esse spectator, uti affirmat S. Antoninus. (3.) Et Hug. (4.) addit, dæmonem sæpius forma muliebrī servisse dissolutæ marium libidini, nunquā autem hanc suam naturā fædasse ignominiam, substernendo se virili schemate lascivientibus; ac propterea, si de quovis peccatore dici potest, *Diabolus est, Io. 6.*

71. (ita docente S. Thoma) meritò affirmare licet, scelera ūtalem ipso etiam dæmone esse deteriorē. 4. Quia hoc peccato, si S. Hieronymo credimus (5.) Deus fuit retardatus tot sæculis, quod minus carnem indueret; & ob illud ipsum deinde (sic asserente S. Antonino) vestitus membris humanis, eā quā natus est nocte, omnes, quotquot ubiq; terrarum hac peste erant infecti, è medio sustulit, non sustinens communem cum ipsis participare aurā. Denique ob hanc causam Idem affirmat Sanctus (6.) quod Christus finem temporum sit acceleraturus, uti colligitur ex C. 3. v. 3. Joëlis Prophetæ, ubi præcipua ratio adveniētis Judicis assignatur, quia *posuerūt puerum in prostibulo.* 5. Quia non solum Judices terreni vitium istud puniunt supplicio omnium atrocissimo, cujusmodi est rogus, verum Deus ipsemet, nolens quodammodo differre pœnam in alterā vitam, præter ignem, quo sceleratam vastarī voluit Pentapolim, sæpe in cineres redegit eos, qui nefandā hanc exercebant libidinem. Inter cetera verissimū est, quod refertur de S. Vincentio Ferrerio, qui cū die Jovis sancto ad populū verba faceret noctu, & obscuro templo, cœpit sub ipsa concione repente exclamare, quantā potuit vocis contentione: *lumen, lumen!* est hinc, qui Divinam Majestatem crudelissimè offendit. *Afferre lumen, afferre lumen!* Excitati hoc clamare Sacristæ, quamprimū accensis facibus accurrunt, & ecce incidunt in duos sceleratos juvenes, qui inter mutuos ac sædos complexus mortui sumabant instar titionū, qui non extinguabantur prius quàm in cineres redigerentur. Quod si de quolibet carnali vitio di-



Etum fuit allegoricè: *Ignis est, usque ad perditionem devorans. Job. 31. 12.* de hoc maximè intelligi potest ad litteram.

Vides nunc, quomodo te instructum esse oporteat ad describendam cujusvis vitij carnalis fæditatem, Obtuli tibi pro singulis ho. ù quatuor, præclaras observationes quiaq; imitando Davidè, qui delegit sibi limpidißimos quinq; lapides contra Goliathum pugnaturus, tamen si postea non nisi uno fuerit usus, quia unus feliciter vibratus suffecerat sternendo hosti, Ita juvat me quoq; sperare, id ipsi sapius tibi eventurum, Etsi non negè, te subinde nacturum tales homines, qui parum capaces futuri sunt rationi; ac propterea ad inguerandum illis adversus suam impudicitiam sanctum odium, necesse erit nosse ac adhibere quædam remedia crassiora, magisq; huic hominum generi perceptibilia. Ego, ut me melius explicem, recensabo id, quod profuit cuidã rustico, tibi; serviat in similibus casibus, servata proportione. Erat is juvenis, educatus inter jumenta, ubi ita se carnali stimulo permittit excæcari, ut nõ erubesceret magnanimos scilicet suos amores dedicare uni ex his bestijs. Nõ videtur esse credibile, quod humana natura induci possit ad comparandam tanto cum opprobrio voluptatem. Verùm rupto ab affectibus sensualibus freno, ea sunt, quæ fieri non posse credebantur, Supina negligentia illius, qui absolverat enormia hæc flagitia, nullo adhibito conveniente remedio, roboravit ad eò hanc consuetudinè, ut forsitan vix unquam fuisset rescissa, nisi intervenisset peritus quidã Confessarius, qui exco huic visum luto restituit. Bellã, ait,

& dignam te, contraxisti affinitatem; malo. Necessè est talem te tractari, quales es. Quapropter quotidie per mensuram vel vespere intrabis stabulum eor; obsecra te in genua prosternes, atq; manibus per terram reptando instar bestie; ephippia equæ tuæ tibi impones, itaq; humiliter horrendi criminis veniã Deum roga. Interea pro certo habes minimam partem esse partem pœnitentiæ, quàm mercedem, nam juxta legem, in tali casu jumentum una cum homine, qui jumentum suum voluit, debet comburi. (7.) Suffecerat illi, neq; misus oportebat fieri, ut miser hoc clarè agnosceret suū errorem. Mens hoc toto nullam permisit quietem oculis suis donec post completam pœnitentiã, vram imitatione sui medici prudentiam comprobaret, virtutèq; medicinæ. Huic liberrimis industrijs, pro carnalibus actibus didis hominibus, ad jungere poteris congruas & omnibus utiles alias, cujuscumq; forent, si Pœnitentiã tuã miteres ad deitas præscriptas preces supra sepulchrum quod ipsum mortuum probabiliter exspicit; aut vespere per solutis precibus, lectum subit, componendo se supino corpore, clausis oculis, manibus complicatis potrectisq; pedibus, confiteri, tale paulò post fore moribundum. Arque hæc sensibiles actiones, ut pote quæ in pœnitentiã conducunt ad cognoscendã horribilè infelicitatè, instillabunt pariter in animo sincerum desiderium, sese emendandi.

Quomodo deinde Pœnitens, mente sincera desideret sanitatè, vix sanus fieri cogita, quod si nondum integrè curatus es, proximus tamen sit sanitati; nondum salutarium teneat, terram tamen prospice.

SEGNE  
CORCORIES  
INSTRUCIO  
Pœnitentiæ  
Confessarius  
Parochus

*Parvitas est velle sanari.* Restat proinde, ut animosè negotiū ad finem deducas his validissimis duobus mediis. Duplici ratione febrilis astus extingui potest. Primò subtrahendo illos humores noxios, qui alimentū præbebant calori: deinde opprimendo calorē refrigerantibus antidotis. Ita duobus modis sopiri potest ignis libidinis: vel subtrahendo detrimentum, vel opprimendo ardorem contrarijs. Vides itaq; duo genera remedium aduersus hoc malum. Ad primā classē spectant, procul ab omni occasione periculosa abscedere, fugere otium, vitare liberiores conversationē, moderatē uti cibo ac potu, corpus subinde aliquā affligere molestiā & asperitate, jejunijs, flagris, peregrinando, contrahendo somnū, & ejuscemodi artibus, quæ quodammodo reserant subsidia, rebellionē fomitis nutrientia. Secundi generis sunt, legere libellos pios, audire verbum Dei, præcipuè verò crebra oratio, ac frequentatio Sacramentorum, quæ mirum in modum æstū hunc suavi gratiæ pluviam reprimunt. *Nubes roris in die messis Is. 18. 4.* Atque sic maximè cum Pœnitentibus detestabili mollitiæ peccato assuetis, vix aliud tibi suppetet remedium eos sanandi, præter istud: suadendo, sæpius se per diem Deo commendent, ut possunt, & nisi quid obster, crebrius in hebdomade animū Confessione expient. (8.) Duas has proprietates pharमारुम haftenus præscriptorū necesse est habeant pœnitentiæ, quæ imponitur impudicitæ. Quòd si Pœnitentes tui ijs assueti non sint, expedit eos admonere, ut per soluto eo, quod ipsis injunctū fuit, atq; ex obligatione præstan-

dum, sponte quoque horum usum assumant; Remedia enim ista applicata iuvant, sed non sanant, nisi continuata. Noverint, non nisi magnā diligentia recuperari sanitatē. Quoad usq; Leo non degustavit humanum sanguinem, facile mansuescit, at semel strage factā, quis eum domabit? Quare si illi nolint his remedijs constanter uti, & cooperari, febris illos non ante vitæ finem deseret, quemadmodum cereus ardere non cessat, quamdiu superest alimentum. *Anima calida quasi ignis ardens, non extinguetur, donec aliquid glutiat Eccli 23. 22.* Confitebuntur, atque iterum iterumq; redibunt: Verūm si apud Confessarium deposuerint pellē, non exuent venenum.

Denique præter id, quod superius de relapsis dictum fuit, non omitam hic adnotare duo documenta, pro felici curationis istius successu. Primū est, explorare oportet prudenter ex Pœnitente tempus, non solum quo non est confessus, verūm etiam ex quo se cepit his tradere imunditijs, & quā frequenter sit solitus: secūs enim non formabis iudicium congruū malitiæ, quæ toties fuit lethalis, quot præcesserunt relapsus. Vide exemplū Christi, quando Adolescentem energumē liberare voluit. Mox interrogavit. *Quantū temporis est, ex quo ei hoc accidit? Ab infantia,* respondit pater, indicando tempus: & quoniam hoc satis non est, addidit quoque frequentiam. *Et frequenter eum in ignē misit, ut eum perderet. Marc. 9. 20.* Non sic agunt ij, qui etiā nequiter modò hunc, modò illum adeunt Confessarium, itaq; obtinent, ut peccatū illorum non appareat integrum, uti est.

Quem-

Quemadmodū Romuli cadaver in quatuor divisū partes, faciliē abscondebatur sub togis diversorum Senatorum; ita faciliē est multis concubinis & concubinarijs, pari astutiā occultare corpus sui delicti in tot frustra dissectum, quot sunt Confessarij, quos mutant quandoq; singulis mensibus. Alterū documentum est. Si in Pœnitente animadveritas seriā animi dispositionem non ampliū peccandi, ortā ex temperato dolore, proderit eundē animare, atq; instruere adversus aliqua pericula paulō post occurrura; ut sic armatus, ea fortiū possit superare. Exempli gratia. Quid si sœmina illa amandata à te, mittat litteras atq; legationem? Quid si amicus tuus rursum te ad illas œdes invitet more suo, an te moveri permittes & trahi? E contrario si Pœnitens ita dispositus est, quantum vix satis est, laudabile non foret hujusmodi capere experimentum. Oportet potiū tegere difficultatem, ac præferre opinionem, eum parē esse cuicunq; tentationis insultui repellendo; satis ei sit propositū generale, quod concepit nunquam posthac offendendi Deum, nullā factā mentione hujus vel illius speciei, à qua difficulter abstinet. Nam etsi particulare propositum melius est, sufficit tamen generale. (9.)

Nescio, an his documentis aliam quoque subnectere debeam admonitionem. Sic itaque, Sed avertat Deus, ut unquam illā indigeas. Nulla non in adamante notari solet macula, ea tamen maximē, quæ ipsi ex terrestri colore adhæret. Pari ratione quilibet Sacerdotē dedecet nœvus, omnium verō horribilissimē defædat impudicitia. Quod si calu quodam hâc in-

fernali pice denigratus, tunc ipsū in propria causā præsumeres constituisse iudicem, in qua te eū agnoscis, quanta hæret foret abominatio! Loquamur apertius: videor enim mihi non satis calamo pulchre exprimere, quod scribere decreveram. Si contingeret, te dæmonis fraude lreterit inhoneſtā aliquā consuetudine; tu vix ad regendum tuum tuāq; amicæ probi atq; malitiæ, velles eandem ore tuo absolvere, an non esset hoc abuti concili potestate, atq; ex ipsa Confessione peccato facere clypeū, quæ debet esse gladius ad transigendū. S. Petrus Damianus (10.) invalidam censet Confessionē à complice factam, quia Christus non dixit: vade, ostende lepram tuam alteri leproso, sed vade, ostende illam Sacerdoti, qui, supra officio suo fungens, nō poterat præterit eā infectus. Vade, ostende te Sacerdoti. Matth. 8. 4. Sed hic non motor ampliciter dico quod sentio, Absolutio invalida esse potest vel ex defectu Juris dictionis in Sacerdote, vel dispositionis in Pœnitente. In illa ergo Dicecesi, ubi sanctè prohibita est Absolutio complicis, extra dubiū est, invalida esse hujusmodi Absolutio, ob Jurisdictionē, quæ caret Confessoris non approbatus imò reprobatu respectu talis personæ. (11.) Ubi autem talis nō reger prohibitio, affirmari nequit, eam absolute & in quocunq; casu esse invalidā, sed cum limitatione (12.) quia plerumq; contingit, ut nec Pœnitens afferat secum verum dolorem ad similem Confessionē, neq; Sacerdos adeundē excitare studeat, parū sollicitus curare vulnera, quæ ipsomet sua infixit manu & pergit indigere. Quare extra casum fragilitatis, ubi vix

SEGNE  
 Conuolues  
 Instruere  
 Pœnitent  
 Confessari  
 Parochi

lapis, continuo pede retracto temer erigis, neco utere consilio, neq; tantum audentare facinus. Quomodo tandem in quocunq; demum eventu, certus esse poteris, ejusmodi personam, si implicita forte sit alterius amore, non te celaturam peccata commissa, ne Zelotypix ansa præbeat? quæ causa fuit, cur à Canonibus Orientales Sacerdotes prohiberentur excipere Confessiones suarum uxorum. Præterquã, quod pars satisfactionis, quam Deo pro injuriis illatis pendimus, sit erubescencia, quam per manifestationem propter eam superamus. Unde experientia docet, hos ipsos Pœnitentes simili Absolutioni à complice imperitæ non posse acquiescere; sed quando eorum referantur in agoniam, ostendunt à morte confopiti, securitatis gratiã alteri Sacerdoti confiteantur sua peccata, malè exposita complice.

(1.) Lib. 3. de Temperament. (2.) Lessl. 4. c. 2. dub. 1. 3. m. 9. 3. Toler. l. 3. c. 12. n. 10. (3.) 2. Par. tit. 3. m. 4. (4.) Rom. c. 1. (5.) Apud S. Anton. l. 5. (6.) l. 1. c. 7. (7.) Graff. de cas. rejert. l. 1. c. 12. n. 9. & 18. (8.) Toler. l. c. num. 11. (9.) Laym. l. 3. tr. 6. c. 4. n. 3. Cajet. de Sacram. Contr. (10.) Opusc. 7. c. 7. (11.) Bonac. de Sacram. disp. 5. q. 7. qu. 5. 5. n. 10. (12.) Bas. Pont. de Matr. l. 7. c. 38. n. 3.

\*\*\*\*\*

### C A P I T U L U M XIII.

*Quomodo subveniendum  
sui Scrupulosi Ubi ex occasione agi-  
tur de ijs, quæ spectant ad relaxatio-  
nem Votorum.*

**N**escio an aliquando incederis in certum aliquod ægrorum genus mirabile; laborant morbo non alio, quàm immoderato sanitatis amore. Univerfa illorum vita nihil est nisi fuga mortis, tanto

R. P. Segneri Instrucl. Confessarij.

studio, ut majore uti nõ possent, si genus humanum omne cum ipsis periclitaretur. Et foret etiam facilis eos curandi ratio, dummodo ipsis persuaderi posset, ut crederent, se esse sanos. Verùm hoc ipsi tam difficile est, ut qui hoc vellet tentare, eorũ protinus amissurus esset benevolentiam. Quam si quis tueri cupiat, necesse est novas in med. si afferre medicinas, novos ostendere medicos, ac permittere, ut pharmacis hæc genus intentatis vitam nõ producant, sed sibi ipsis miserè abrumpant. Nunc in isto hominum genere expressos scrupulosos contemplare; hi sunt ægroti illi, quos tibi ultimo loco adduco tuã restituendos industriã. Verumtamen quoniam infirmitas ista modo profus ab alijs diverso peti curati, peccesse erit ad evitandum errandi periculum, primò observare naturam, originem, atq; signa, ac demum progredi ad remedium applicationem. Scrupulus nihil est aliud, quàm inani ratione nixa apprehensio, & hinc ortus timor, peccatum alicubi esse, ubi nõ est. (1.) Et dicuntur scrupulosi omnes illi, qui habitualiter sunt subjeclti in voluntate & intellectu hujusmodi fortibus apprehensionibus, sed animus mihi non est hic loqui de pessima quadam specie scrupulosorum, qui cum liberrimè peccent, postea tantum solliciti sunt de modo confitendi, ac ubi peccata sua ritè percensuerunt, satis fecisse se arbitrantur, nullã profus habitã ratione emendationis: Pharisæorum more, qui non verebantur occidere Prophetas, modò ipsis splendida extruxissent sepulchra. His tamen si aliqua possint adhiberi remedia eorum, quæ inficius afferemus, non tamen omnia, quia morbus iste originè trahit à duobus proprie-

K

prie-

prietatibus contrarijs, parique damna conscientiae liberae, & scrupulosa. (2.) Superest ergo de illo scrupulorum genere fermocinari, quo à conjunctū habet sanctum timorem Dei. Ut autem ad originē deveniamus, videtur ea ad tria revocari posse principia. Ne nō e Deum, dāmonē, & proprii corporis constitutionem. Primus Auctor, quamvis admodū raro, scrupulorum est Deus, qui relinquendo subinde Animas in tenebris, facit, ut illum ament, quin advertant; imō potius suscipentur, à se Deum offendi. Unde in hoc statu constitutus evenit illud, quod Lunæ, quæ eo viciniore est Soli, quò minus in se habet luminis. Verùm hujusmodi scrupuli cōmūniter non solent esse diuturni, Dominus enim Deus non dat in æternum fluctuationem Justo. Ps. 54. 23. Elapso tempore, quod Divina Providentia definit ad probationem animæ, vel purgationem, eos non minor consequitur solatio: ū copia; veluti vapores per diem Solis radijs in sublime attracti, paulò post resolvuntur in rorem, Alter scrupulorū Auctor frequentius est Diabolus; is potestate, quā valet in nostram Phantasiā hanc varijs atq; atris perturbat imaginibus, atque terrefacit, nihil curando, an metus excitatus nitatur fundamento, vel nō, dummodo finem suū obtineat, qui est, inquietate: ad eum ferè modū, quo ubiū obfessores sapissimè classicū canere solent, seq; in mænia insultū facturos simulant, ut sic propugnatores suspensos atq; afflidis vigilijs exhaustos, impares resistendo efficiant, cum res ferè agenda est. Tertius deniq; scrupulorū Auctor est persæpensens sibi ipsi, ex propria corporis

habitudine, quæ vel inclinatur magis ad obstinationē, timorem, vel trilitatem, ut quævis in particulari complexio prior est atque habilior ad unam partem affectuonem, sicut Abies magis ad cæcum quàm cedrus,

Exposita morbi hujus origina, pergitur nunc ad Indicia. Quemadmodum nō omnis sitis est hydropis, ita nec quilibet metus habendus est pro scrupulo; sed ille duntaxat, qui rō acquiescit tantoni, uti ea sitis infirmitatis index est, quæ moderato potu fedari nequit. Et tibi postinde signa clariora, unde agnoscat scrupulosos. (3.) In nulla acquiescere ratione, ac tum operari cum perturbatione; seu extraordinarias observationes; nunquam identidem sub ipsa actione judicium, modò approbando ut licitum, modò ut illicitum reprobando; dubitare in quocunque, quæ habetur sub manibus, veluti que nvis passum præ oculis stare: precipitium; denique fugere etiam quando ignoratur causa fugæ; veluti Aegyptii in famosis illis tenebris timebant, & cum ratione, & sine illa, bellè Sapientis calorem hunc describente, non sola magentium valida bestiarum vox, sed etiam resonans de altissimis montibus Ectis deficientes faciebant illos præ timore. cap. 17. 18. Ex his aliisque similibus indicij agnoscitur morbus iste, cujus breviter accipe remedia, quæ sunt Oratio & obedientia,

Oratio, ut vidimus, necessaria est omnibus, quàm maximè autè huic morboque fortè inter tot fluctuantis spiritus preceps in scopulum aliquè improvise desperationis impingatur. Cum enim in quavis

SEGNE  
CONDIONES  
INSTRUCIO  
POENITENTIA  
CONFESSIO  
PAROCHIA

navigacione necesse sicut stellis respicere, eo  
 p. accipue opus habet tempestuosa. Ver-  
 rum quia paucas est invenire animas tam  
 constantes, ut inter has animi turbas pos-  
 sint cum Moyse inter montis Sinai fremitus  
 proluxas neclere orationes, expedit  
 proluxitate suppleri frequentia. Quapropter  
 utilissima erit industria, docere illos,  
 qua ratione per de quosdam devotos af-  
 fectus reperat, qui mixtis humilibus pre-  
 cibus, cum fiducia valeant suo tempore  
 divina implorare opem, & spe eam con-  
 sequendi animare. Est hac medicina ex  
 prastantissimis corroborans, qua spiritui  
 pusillanimitatis potest suaderi. Suppeditabo  
 hic ejusmodi breves duodecim precati-  
 unculas desumptas ex Psalmis, qua com-  
 prehendunt totidem distincta motiva, se-  
 cutam erga Deum fiduciam excitantia.  
 Tunc erit Penitentis suggerere necessita-  
 tem, qua peculiariter habet eos usurpan-  
 di sapientius, itaque consilium sequatur ejus  
 quod dicit: *Fili in infirmitate tua ne de-  
 spicias te ipsum, sed ora Dominum, & ipse  
 curabit te. Eccl. 38. 9.* Primum motivum  
 sumitur ex dominio, quod Deus habet in  
 nos, quo obligatur petere curam sibi sub-  
 jecti. *Tuus sum ego, salvum me fac. Ps. 118.  
 94. 11.* Ex facilitate, qua potest nobis unico  
 obtutu subvenire. *Ostende faciem tuam, &  
 salvum erimus. Ps. 79. 4.* III. Ex summa illius  
 Bonitate, cui magis naturale est benefa-  
 cere, quam Soli fulgere. *Secundum mis-  
 ricordiam tuam memento mei Tu, propter  
 bonitatem tuam Domine. Ps. 24. 7.* IV. Ex  
 illius fidelitate, qua ipsum cogit servare  
 promissiones toties iteratas ferendi auxi-  
 lii. *Fiat misericordia tua, ut consoletur  
 me secundum eloquium tuum servo tuo.*

*Pf. 118. 76.* V. Ex benignitate, qua demon-  
 stravit innumeris, qui eum invocant. *Lati-  
 fica animam servi tui, quonia tu Domine  
 suavis & mitis suavis cum iustis, mitis  
 cum peccatoribus) & multa misericordia  
 omnibus invocantibus te. Ps. 85. 3.* VI. Ex  
 benignitate, qua ostendit nobismetipsis,  
 quando in alijs necessitatibus ad eum con-  
 fugimus. *Ego clamavi, quonia exaudisti  
 me Deus: inclina aurem tuam mihi, & ex-  
 audi verba mea: mirifica misericordias  
 tuas, qui salvos facis sperantes in te. Ps.  
 106. 7.* VII. Ex gloria, quam ei parit submis-  
 sum auxilium. *Propter gloriam Nominis tui  
 Domine, libera nos, & propitius esto pec-  
 catis nostris, propter Nomen tuum. Ps. 78.  
 9.* VIII. Ex nostra propria miseria, qua  
 quanto major, tanto magis eum movet vis-  
 cera illius infinitae misericordiae. *Inclina  
 aurem tuam ad precem meam, quia replet a  
 est malis anima mea, & vita mea infer-  
 no appropinquavit. Ps. 83. 3.* IX. Ex magna,  
 ipsi que, perfecta violentia hostium nostro-  
 rum, qua tanto etiam fortius eum trahit  
 ad nobis succurrendum. *Domine, quando re-  
 spicies? Restitue animam meam a maligni-  
 tate eorum, a leonibus unicum meum. Ps.  
 34. 17.* X. Ex sufficientia omnium aliorum  
 auxiliorum, qua aliunde possum sperare.  
*Deus meus es tu, ne discesseris a me, quo-  
 niam tribulatio proxima est, quonia non  
 est, qui adjuvet. Ps. 21. 11.* XI. Ex meritis  
 Jesu Christi Redemptoris nostri, propter  
 quem nos singulariter debet exaudire. *Pro-  
 tector noster aspice Deus, & respice in fa-  
 ciem Christi tui. Ps. 83. 10.* XII. Ex ipsomet  
 recursum ad Deum, qui eum obligat veluti  
 magnum Dominum ad annuendum postu-  
 latis, ne fiducia in ipsum collocata fruste-  
 tur,

74  
tur, & irrita sit. *Miserere mei Deus, miserere mei quoniam in te confidis anima mea, & in umbra alarū tuarū sperabo, donec transeat iniquitas.* Ps. 56. 1. Si Poenitens tuus inquietatus has tibi precandi formulas reddiderit familiares, experietur sanè, quantam animi impetraturus sit tranquillitatem; quippe Dominus, quasi obdormiscens, permittit sæpenumero horribilem tempestatem, non aliam ob causam, quam ut cum excitemus ad componendos fluctus.

Obedientia deinde huic ægritudini addeò singulare est remedium, ut, qui cuperet abique ea curare scrupulosum, is videretur navem velle subducere in portum sine gubernaculo. Ad obtinendam hanc obedientiam utere eadem arte, quam principes in extirpandis prædonibus, qui quosdam illorum stipendijs conducunt ad tollendos e medio socios. Similiter serviant tibi scrupuli contra scrupulos. (4.) Et expone ægro tuo, quantam teneatur reddere Deo ratio est inobediencie erga Patrem suum spirituale, unaque damnum, quod ipsemet sibi consciscit, dum pugnat cum hostibus imaginarijs, neque sibi caverè veris, quasi rem præclaram existimaret, imitari Domitianum, qui tempus impendebat confingendis arcu aureo muscis, dum inserim Parthi ab Imperio integras avellerent provincias. Quod si his rationibus scrupulosum ita permoveris, ut statuat constanter obedire, rem habes confectam. Impera ipsi æternum silentium de præteritis Confessionibus, præsertim quando mediocre adhibuit studium sæpius, ut te in tuto constitueret. (5.) Assuescat contemnere scrupulos, & contra illos operari, (6.) etiam quando mens ab his atris offuscatur apprehensio-

nibus, veluti Sol non desinit ab offensa semita, tamen eclipsaus, Iustitiam & cœlestem, non ipsi tantum in cumbere obligationem, quantam habent, qui sunt conscientia pacatæ atque serene Ideoq; sufficere brevius examen pro Contemplatione, quam si non esset scrupulosus præteritum circa cogitationes, de quibus etiam aliquando illi prohibere potes, ne se possent, (ubi iudicabis te certum de sinceritate informationis) sed solummodo accutere de his, quæ proruperunt in actum æternum, sive linguæ, sive operis. Hinc etiam per talem obedientiam remanere cupis aliqua, quæ, si esset cognita, in Confessione esset exprimenda, nulla tamen illi habenda est sollicitudo, quia non tenetur procurare tanto cum incommodo integritate materiale, quæ ratio vales quoque possis obligare, ne confiteatur ordinariè ullum peccatum dubium, sed tantaxat, quæ iuramento posset asserere. (7.) Et in præscribendis his magna procedendum est libertate, nulla ambiguitatis aut hæsitatiois edictis. Neque enim idoneus huic curæ chirurgus est, cuius vel modicè tremor. Juvat proinde easdem tradere manus scriptas, ut sic tantò magis ostendatur liberum ac sine metu, tum ut prospiciatur cessitati futuræ. Scire enim oportet, quod successu temporis in eam probabili per confusionem, ut dubitent de eo, quod præscriptum esse, certò norunt. Tunc deponunt dubitationem cum minus horris relinquat id, quod cernitur oculis quam quod auditur.

Denique tamen non consultum est

ordinariè, scrupuloso aperire rationes illius, quod ei præcipitur, nihilominus capaciore proderit eas exponere, ad convincendum (si fieri potest) intellectû, qui postremus omnium in his afflictis se solet subjicere: idque præstabis manifestando etiam probabilitatē aliquarû sententiarû laxiorû, quæ uti sequendæ non sunt ante opus, tanquã regulæ, ita rectè eas amplecti licet posito opere, pro quiete. Exempli gratiã. Si Pœnitens se ultra modum affligeret propterea, quòd timeat, se nõ satisfecisse attentioni requisitæ ad recitationē Divini Officij, potes ei declarare, hujusmodi attentionem iudicio aliquorû gravium Doctorum (8.) non requiri, tanquã necessariam, ad implendam substantiam talis præcepti, sed ex convenientia. Itaq; alia similia poteris suggerere documenta, dummodò, uti dictum fuit superiùs, certò tibi constet, quòd ijs solùm ad tranquillandam conscientiam sit usus, non autem pro regula operandi. Præter ista, ne permittas hoc malo vexatis, ut nova emittant Vota: nam quantumvis ea sint autem catenæ ad colligandam animã cum Deo, impedimento tamen sunt conscientie ambulanti pedibus ligatis. Imò, si comperias quempiã ea fecisse, comuta, vel dispensa cum illo, secundum potestatem quã tenes. Dixi, comuta, vel dispensa; quia existimo, te non ignorare, quomodo in hoc negotio sit procedendû. Verùm quia sat multi inveniuntur Confessarij, vel minùs docti, minùsve discreti, qui hac in materia vehementer allucinantur, nollem te ijsdē involvi erroribus: ac propterea cum tua veniã non nihil diverã, paucula de hoc memoraturus: Nam laudabi-

le etiam est, à via discedere, ad succurrendum periclitanti.

Ut itaq; rectiùs omnia intelligantur, supponatur hoc princip i: quòd tempore Jubilæi non concedatur facultas dispensandi in Votis, sed solùm ea comutandi hoc est, substituendi cum pari obligatione materiæ Voto pronissæ, aliã æquè bonã. Porro æqualitas ista à Confessario metienda est duobus modis: moraliter, & respectivè. Moraliter, nam si in omni rigore procederet, negotium esset plurimis expositum scrupulis: (9.) proinde si dubitas, an materia sit æqualis, poteris tamè in eam comutare Votum; quia hoc ipsum dubium, signû est exiguæ disparitatis, & per consequens moralis æqualitatis. (10.) Respectivè deinde metienda est bonitas materiæ substitutæ, in ejusmodi comutationibus, quia considerandus est profectus Pœnitentis. (11.) Atq; hinc, quamvis jejuniû ex se magis sit meritorium, quàm elemosyna, poterit nihilominus illud in hanc comutari, quotiescunque actus misericordie est magis consentaneus bono spirituali voventis, & idè etiam Deo gratior in præsentibus circumstantijs.

His jam præmissis, applicemus doctrinam nostrã sequenti & obvio casui. Quidam juvenis vulneratus lethali ter à rivali suæ amicæ, duplex emittit votû, si vitam servet: unum, peregrinationis Lauretanæ suscipiendæ; alteri, nunquam tangendi sæminam alienam. Obtinet vitæ gratiam, sed, cum plerumq; fieri soleat, ut quò majus est beneficium, eò minùs agnoscat; ita etiam ipse inducere se non potuit (ob levissimas causas) ad implendum quod promiserat. Promulgatur Jubilæi: Adest



Confessarius decidenda huic liti, quam moverunt pigritia & voluptas, atq; suavissimis verbis deum pronuntiat benignam hanc sententiam; Procura quoque fieri Missæ sacrificia pro singulis votis. Nō dico, in hac commutatione posse habere locū Sacerdotis avaritiam, uti foret, si ipsum offerret ad dicenda talia Sacra, accepto stipendio: Non dico istud, quamvis in veritate avaritia sit adeo impudens, ut ipsa quoque Sacramenta non vereatur subijcere torculari, ad sordidum inde lucrū exprimendum. Sed illud pronuntio, non ritè hæc vota esse permutata, quia materia substituta multò inferior est illâ, quæ fuit promissa. Quapropter, quod attinet ad peregrinationem, ut benè procedatur, primò debet observari ipsa causa commutandi illud in aliud opus; sed supponamus illâ adesse, quandoquidè, cum agitur. ò de tollenda obligatione, sed de permutanda, sufficit levis ratio; (12.) Oportet hinc etiam considerare finem, qui movet Juvenem ad vovendam peregrinationem Lauretanam: an solummodo provenit ex desiderio sanitatis, vel etiam ex affectu singulari, Desparæ exhibendi hoc genus obsequij; quia finis nobilitas redūdat in materiã voti (13.) facitq; ut, quem admodum merx aliqua ob majorem æstimationem, majus quoque exigat pretium. Deniq; habenda est ratio oneris, quod in se Juvenis ultro suscepit vovens, sese subijciendo & viã incommòdis, & impensis viatici, & fortè etiam dispendio lucri, quod interim domi labore suo poterat comparare. (14.) Nūc igitur si hæc circumstantiæ æqua lance ponderentur, quis dicat, Pœnitentē hunc absolutum æquale

borū substituisse lectis quinq; Sæculis his votis tam gravibus, diffiile est vovire æqualitè, nisi in frequenter usucrauentorum, (15.) qui augendo gratiã, extirpando vitia, inferendo virtutes, acquare potest bonitatem aliorum sanctorum operum. Et quando talis frequentia obtineri nequit, præstabit Pœnitentē mittere ad eum, qui non solum habet potestatem commutandi, sed etiam dispensandi, cujusmodi sunt Confessarij Ordini medicantium, & quiscunq; alius Regularis participans illorum privilegia: quanto etiam isti, ut ritè agerent, nō debent sine gravi causa dispensare absolute, sed dispensationi admiscere commutationem: sicut mos est cum debitoribus egeris, quibus nec integra summa benignè condonatur, neq; omnis cum rigore exigitur. (16.) Veniendo jam ad alterum votū, notandum est, si faminã præter suam attendendum est, an per novum hoc vinculum juvenis aliquo modo retrahatur à peccato. (17.) Si ipse penitus non retrahatur, non est multum laborandū circa commutationem. Quia ex una parte Juvenis que vetita manet fornicatio per legem, & ex altera eidem subtrahitur materia, culpam sacrilegis transgressionibus multiplicandi. Homini desperato, ac sibi ipse necem inferre molienti, si nequit è manibus eripi gladius, est certè aliquod emolumentum hebetare ferrum, ut, licet vulnus sequatur, lechiferum, saltem nō sit tam profundum. Quòd si è contrario nova hæc obligatio Juvenem ab inhonesta familiaritate omnino abstrahat, vel saltem frequentiam non nihil inibeat, potèstne inveniri Confessarius tam liber, qui facta commutatione

Illud

illud modicam præsidium amoveat, quod sustinet animam jam jam in præcipitium ruentem? an vinculum dicendum erit, quod simile illi est, quo phrenetico ligantur manus, ne poculum veneno infectum liberius admoveat labris? Atque hæc sunt attentè discutienda, ante voti alicujus confirmationem; bene inspiciendo nodum, priusquam illi solvere aggrediaris; neque imitando quosdam, qui sine examine cæci irruunt ad determinandum tanti momenti negotium, ac si idem esset, ligari, & solvi. *Quantum debes Domino meo? Centum coronati.* Sede citò, & scribe octoginta Luc. 16. 6. dicebat servus ille infidelis cuidam debitori sui heri, remittendo debiti partem, qui solum habebat facultatè exigendi, non condonandi; sed quo successus veniet Dominus, & postquam puniverit servi fraudem, repetet (uti initio) à debitorè integram summam. Ajo, liberalitè ita inspicienter usurpatam damnosam esse conscientie Confessarii, nihilque predestinanti Pœnitenti. Confessarius, quia utitur potestate, quæ caret, (18.) non potest eximi à gravi culpa, & ipsum Pœnitentem non ritè solum à voto, oportet vel primam suam promissionè implere, aut inquirere aliquem, à quo illa legitimo modo commutetur. (19.)

Sed ut revertamur ad institutum nostrum, specialiter de scrupulosis, à quo brevi hac, licet non inutili digressionè defleximus. Si quem inveneris voto obstrictum, durius hoc jugum portare, releva illud, mutando in alia pietatis opera, sed ipsi usitata, uti sunt elemosynæ & orationes; vel demum quod erit melius, postula à tuo Prælato facultatè, eum omnino liberan-

di; rationabile enim est, semper complanare viam, quantum fieri potest, ei, qui (tametsi sine ratione) ad singulos passus offendit, aut timet identidè, ne impingat.

Finis nunc libellum meum, illud revocando in memoriâ, quod erat propositum meum, demonstrare videlicet praxin, administrandi Sacramentum Pœnitentiæ cum fructu. Idcirco ea duntaxat tibi præbui documenta, quæ huic serviunt fini, præsupponendo in te notitiam ceterorum magis universalium. Oro te, & ex corde flagito, ne succenseas eorum brevitati, neque terrei te sinas copiâ. Parum sanè peritus videretur Navarchus, qui in tabula nauticâ superfluas crederet esse diversas lineas, quas intueretur, vel etiam perturbaretur. Utut minutæ sint, nulla tamen earum est, quæ ut duceretur, non prius longo studio atque observatione stetit siderum, ac multâ experienciâ percurrendo maria, observatis promontorijs, syrtibus, scopulis, & finibus, & mille alijs periculis, quæ sub aquis delitescunt. Et si multæ sint, non tamen omnes usum habent in omni navigatione, neque omnes simul, sed modò hæc, modò illa. Pari modo te monitum velim. Si documenta brevis hujus Instructionis tibi aliquando videantur minuta, ob tot particularitates, ad quas descendunt, noveris, id, quod unâ simplice restringitur lineâ, multo à claris Doctoribus elaboratum fuisse studio & labore, qui hanc tractarunt materiam, hausta simul experienciâ, conversando cum hominibus omni vitiorum genere involutis. Et si nimia tibi videantur, cogita, non tibi opus esse omnibus pro conscientijs singulorum, neque etiam uno usurpanda esse


tem-

tempore cuncta, sed successivè. Unde multitudo illa remediorum, quæ hoc loco collecta te quasi perterrefacit, reducta in praxin, & ordine distributa, evadet nõ solum utilis, sed & usualis, adeò, ut semper tibi faciat finem faciliore, quem præfixum habes ut bonus Confessarius, qui est, Animas è naufragio, quo fuerunt involutæ, eripere, & (quod nulli ex periculis Navarchis concessum fuit) eas præservare ab illo, quod jam jam essent incurfuræ; donec superatis tot atrocibus periculis, quibus subjecta est mortalis vitæ navigatio, omnes demum salvæ, æternæ felicitatis portum attingant.

(1.) Laym. l. 1. r. 1. c. 6. n. 1. (2.) Sanch. in Decal. l. c. 20. n. 86. Vasq. 1. 2. q. 19. ar. 6. disp. 67. (3.) Laym. l. c. (4.) Sanch. l. c. n. 83. Valent. 1. 2. disp. 2.

9. 14. p. 4. (5.) Sanch. l. c. n. 85. Cajet. in Sanch. serup. med. Sa. V. Dubium. Castrop. l. c. 1. disp. 4. p. 2. n. 4. (6.) Sylvest. V. serup. Laym. l. c. n. 2. Sanch. l. c. n. 81. Castrop. l. c. 1. n. 2. Sanch. Man. c. 27. n. 283. Cajet. l. c. (7.) Vasq. 1. 1. ar. 6. disp. 67. c. 2. m. ser. Sanch. l. c. n. 82. Sa. l. c. Castrop. p. 2. n. 4. (8.) Med. Code Oran. p. 15. n. Sylv. V. Hora n. 14. (9.) Sanch. l. c. 1. 5. n. 8. d. 1. 1. 1. c. 18. q. 13. Laym. l. 4. r. 3. c. 8. n. 24. (10.) Azor. l. c. q. 6. Suar. de Relig. 16. 2. de 1011. l. 1. n. 6. Sanch. l. c. n. 7. (11.) Sanch. l. c. 16. n. 1. l. c. 18. n. 8. Lessl. 2. de Inst. 4. dub. 16. n. 10. (12.) Laym. l. 4. r. 4. c. 8. n. 23. Sa. l. c. 50. n. 11. Lessl. l. c. n. 10. (13.) Sanch. l. c. 50. n. 9. (14.) V. Porum. Azor. l. c. q. 13. Suar. l. c. n. 12. n. 10. Sanch. l. c. 50. n. 8. (15.) Sar. de Inst. l. 7. q. 4. n. 3. Suar. l. c. 17. n. 18. 19. Lessl. l. c. dub. 17. n. 11. (17.) Sanch. l. c. n. 3. (18.) Sanch. l. c. 10. n. 8. l. c. 19. n. 14. Castrop. de voto. disp. 2. p. 17. n. 2. (19.) Suar. l. c. 19. n. 14. Castrop. de voto. disp. 2. p. 17. n. 2. Secundo. Azor. l. c. 18. q. 12.

SEGNE  
CONDIONES  
INSTRUCH  
Poenitent  
Confessari  
Parochi



INDEX CAPITVM.

Introduçtio ad intelligendum ea, qua in hoc Opusculo tractantur.	Pag. 1.	dum requisitis.	2.
Caput I. Quod Confessarius sit Judex, & de scientia, qua est ipsi necessaria ad reudè judicandum.	3.	Caput VII. Quomodo Confessarius curæ debeat ignorantiam.	10.
Caput II. De modo interrogandi Poenitentes à Confessario observando.	7.	Caput VIII. Quomodo procedendum sit Confessario in curanda cordis duritia.	11.
Caput III. Quo modo imponenda sint Poenitentia.	12.	Caput IX. Quomodo se gerere debeat Confessarius erga Blasphemos.	12.
Caput IV. Quid observandum sit Confessario tam in impertienda Absolutione, quàm in eadem neganda.	15.	Caput X. Quid agendum Confessario cum qui tenentur facere restitutionem.	13.
Caput V. De specialibus difficultatibus, qua occurrunt circa eos, qui versantur in proxima occasione peccandi.	18.	Caput XI. Quomodo à Confessario impedi sint ij, qui implicati sunt odio & invidiis.	15.
Caput VI. Quod Confessarius gerat Officium Medici, & de doloribus ad bene illo fungendum requisitis.		Caput XII. Qua ratione jurandi sint ij, qui Luxuria vitio sunt infecti.	16.
		Caput XIII. Quomodo subvniendum sit Confessario Ubi ex occasione agitur de typhæstant ad relaxationem vatorum.	17.

FINIS.

Je hantoco  
Parochia instruit



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

INSTITUTIO  
PAROCHI  
LIBER

QVO PASTOR ANIMARVM ID  
MUNERIS RECENS AGGRESSUS DO-  
CETUR, ET QUÆ OFFICII SUI PARTES SINT  
ET QUÆ VIA AC RATIONE EAS POS-  
SIT ADIMPLERE.

IN LUCEM DATUS

A

R. P. PAULO SEGNERI  
è SOCIETATE JESU.

EX ITALICO LATINUM FECIT

R. P. MAXIMILIANUS RASSLER,  
ex eadem Societate.

*Cum Gratiâ & Privilegio Sacrae Casareae Maiestatis,  
Et Facultate Superiorum.*



AUGUSTÆ Vindelicorum & DILINGÆ,

Sumptibus JOANNIS CASPARI BENCARD, Bibliopolæ.

ANNO M. DC. XCVI.

SEIGNE  
Concordes  
Instruc  
Poenit  
Confess  
Paroch

OUTWITTEMI  
HES  
MEND  
STRA  
DYNIC  
STRA

REVERENDISSIMO  
ET AMPLISSIMO  
DOMINO DOMINO  
WILIBALDO  
S. R. I. PRÆLATO,  
Celeberrimi ac Imperialis Monasterij Wein-  
gartenſis  
ABBATI VIGILANTISSIMO  
*Sacra Caſar. Maieſtatis*  
CONSILIARIO  
COLLEGII SAC. ROM. IMP. PRÆLATORUM IN  
CIRCHLO SUEVICO  
DIRECTORI &c.  
DOMINO ACPATRONO SUO  
*PER QUAM GRATIOSO*  
VERAM AC PERENNEM FELICITATEM CUM OBSE-  
QUIIS DEVOTISSIMIS INTERPRES.

**P**rodit in lucem hæc Paſtoris Animarum In-  
ſtitutio, latinè jam loquens, à me promiſ-  
ſa pridem, à multis, niſi fallor, avidè expe-  
tita. Didicit enim jam Mundus, quàm  
nobiles ſint fœtus, quos tantus Parens ge-  
nuit. Sunt in oculis & amoribus multorum fratres na-  
tu majores aliquot, Conciones maximè per vernum jeju-  
nium habitæ, & Chriſtianus in ſua Lege inſtitutus, quin  
X 2 & qui

EPISTOLA

&, qui hunc natu majorem præcurrit, Benjaminus  
 Conciones coram Summo Pontifice habitæ. Promi-  
 tunt isti, fratrem hunc non degenerem nihilo minus emol-  
 lumentum ijs allaturum, qui si sunt, quales oportet, parum sa-  
 nè aberit, quin tota Respublica Christiana sit optima.  
 Hos autem cum formare studeat libellus iste, cur ad Vi-  
 neas properat? cur non eorum primò in manus venire co-  
 stinat, qui, ut pascere discant Gregem Domini, sacram le-  
 laudabili & usitata jam pluribus in Dicecesibus consuetu-  
 dine, abunde in solitudine, ibi & Meditationibus anno-  
 matum vitæ Christianæ, & idoneorum librorum lectura-  
 one ad munus tam sublime instituendi? His certe, si  
 quibus alijs, utilis esse hic liber poterit: atque utinam ip-  
 dem fieret quàm maximè familiaris!

Sic est: sed ut evaderet quàm utilissimus, eundem  
 fuit ad Vincas, & tuis REVERENDISSIME & AMPLISSIME  
 S. R. I. PRÆLATE manibus atque oculis demississimè con-  
 tendus. Format ille Vinitores: quibus enim magis, quàm  
 Parochis, magnus ille Paterfamilias dixit: *Ite & vos in  
 Vineam meam?* rectène autem, ac secus, isto fungatur  
 munere, quis judicabit meliùs, quàm ille, qui Vineam  
 longè nobilissimam suæ commissam curæ, tantâ felicita-  
 te, quanto labore & industriâ, utrisque maximis, hæc-  
 nus excoluit? Nobilissimam dixi Vineam, quam tanto  
 bono publico diu jam excolis, PRÆLATE & ABBAS VIGI-  
 LAN-

SECRETUM  
 CONCIONES  
 INSTRUCTIONES  
 PENITENTIARUM  
 CONFESSARIORUM  
 PAROCHIALIUM

## NUNCIATORIA.

LANTISSIME. Talis enim non potest non esse, quæ tot iam,  
& novem scilicet per secula, floret pulcherrimè, fruges  
fert uberrimè. Quæ ignobiles sunt tantam ætatem non  
ferunt; silvescunt, exarescunt; quæ eosdem semper colo-  
nos habent, bonos habeant necesse est: nunquam autem  
alios Vineæ vestra habuit: habuit igitur optimos, & si  
optimos, non potest ipsa non esse optima; talem enim o-  
ptimi aut inveniunt, aut faciunt. Nihil ego de priori-  
bus dicam ætatibus: historiâ ad id longâ opus foret, quam  
ego non texo. Hodie qui attentos in illam oculos con-  
jicit, quos jam non pampinos tantùm (quanquam etiam  
pampinos) sed botros, sed uvas, attonitus intuetur? quàm  
pulcher earum color, quàm suavis odor, quàm liquor sa-  
lutaris? Intelligis REVERENDISSIME PRÆLATE, quid dicam.  
Floret, inquam, hodie in Asceterio tuo antiquissimo recen-  
tissimum Disciplinæ veteris studium, viget ad summum  
virtutis perfectionisque apicem conscendendi conatus,  
suis est bonis literis, & maximus quidem, honos, œcono-  
miæ cura haudquaquam sanè neglecta. Absolvunt hæc  
suis numeris Vineam sacram, quæ ipsa pluribus describere  
operæ pretium foret, si nota non essent omnibus, quibus  
Vineæ vestra ignota non est. Talis autem si Tua est Vi-  
neæ, Tu Vinitorum idea es, & exemplar perfectissimum;  
Tibi proinde, rerum istarum scientissimo, si hæc probata  
fuerit, quam supplex offero Vinitorum, quia Parochorum  
) 3 Insti-



## E P I S T O L A

Institutio, cui illa prudenti poterit non probari? Hæc igitur est causa, etsi non unica, ob quam ad te ipsa festinat.

Non inquam causa unica: meminerunt enim Pastores & Pastores Animarum, dictum sibi ab Oratore autem: *Sanguis Christi de manibus vestris exquiretur*: pretiosum sanè depositum, quod quâ ratione custodiendum sit, à quo tandem discent melius, quàm ab eo, qui depositum simile custodit fidelissimè? Sex iam per Secula servatur vestra in Ecclesia pars illius liquoris divinissimi, cuius gutta unica non unius, sed innumerabilium Mundosum pretium superat. Diligenter custoditur, quod tanto servatur tempore. Hanc æmulari diligentiam eos decet, qui Animas curant, hoc redemptas Sanguine: de ad hoc non possunt non excitari, cum huius in libelli fronte nomen custodis omnium confessione fidelissimi legerint.

Alia quid commemorem? quantum Tibi, PRELATE REVERENDISSIME, PATROME GRATIOSE, tota nostra Societas, quantum minimæ Societatis minima Provincia hæc Germaniæ Superioris, quantum ego privatim debeam? hoc dicam unum, ne modestiam tuam vulnerem, debere nos longè plus, quàm reddere unquam possumus: huiusque nostri debiti hoc quaecunque velle extare monumentum: ad id serviturum maximè ut constet, nos etiam non omninò nihil ad colendam Domini Vineam confert,

## NUNCUPATORIA.

conferre, atque adeò tantâ beneficentiâ, tantis gratiis non penitus indignos. Nobis etiam illud sub huius Mundi crepusculum dictum arbitramur: *Ite & vos in Vineam meam.* In hac proin, etsi unâ horâ novissimi, pro virili tamen laborantes, in Te, tuumque Religiosissimum Cœtum, qui portavistis pondus diei & ætus, oculos conjicimus, speramusque nos suo tempore, vobis gratulantibus, accepturos etiam denarium diurnum, qui culturæ Vineæ merces sit locupletissima, quia æterna. Ad hanc consequendam, utinam plurimis hic libellus serviat! id certè ego in eo latinè reddendo spectavi unicum, nec nullum laboris spero fructum, si Tu REVERENDISSIME & AMPLISSIME S. R. I. PRÆLATE, PATRONE PER QUAM GRATIOSE, dignaberis illi bene precari, quod ut velis, omni quâ possum demissione ac studio etiam atque etiam supplex rogo, futurus dum vixero, novo hoc gratiosoque favore cumulatus,

Reverendissimi & Amplissimi S. R. I.  
Prælati, Patroni perquam Gratosi

Dilingæ 22. April 1696.

*Servus infimus, devotissimus*

Maximilianus Rafsler S. J.



## APPROBATIO FLORENTINA EDITIONIS ITALICÆ.

**T**Am doctè ad normam & amussim Fidei, tam ardentè cum pia moderatione, tam aptè artificio non profano descriptam hïc lego veram formam & Ideam Pastoris novi à scientissimis P. Paulo Segneri, ut Opus hoc Synopsin existimem, & meliorem succum Pastoralis S. Gregorij Magni, nec non stimulum Pastorum Venerabilis & doctissimi Archiepiscopi Braccarensis Bartholomæi de Martyribus, uti & profundarum Dissertationum coævi ejusdem P. Ludovici Granatensis, quibus gloriosus S. Carolus religiosissimam suam mensam frequenter condiebat, felique oblectabat. Institutionem proin istam prælo dignissimam censeo, non minùs necessariam, quàm utilem statui Parochis cui juvando Author viginti novem ipsos annos Apostolicos labores exantlavit, tanto fructu animabus sacrâ suâ facundia allatum quantum ex libris retulit, qui facundo ejus & erudito ex calamo profluxerunt, summo & universali emolumento omnium, quos erudivit Institutionibus suis tam multis, quæ ab Apostolico hoc Paulo publicam in lucem sunt editæ. Ita affirmantur res ipsa compellit & veritas, affirmoque ingenuè manu propria in Conventu S. Mariæ Novæ Florentiæ 6. Septembris 1691.

RAPHAEL BADIUS Ord. Præb.  
Consult. S. Officij Florent.

A. M.

SEGNERI  
Concordia  
1691  
INSTRUCIO  
Poenitent  
Confessarij  
Parochi



A. M. D. G.

CAPUT I.

*Qua Institutionis huius scribenda causa,  
quæ modus?*



Ræcipuos inter favores, quibus DEUS Ecclesiam necdum natam ornaturum pollicitus est, ille fuit, quo Pastores se illi *juxta cor suum* daturum asseruit: *Dabo vobis Pastores juxta cor meum.* (a) Nec enim aliunde magis salus ac felicitas Populorum pendet, quam ex Sacrorum Pastorum virtute; si non erravit, quæ dixit: *Vos estis Presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum.* (b) Sunt ipsi matris instar, uterum ferentis, quæ si vivit, uni sibi non vivit; si moritur, sola non moritur. Hinc ad Pastores ceteros conversus, *Pascite qui in vobis est Gregem Dei,* (c) ajebat S. Petrus, Pastorum tum Princeps: hæc verborum formulâ, velut intendo digito, ijs demonstraturus, quam, ut modò innuebam, tota gregis incolumitas ex ejus pendeat incolumitate, qui suo velut sinu illummet circumfert; cujus proin eam rationem habere oporteat, quam scærus sui habet mulier gravida, quæ tantâ ejus, quantâ suimet, curâ tangitur. Illud scætem d'ffiteri non possumus; magis vivere subjectos in ijs qui præsent, ob eam. quæ tanquam à

capite in membra defluit, virtutem ac spiritum; quam ipse, qui præest, vivat in subditis per auctoritatem, quâ moderatur singulos, tanquam Caput tot membrorum, Quare si quis est uspiam utilis Zeli Christi ani labor, is profectò est, qui formando idoneo Animarum Pastori ac Parocho impenditur: unâ enim eadèmq; operâ totus populus formatur & emendatur. Qui margaritarum piscatu se oblectant, nunquam lætitiæ sensu majore perfunduntur, quam cum dux ceterarum, eorum in retia incidit; tum enim certi sunt, minores alias conchas magno à se numero capiendas, à principe ductas, seductasque. Sic ego pro meâ inopiâ nunquam majus me lucrum fecisse arbitrarer, quam si multos divino reti egregios Animarum Pastores caperem. Tam enimvero me hominum Piscatorem sanè quam felicem existimarem; ut qui Piscator fuissim eorum, ad quos ex munere spectat morrales ducere in via, quâ ad DEUM tendunt.

Haud interim sum ignarus, ipsum hoc studium, quod parte una tanti lucri spe allicit, parte altera incurrendæ temerarij hominis notæ me exponere:

R. P. Segneri Institutio Parochoi.

A quasi

quasi verò idoneus ego essem ad eos docendos, qui tantum me rerum agenda- rum scientiã, quantum ordinis sui ac gradus eminentiã antecedunt. Cade- ret equidem hæc in me nota, si non alia, quam quæ mihi in mentem venient, hæc docere præsumerem. Sed spero be- nignius de me iudicatu- ros, qui ad hoc animum adverterint, illud tantum mi- hi propositum, ut quæ sanctissimi qui- que viri ea de re scriptis mandârunt, huc ego congeram; canalis duntaxat futurus, qui scaturientem aliunde salu- berrimam lympham aliorum commo- do transmittat, atque propinet. Præ- terquam quod ego sacris, quas dicimus, Missionibus seu Expeditionibus complurium jam annorum decursu per pa- gos ac oppida intentus, coram, meisque hisce oculis usurpare potui pulcherri- ma tot præstantium Pastorum exempla, quibus illi his in occasionibus maxima cum commendatione præfulsere. Unde arduum non erit hoc libello describere, quod agunt egeruntque, qui pascendis præsunt Animabus. Rudis etiam peni- cillus non illaudatum pingit ectypon, cum nobile prototypon est nactus, quod imitetur. Plus remeritatis meus hic ausus non habet, quam illius industria, qui varias obeundo Provincias, utiliter curiosus complures inspexerit fabricas, ab arte laudatas ac elegantia; domum autem subinde reversus, quas dispersas in singulis observaverat dotes, unam in Ideam conferat, quæ totius architecto- nices compendium dici mereatur. Tan- dem & illud mihi purgando jure me- rito serviet; quod, sicut ego, cum Confessarium instituere conatus sum,

non veteranum aliquem, & dicitur in ad- ministracione versatum erudire studi- sic & modò non cum alio, qui cum eo, qui Annuarum pascendarum curam recens aggreditur, negotiorum multo futurum. Quamquam provectionis etiam, & eo in pulvere diutius cre- tis, utilitatis aliquid laborem hanc de- laturum confido. Nam si vel prælo- tem artificem non dedecet operam suarum, servorumque sentium subit explorare, imo & consilium ab ipse- Non est inconveniens ab incipientibus in- sistentem petere. (d) Facile accedere po- rit, ut lucis aliquid hæc lineæ etiam affundant, qui majori in publico molumento ac laude sua ipsi hæc de- sensa typis vulgarent.

II.

Sed fortasse, qui remeritatis meum damnabunt, non perinde facile à ma- rioris ac severitatis culpa abster- Hoc ut metuam, eorum testimonio la- cit, in quibus quod faciunt, ab eo quod debent, sanè quàm longè distat. Verùm, quod spectat ad illa errorum multorum, non alius error tantum fert periculi, quàm si quis existere ni- hil se habere quod timeat à tribuendo vino, quia Turbam securus est. Quæ proderit multitudo, ubi singuli quæ- mur? (e) An nihil contra illum do- næ virtus Justitiæ poterit, qui tam so- so in agmine constitit? quali verò dex ille justissimus pro amissis letis- à se ferendæ habiturus sit, quod ab- cere, quod omittere consueverit, verò id, quod ab unoquoque in ex- munis administratione fieri ipse po-

SEGNE  
CONCIONES  
INSTRUCIO  
Poenitent  
Confessari  
Parochi

stulārit. Stultitia hæc est: *Attendis quid alius non faciat, non quid te Deus facere iubeat.* (f) verba sunt magni Augustini delectantis normæ ac regulæ huius pravitatem. *Metiris te comparatione peioris, non iustione melioris* (g) Quod deinde ad nimium illum rigorem spectat, fatebor; quisquis secum reputat, Parochum muneris sui partes omnes implere, si festos dies non absque pompa aliqua, & splendore peragat, severa utique hæc mea monita iudicaturum. At quisquis è diverso rectè æstimare didicerit & pretium Animarum, quarum bono ac commodo Pastores dantur, & lycti magnitudinem, quod ijs redimendis Servator noster JESUS dependit, æquissima illa procul dubio pronuntiabit.

Dicamus quod res est; quid tandem, ut nimis anxie religiosum, his meis in monitis displicet: an eorum aliquid, quæ animum, & interiora Pastorum concernunt: an verò quæ exteriora sunt, quæque sub oculos cadunt? Ad hæc quidem quod attinet, non alia ego ab ijs ministeria ac functiones postulabo, aut postulo, quam ad quas sui illos muneris ratio ac necessitas obligat, & si quæ erunt, quæ istarum in numerum non spectant, sed quæ omitti salvo officio possint, sic ad illas hortabor, ut cogere haud quaquam velim. Ad interiora deinde quod spectat, quis vitio vertet, si spiritum exigo, quo sine aut non vivunt functiones illæ, aut certè languent? Nil ego novi oneris impono: concors hæc omnium Theologorum doctrina est; aded ut non defint ex ijs complures, qui sentiant; plus exigi

virtutis perfectionisque à Parocho, si officij eius naturam attendamus, quam ab ijs, qui perfectioris vitæ desiderio in claustra se abdiderunt Religiosis. Et favet ratio: nam si Religiosus est in statu perfectionis acquirenda (g) Parochus est in statu perfectionis exercenda. Religiosorum proprium est, tendere ad virtutis perfectionem: hæc enim de causa trium solennium votorum nuncupatione eorum sibi omnium usu ac jure interdicit, quæ ab illa consequenda potissimum præpediunt. Parochorum autem proprium est, sacrificare ac perlitare pro Populo, sacros libros interpretari, Sacramenta ministrare, murum se scandalis, non publicis minùs, quam privatis opponere; egentium levare inopiam, miseris subvenire, ipsam etiam, si res ferat, vel pro una anima, vitam ac animam dare; quæ omnia ejusmodi sunt, ut sine eximia quâpiam perfectione rite non fiant, sine perfectione inquam, non quam assequi primùm intendant, sed quam possideant. Si Religiosi nonnunquam & ipsi has ad functiones animum manumque applicant, faciunt id, maxime qui Sacerdotes nondum sunt, non tam conditionis suæ debito, quam libera optione. Non fugit hæc res S. Dionysium, dum in Ecclesiastica Hierarchia constituenda edixit; *Monasticus ordo debet sequi Sacerdotales ordines, & ad eorum imitationem in divina ascendere.* (h) Quod si ita se habet, consequens omnino est, quemlibet de seculo, etiam simplicem Sacerdotem, ad majorem vitæ sanctimoniam obligari, eò quod is esse debeat, quem alij imitentur, quam Religiosum quemlibet,

qui Sacerdos non sit; cum hujus sit tantum alios imitari. Atque hoc est, quod Doctorem Angelicum impulit, ut generatim affereret: quemlibet Clericum sacris initiatum Ordinibus, si paria sint cetera, graviore se noxa obstringere, ubi à virtutis tramite deflexerit, quam se obstringat Religiosus quilibet nondum eorum Ordinum particeps. Unde gravius peccat, ceteris paribus, Clericus in sacris ordinibus constitutus, si aliquid contrarium sanctitati agat, quam aliquis Religiosus, qui non habet ordinem sacrum. (i) At si hoc verum est, de Sacerdote quolibet, quantum rectius de illis affirmabitur, qui pascendis præstant Animabus, & quorum tam sublimis est potestas, ut vel fundamenta sua in celis montium jugis posuerit (*fundamenta eius in montibus sanctis*) quia ubi Sacerdos ordinarius desinit, ibi Pastor incipit? Sed erit, qui dicat. Si verè hæc ita se habent, ratio exigeret, ut non jam Parochi Religiosorum in Asceteria, tanquam portum salutis, se recipere; sed Religiosi potius desertis Claustris ad gregem Christi pascendum provolarent; cum hoc sit majori cum perfectione conjunctum. Aliter autem faciunt, etiam qui maximè sapiunt. Hæc ego repono, id inde accidere, quòd qui è fluctibus pelagi in portum navim agunt, præ illis utique sapiant, qui secunda è statione medios illam in turbines propellunt. *Periculosior est status habentis curam animarum, quam Monachi.* (k) Parochi conditio perfectiori illum ministerio admoveret, quam sui Religiosum quemlibet: è diverso autem pluribus subsidijs ad Sanctitatem Religiosus a-

bandat. Unde etiam Pastorem esse perfectius est in se, & in abstracto, ut cum Scholis loquar, cum tamen ad opinionem re ipsa venturum est, (l) Religiosus conditio præferenda ab illo, qui quærit cupit esse Sanctus, tam se talem esse se novit. De reliquo dubium non relinquatur, quin Pastor, quantum quæritus est, totum se impendere debeat in Animarum, atque adeò est in via perfectissimum, non in ordine perfectissimum. (m) Hinc opus est ipsi spirituali duplici, quem Eliseus petebat; primum inde ac geminato vigore ille indiget, qui non pro conservando tantum laborat individuo, sed pro specie etiam propaganda, qui non tantum vitam suam propriam, sed & alteri committendam, qui non tantum alit, quòd generat, sed gignit etiam aliud, quòd alit. Quæ cum ita sint, quid jam regem in mij ijs inesse monitis potest, ac in conditionibus, quibus aliud omnino agere nihil, quam ut Pastor intelligat, quia ille perfectionis gradus, ad quem suum vitam ratio me vel tacere obligat? An non, cum Tridentina Synodus Episcopis ob oculos posuisset, quòd quilibetque G egi suo deberent litigari, præcipuè quàm eos oporteat *omnium operum exemplo veri pastores*, mox subjecit? *Eadem omnino de Curia inferioribus Sacrosancta Synodus dicit, & decernit.* (o) Et quæ id causa, ut ostenderet, quòd quemadmodum Parochi, veri & ipsi Pastores sunt, quantum gradu inferiores, ita & ipsi ipsorum proportionem quadam perfectiori legibus teneantur, quibus Episcopi obnoxii sunt? Id solum inter utroque in-

SEGNE  
CONCIONES  
INSTRUCIO  
Poenitent  
Confessio  
Parochi

tercedit discriminis, quòd Parochi faciem præferre debeant Populo, Episcopi ipsis Parochis, atque adèd illuminare illuminantes: unde cum non abs re stellis minoribus Parochi, Episcopi verò Soli in Diœcesi sua compareantur, tanto major horum debet esse virtus ac perfectio, quo majus est Solis, quàm stellarum lumen.

Omnia portò hæc eorum bono dicta sint, qui cum non intelligant grave onus muneris Pastoralis quod elegerunt, modicum etiam illud putant, ad quod obligantur, & idcirco confestim ut nimis anxiam ac scrupulosam contemnunt doctrinam ac monita, quibus hæc ipsis proponuntur. Certus sum, quòd tanquam optabilem conditionem electuri sicut, judicari ad normam documentorum, quæ à me hi: proponuntur, Sed Christus non alia utetur amussi, quàm suorum, quæ ipse, cum inter nos viveret, dedit, exemplorum; *Qui dicit se in ipso manere, debet, sicut ille ambulavit, & ipse ambulare.* (p) Hæc autem præ quanto intervallo meam supra doctrinam eminent!

## III.

Ceterum, quia ordo, quo res tractantur, facit ut illæ & agnoscantur clariùs, & magis in animum influant, Parochialis officij partes ad tria capita revocabimus, ad quæ Christus allusisse videri potest, dum ter D. Petro dixit, *Pasce oves meas.* Sunt autem hæc: Doctrina, Exempla, Sacramenta; his enim omnibus pascendi greges sunt, neque eorum quidquam boni Pastoris cura desiderari patitur. Neque aliud esse An-

gelicus Doctor (q) existimavit, ob quod mercedem à Grege Pastor recipiat; quàm ut illum prædicando doceat, Exemplo præcedat, Sacramentis adjuvet. Atque ad triplex hoc pascuorum genus revocari possunt cetera planè omnia, quæ quocunque modo Parochorum sunt: unde in his & ego sistam, genere dicendi plano ac facili, non ita tamen inculto ac neglecto, ut urbanis elegantijs assuetos rustico horrore offendar. Quis speret in tanta librorum multitudine, qui identidem lucem aspiciunt, illam quoque tractandum manibus delicatis, qui tangi non possit, quin mille spinis pungat & laceret? Id quidem opto unicè, ut Dominus, qui incredibili quadam dignatione ac facilitate erga suos *Pastorum Princeps* dicitur vocavit, spiritu illo Pastorum quemlibet repleat, quo sine muneri suo satis faciet nunquam; sicque internæ suæ Gratiæ mira quadam & efficaci virtute compenset ac suppleat, quod conatui huic ac labori meo deest, reddatque eum perpetuò salutarem. Hujus si voti compos fierem, tum enim vero promittere mihi possem, quòd nullo non tempore cum ijs ipsis essem laboraturus, quibus hanc opellam meam consecro. Si autem confors essem laboris hujus atque operis, quidni cum ijsdem, mercedis quoque, ac gloriæ ejus particeps esse possem, quam jam olim S. Petrus cuilibet eorum verbis illis sublimibus addixit? *Cum apparueris Princeps Pastorum percipietis immarcescibilem Gloriæ coronam.* (r) Prædem acutè observavit Tertullianus, Gladiatoriibus illis anti- quis, in arena dimicantibus, sæpe non



minùs contulisse ad eos in pugna erudiendos plebem procul spectantem, plaudentemque identidem, dum artificioso ictu adversarium feriebant, quàm illi ipsi contulerint, quorum Magisterio ea in arte & arena instituebantur. Unde si ne illud quidem mihi concessum est, ut propiùs Pastoribus in sua palæstra assistam, procul saltem illos ad strenuè agendum animabo, idque mihi sufficiet, ut ex felicibus eorum successibus aliquid etiam, in me redundet lætitiæ & emolumenti.

(a) Jer. 3. 15. (b) *Indit.* s. 21. (c) 1. Pet. 3. 2. (d) *Gl. in c. Ad nostram. extra. de consuet. c. 24. q. 3. c. Si habes c. diff. 38. c. Nullus* (e) S. Eucher. Lugdun. (f) S. August. de X. Chordis c. 12. (g) Suarez de Relig. 10. 3. lib. 1. c. 17. (h) S. Dionys. de Eccles. Hierarch. c. 6. p. 1. (i) S. Th. 2. 2. q. 184. art. 4. 6. (k) S. Th. 2. 2. q. 184. art. 8. ad 1. (l) Suarez. de Relig. 10. 3. l. 1. c. 8. & c. 21. (m) Suarez. de Relig. 10. 3. l. 1. c. 17. n. 29. (n) Sess. 23. c. 1. de Refor. (o) Suarez de Relig. 10. 3. l. 1. c. 17. n. 21. 23. & 24. (p) 1. Ioan. 2. 6. (q) S. Th. 1. Cor. 9. lect. 1. (r) 1. Pet. 5. 4.



CAPUT II.

*Quàm non tutum, involare in munus Pastoris Animarum, si ad id Deus non vocet?*

I.

Quisquis principio, non quam deoebat, elegit viam, quo progreditur longiùs, hoc aberrat latius. Idem accidit in vitæ statu deligendo, Quid enim status est? nunquid via, quâ eundum ad terminum æternæ Beatitudinis?

qui proinde minùs tutum elegit, in quibus quantisque se periculis exponat. Et tamen quod negotium minore plorumque curâ agitur, quàm hoc, quod est omnium maximum atque gravissimum? Hic conjugij se vinculo adstringit: quâ de causâ? quia fortis beneficio ceteros inter fratres est primò potus: quia ad id animum obtinere quia hæsit in visco: quia nescio quo puellæ forma uno obtutu delibata percipit. Dixitque ad patrem suum: *Hæc mihi accipe, quia placuit oculis meis.* Hæc, non alia, tantæ deliberationis momenta sunt. Ille alius Sacerdos initiatur, quia adhuc puerulum potentes clericali indutum habitu in lustrum misere. Iterum alius Religiosus cepiam Coetus se aggregat, quia in eo gnatum habet, præcipuis momentis ad motum; unde confidit, pari lequeque felicitate emerfurum ad primos gradus, in quibus majoribus, quia obitu paternæ, subsidijs abundet ad vitam non miserè, aut fordide ducendum. Hæc præcipitem videas ad castra vocat, illud ad Mercatorum tabernas; alium in strepitum; quia ita repente raris oportunitas suasit. Adeo quâ cetera meritate Gentium alique diuina Deos adoptabant, quidquid matè suæ prodeuntibus primò occurrisset, eadem hodie longè plurimi hanc illamve rationem sectantur. Hoc errore quæ immantior? *Necesse est, Seneca* sunt, *ut multum in vita nostra casus* quia *utrumus casu.* (b) Hoc si iure diluit homini Ethico, de nobis quid lo-

SEGNE  
CONCIONES  
INSTRUCIO  
POENITENTIA  
CONFESSIO  
PAROCHIA

cemus, quibus divina F. dei lumen tanto manifestius ob oculos ponit altissimum finem, ob quem nati sumus?

Aque utinam Parentes saltem pro improvidis filijs saperent! sed illud est pessimum, quod, qui cæco impetu delatos ad extremum marginem retrahere ab exitio deberent, primi non raro eosdem præcipientes agant: dum obliti, se aatos suos in Lustrico Fonte totos divino ded. cæsse obsequio, eosdem Sacrilegâ rapinâ auferunt, ut de ipsis statuunt, non quod Deo, sed quod ipsis visum ac collubitum fuerit.

Quæ jam unquam lacrymæ sufficient ad tam fœdam perturbationem pro merito deplorandam? hæc sanè quacunque aliâ major dici potest. Si enim homo extra locum, ad quem illum Numinis destinavit Providentia, aliud non foret quàm statua extra muri concavum, erroris quidem foret, sed apparenstantium. Verum indè malum est, quod ibi sit ossis instar, loco & juncturâ suâ moti, quod idcirco moveri & operari possit nihil, nisi quod multum, ut deformitatis, ita & doloris afferat. Nec obscura ejus rei est ratio. Non solum Deus finem mortalium cuique præfixit, cujus gratiâ in terris vivat, salutem inquam æternam: *Deus vult omnes homines salvos fieri:* (c) sed media quoque decrevit, quibus non suaviter minus, quàm sapienter eum ad finem perduceretur. Media autem hæc potissimum sunt vitæ conditiones, gradusque varij in Republica, quos vulgò vitæ status vocamus. Non me fugit quidem, hæc media, utpote remota, se ipsis solis non

sufficere ad salutem consequendam. Novi tamen & illud, remotioribus his medijs ferme addi alia, quæ proxima sunt. His siquidem vitæ conditionibus ac statibus, tanquam externis Gratiæ suæ auxilijs, mira omnino ratione Deus adaptat interna, sicut quàm aptissimè respondens indoli & propensioni eorum, quos salutis obtinendæ gratiâ in ijs collocavit. Hinc consequens est, ut cum non nemo vitæ genus amplectitur, ad quod à Deo vocatus non erat, aut illud non amplectitur, ad quod erat vocatus, non accipiat subinde auxilia illi respondentia, atque ita malè in eo vivendo pereat; rectâ enim sententiâ, quâ illum Deus ducere decreverat, egressus, quid aliud expectet, quàm ut incedat per præcipitia? haud aliter ac cæcus quispiam, qui duce viæ spreto ac repudiato ire vult, quò libet, nec tamen videt quò vadat, nec unquam videbit ante, quàm fœdè prolapsus in fossam præceps ruat. *Arctabuntur gressus virientis ejus, & precipitabit eum consilium suum.* (d) Et sanè quàm multi factò ipso, qui præclarè de salutis suæ hostibus in Religioso aliquo Cœtu triumphassent, Conjugij statu delecto à nimio habendi studio, tanquam superbo tyranno, domiti devictique sunt? (e) Parte alterâ quàm multi sacra aliqua in Familia in fœdas libidines prolapsi sunt, qui uxore ducta intra honesti limites constitissent? Quàm multæ, quæ certo in Asceterio caelestis Paradyfi fructus tulissent, alio quopiam, arbitrato suo, delecto, tanquam in solo ad finem propositum inepto, in plantas excreverunt, flammis tantum

rantium æternis debitas? Atque ita pluribus ratiocinando de tam varijs munijs, artibus tam multiplicibus, administrationibus tam diversis, quis unquam edifferet, quantum ista alijs boni, quantum è diverso alijs mali accersiverint? Felix futurus erat Heli, si aut filios non genuisset, aut illis genitis Sacerdotij, & supremi quidem, culmen non ascendisset. Qui in vita privata mollis ac tractabilis futurus erat; instar Corallij in medijs undis, ad omnes amabiles gratia motiones & influxus; vi quadam è profundo extractus, paulo post ex planta durefcit in lapidem, contra omnes cæli motiones & virtutem obstinatum. Prudenti admodum horratur Apostolus, ut cuncti trahentem & ducentem Deum sequamur: *Unumquemque, sicut vocavit Deus, ita ambulet.* (h) Si enim Deus ope sua non adest, quid tandem nobis fiet? *Nolite ascendere* (Moysis verba sunt, Israëliticum Populum alloquentis, quem sua ambitio stimulabat ad Amorrhæos, vel in ipsis montium sucrum jugis debellandos.) *Nolite ascendere: non enim est Dominus vobiscum.* (g) Sed quia fudus ad has voces Populus ascendit tamen, tam non devicit h. stem, ut maxima ab eo clade multatus sit. An nos fortassis vel ingratijs Dei salvi esse possumus, licet *Dominus sit salus?* (h) Necessè igitur est, quacunque in electione prudenter rem agere, & illud ante omnia dispicere; quid Deo de nobis statuere placeat: *Nolite fieri imprudens, sed intelligentes, quæ sit voluntas Dei.* (i) Divina siquidem Gratia omnes juvat; suo tamen non nostro

ordine & arbitrio: *Ordine suo, non vestro, virtus Spiritus Sancti ministratur.* Quare si ventos optamus secundos, obvertenda est prora, quò nos illi impellit ad cursum, non eò, unde respicitur.

Non negarim quidem ego, magis nostri Dei Providentiam, quæ ante quod soli notâ vel è veneno elicere potest medicinam, scire etiam res, à nobis nobisque malè consultâ electione periculis restituere, validissimis quibusdam auxilijs, quæ vim ordinariam multum operent, collatis. Ista tamen gratia quam Dei Providentiæ inferimus, injuria, velle, ut ipsa nos sequatur, adducat. Deinde quis ambigat, etsi semel iterumque, non tamen cœteri velle eò usque se demittere: cum æquissimum utique sit, ut in exitum certissimum sinat, qui ab ipsa fugit? An ipsa comminata est, quòd desiderium permissura sit illos, qui loquentem non audierint? *Non audivit Populus meam vocem meam &c.* atque idcirco terribilijs ambagibus dimisi eos secundum desideria cordis eorum. (1) Quod tamen terroris incutere hæc minæ valent, illa inane plectumque sine fulmine resonarent? Haud sanè ignoro, nulla in vita conditione cuiquam illa deesse deest Gratia thesauris auxilia, quæ ad salutem consequendam rectè utentibus sufficiant; sed & illud scio, minus longe tempore accipere, qui vitæ conditionem arbitrio suo elegit, quàm qui in ea delibanda Dei voluntatem ducem secutus est. *Qua volui, elegistis* (Dei ad sceleratos Pharaonos verba sunt,) *propter hoc esse peccatum*

SEGNE  
CONCIONES  
INSTRUC  
Poenitent  
Confessari  
Parochi

mei comedant, & vos esurietis. Ecce ser-  
 vi mei bibent, & vos sitietis. Ecce ser-  
 vi mei latabuntur, & vos confundemini. (m)  
 Atque hinc re ipsa fideque consequi-  
 tur, Animam, quæ quartâ faventis &  
 secundi venti portione tenere portum  
 non potest, in eum certò plenis velis fu-  
 isse invehendam. Præterea illa ipsa  
 Gratia auxilia, quæ naturâ suâ plus quam  
 sufficientia sunt in vitæ conditione, pau-  
 cioribus, minoribusque obnoxia peri-  
 culis, qualis eorum exempli gratiâ est,  
 qui alijs obtemperant, talia non sunt in  
 conditione, pluribus exposita discrimi-  
 nibus, qualis est eorum, qui alijs præ-  
 sunt; usque aded, ut si in prima illa ef-  
 ficacia factura fuissent ad partes officij om-  
 nes implendas; in posteriore vix suffe-  
 cissent; & inde sit, lampadem illam mo-  
 dicam, quæ nullâ undeliber afflante ve-  
 hementiore aurâ lucē suam conservasset,  
 ex illo vento & tempestate turbato ex-  
 ingui. *Momentum* igitur illud formidabile,  
 a quo pendat aternitas, non solum postre-  
 mum vitæ nostræ est, sed magis fortassis  
 illud, in quo de vitæ genere capessendo  
 deliberamus; cum jure optimo asseri-  
 ri possit, sic ab hoc pendere illud, sicut  
 à via terminus pendere consuevit. Atque  
 hæc causâ ne in tali electione aberraretur,  
 tantum huic studij ac diligentie impen-  
 dendum foret, quantum adhiberi par  
 est, ne mors accidat non provisâ: ser-  
 me enim duo hæc momenta, rectè eli-  
 gendi, & rectè moriendi, ita respondent  
 mutuo, sicut Echo respondet voci, ad  
 quam repercussa redit.

II.

Cuncta hæc, quæ, rem aliis fortè  
 R. F. Segneri Institutio Parochi.

quàm par fuerat repetendo, differui  
 pluribus quidem, sed non tam multis  
 ut ad propositum sufficiant, de vitæ  
 genere universim deligendo, oportet,  
 ut sibi, arguendo à minori ad majus, ap-  
 plicent Pastores sacri in vitæ suæ parti-  
 cularis gradu optando: si enim temerita-  
 te non caret, sine pixide nautica mari se  
 committere, et si litus tantum legere  
 quis constitutum habeat, quanto plus  
 temeritatis habebit plenis velis in altum  
 provehi eadem pixide destitutum? Iam  
 vidimus, quàm audacter & temere agat,  
 qui privato cuidam ministerio se addi-  
 cit, divinæ voluntatis nutu prius non  
 explorato: quid igitur erit, publicum si-  
 ne eo capessere, & illud quidem, quod  
 sit omnium maximè arduum, Regimen,  
 inquam, Animarum? *Ars arrium, re-  
 gimen Animarum.* Qui sic agit, nã is  
 ignorat, quid sibi oneris imponat in tali  
 munere capessendo; reddendæ scilicet  
 rationis non pro se tantum, sed etiam  
 pro omnibus ijs, quos curandos susce-  
 pit. Quis autem est, ad hoc qui  
 non inhorrescat? *Hoc est maximum peri-  
 culum, si rectè sentit Angelicus, homi-  
 nem de factis alterius rationem reddere,  
 qui pro suis non sufficit.* (n) Si tam non le-  
 vis operæ res est, suamet salutem in tu-  
 to reponere, quid erit, cum incumbet  
 alicui & alios servandi obligatio? *Dedi-  
 sti eis Salvatores, qui salvarent eos de ma-  
 nu bestiarum suorum.* (o) Præterea, quàm  
 graviter in Deum injurius est, qui ipso  
 quodammodo inscio in Regia ejusdem  
 non qualemcumque, sed sublimem gra-  
 dum occupat? *Ipsi regnaverunt, & non  
 ex me,* (p) Ipsius indignantis verba sunt  
 B apud

apud Oseam. Et tamen, siquid S. Gregorius vidit, ex se, non ex arbitrio summi Rectoris, regnant, qui nullis fultis virtutibus, nequaquam divinitus vocati, sed sua cupidine accensi, culmen regimini rapiunt potius, quam assequuntur. (9) Quis quis ita se gerit, ad Ecclesie regimen aspirando, dignus est, quem Divina Majestas repellat tanquam importunum, & impudentem, ut qui nesciat, de quo, & cum quo agatur. An simili ille protervia se gereret cum stolido aliquo villae Curatore? certus mihi videor, quod id facturus non esset; neque vel ex vite uvas, vel ex oliva baccas in gratijs ejus carperet; tantum abest, ut dati acceptique rationibus faciendis se ingereret. Et tanto plus nihilominus eam Deo audeat? sic ut dicere hic possit, Principes extiterunt, & non cognovi. (10) Christum docet facer Historicus ad Apostolici muneris apicem evasisse non eos, qui volebant, sed quos volebat ipse; Vocavit ad se quos voluit ipse, & venerunt ad eum. (11)

Primum proinde ac gravissimi momenti negotium est ejus, qui Animarum regendarum pascenda, & que curam suscipere cogitet, intelligere, à Deo se ad rem tantam vocari. Si enim Deus non vocat, si non eligit ad munus tam sublime, cujus demum frontis, cujus judicij est, semetipsum ingerere? è diverso, si vocat ipse, quæ tandem rusticitas, quæ contumacia est, subducere se, & tergum oneri subtrahere? Ita censuit S. Bernardus, cum non nemo illum in bivio hoc tam ancipiti duce optasset. Deus forsitan vocat; quis audeat dissua-

dere? forsitan non vocat; quis appropinquat consulari? (12) Architecto tam non probatur, si balis columnæ capiti imponatur, quam si columnæ capitellum subternatur. Eaque causâ si obrudere sese et præsumptio; humi semper abjectum jacere, cadendi metu, vituperanda pullanimitas est; unde quam laudem meritus est Jeremias virium suarum contentiâ demissè deprecando provincia sibi impostam, A. A. A. Dominus Deus, aut nescio loqui, quia puer ego sum. (13) tamprehendi meruisset, si illum oblitum repudiare petrexisset. Hæc certe Gregorij Magni fuit sententiâ ubi observavit, Jeremiam obtulisse quidem, sed non obtulisse contumaciter: Non pænè restitit: tunc enim ante Dei vocem vera est humilitas, cum ad respondendum hoc, quod utiliter subire precepitur, pertinax non est. (14) Id quod ipse dedocendis dixerim, qui viâ legitimâ ad præfecturas vocati, sibi persudera, si Deo obsequium præstare, si Magistratum vocanti velut indictâ pugna oblitescunt. Relinquamus Deo tanquam Architecto supremo, quid de nobis statueret placere nobis Indifferentiâ, ad quilibet, quod Deus jussit, promptitudo relicta est; nam & lutum videmus, exhibito tam nihil valeat, tractabilitate formæ suæ ad tam diversos & multiplicem usus idoneum reddi. Nec alius S. C. nonum, si explorare illum juvat, hæc de re sensus est: siquam operam (hæc eorum verba sunt) vestram Mater Ecclesia desideraverit, nec elatione avidâ suscipiamus, nec blandiente desidia respiciamus. (15) Atque ita passim alibi loquuntur. Unde et

finiam

finiam, forma huiusce rei optima illa videtur, qua nonnemo in Mutinensis Ecclesie Præfulem electus, usus est; interrogatus enim; an acceptet tandem Dignitatem, quam tamdiu repudiârat? paucis respondit: *Nolens volo, & volens nolo.* Quibus verbis exemplôque suo affirmavit, non alios magis idoneos esse ad Præfecturas sacras, Animarum curam, quàm eos, qui volunt quidem, sed nolentes volunt: *Ex nolentibus fiunt volentes.* (2)

(a) Iudic. 14. 3. (b) Sonec. Epist. 71. (c) Ruz. de Prædest. disp. 24. (d) Job. 18. 7. (e) Loffius epist. de vita statu deligend. 9. 6. (f) 1. Cor. 7. 17. (g) Num. 14. 42. Deuter. 1. 42. (h) Ps. 3. 9. (i) Ephes. 5. 17. (k) S. Cypr. de singu. Cleric. (l) Ps. 80. 11. (m) Is. 65. 13. (n) S. Th. in epist. ad Hebr. c. 13. l. 3. Ep. in 4. dist. 17. 9. 3. art. 3. de Veris. 9. 27. art. 3. (o) 2. Esd. 9. 27. (p) Of. 8. 4. (q) S. Greg. Past. l. 2. c. 1. (r) Of. 4. 8. (s) Marc. 3. 13. (t) S. Bern. Ep. 8. (u) Jer. 6. (x) Epist. l. 6. ep. 5. ad Cir. S. Th. 2. 2. 9. 185. art. 2. (y) 16. 9. 1. c. Nos autem. (z) 8. 9. 1. c. olim. Ep. c. In Scripturis. Ep. c. Scientiam. Ep. c. Quæ Episcopatum. Ep. 1. 9. 6. c. Sicut dist. 74. Coniuluit. Ep. 23. 9. 4. c. Displicet.

## CAPUT III.

*Quibus signis discerni possit, verène quis à Deo ad Animarum curam vocetur, an verò non vocetur?*

**N**on est cuiusvis, Cæli voces intelligere. Eas tamen intelligere maximi momenti est ad prudenter eligendum. Quis erit igitur, qui sapienter eligat? Haud aliter ac Samuel, rudis etiamnum, hominis vocem existimabat, quæ erat vox Dei; ita non pauci falluntur amplius, dum Dei vocem putant,

quæ hominis, imò Amoris proprii vox est. Serviet proin quàm maximè ad rem propositam, si normam quandam & regulam constituam, cuius ope quis cum animi submissione cognoscere possit, quid tandem de ipso constituerit Deus, & sanctissima ejus Providentia, ut subinde illud fide optima exequatur; in consilio præcipuè summè lubrico, quale est istud de suscipienda Animarum cura, portando inquam onere, quod jam pridem pronuntiatum est: *Onus Angelicis humeris formidandum.* (a)

Triplici lumine instruxit nos Deus ad sublimem hunc cognoscendæ suæ voluntatis finem: primum intra nos est, nimirum Ratiocinandi vis; alterum supra nos est, Oratio inquam; tertium est circa nos, Consilium, seu alios consulendi diligentia: omnibus his tribus utatur oportet: Lucis Filius, qualis vestrum unusquisque est, dum sollicitè, quæ Patris sit voluntas, explorat: *Ut filij lucis ambulate &c. probantes quid sit beneplacitum Deo.* (b)

## I.

Ante omnia igitur hac in re Rationis à Deo concessæ beneficio utendum est? *Volens turrim edificare, sedens prius computat sumptus, qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum.* (c) *Sedens* inquit; nec enim deliberatione tumultuariâ, sed quietâ, ac tranquillâ hic opus est, & omnis perturbationis experte: nec enim ullam aquam invenire est, quæ, dum agitur, sit pellucida. Sic autem constitutus, feridò perpendat, eòne fine & animo impellatur ad Munus Pastoris Animarum, quo uno agi impellique nos

debet: à fine siquidē omnis subinde actio dirigitur; sicut à meta, ad quā tendit, omne telum dirigitur. Quis autem est finis, quo induci nos decet ad Ecclesias gubernandas, nisi ille, cujus unius causā Ecclesie sunt constitutæ? An autem eo fine à Christo constitutæ sunt, ut ædes essent commodorum pro ijs, à quibus possidentur, aut deliciarum & oblectationum villæ? Imò eum in finem constitutæ sunt, ut totidem essent speculæ, ex quibus in bonum publicum ibi constituti excubarent: *Speculator è dedit domui Israël.* (d) Atque hic idem finis est, cujus etiam gratiâ, præ alijs saltem, regimen ejusdem capessendum est.

Quis proinde est, qui in tam gravi liberatione audire placidè possit commoda suorum Agnatorum, sive egeni illi sint, sive locupletes? Obturanda simul utraque auris est, ut neque hi, qui ad dextram, nec illi, qui ad sinistram sunt, exaudiantur, quantumcunq; vociferando obstrepant; cum nec sustentatio, nec splendor aut pompa domesticorum, pro fine statui possit functionis, quæ à Christo, nullo eorum respectu, fuit constituta. *Ille proinde, qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem dignus erit ad turris ejusmodi culmen conscendere; iste in excelsis habitat.* (e) qui hoc non fecerit, ascendere ne præsumat.

Quamquam qui autem utramque obturat, vocem ille quidem aliorum non audit, audit tamen suam. Vult autem Deus in re nostra, ne istam quidem audiri. Unde necessarium est non obturasse tantum aures, sed planè surdum esse, sic ut non tantum voces sanguinis,

Agnatorum inquam amor, sed ne Carnis quidem, proprii inquam amoris, et suorummet commodorum voces quo modo exaudiantur. Atque hoc est, quod fecit Apostolus, cum dixit: *Cum placuit ei, qui me vocavit per gratiam suam, ut evangelizarem illum in gentibus, continuo non acquievi carni, & sanguini.* (f) nec aliter quemquam vestrum agere oportet. Secus, si quis in Parochia acceptanda spectet non aliud, quam rebus annuos, quos si pingues habeat, bonam illam vocitet; si spectet, nota major pateat in ea campus promovendi salutem Animarum, sed anagri magis fertiles, census locupletiores; quantumquam dixerit, talem aliquem, in acceptanda, re ipsa divini spectantoluntatem? *Quando propter tempora servitur Deo, quisquis talis est, non mirus est.* (g) Bonus Pastor comedat oportet, ut pascat, non pascat ut comedat. *Non pascunt boni Pastores, ne comedant, qui sunt Doctoris Mellis sui verbi, sed comedunt, ut pascant.* (h) Non est major in Mundo rerum perturbatio, quam si media finis, finis mediorem locum subvertita. S. Augustinus docuit. *Qui fruidis, & frui intendis, est humana perceptitas.* (i) Et tamen hæc Perturbatio perturbans est. Eadem ratione non esset construere turrim divinæ gloriæ, sed turriatium ædificare, si quis Pastorem Animarum agere vellet, non ut Patriæ suæ succurreret, sed ut illi dominetur. *Principandi similitudine, non providendi misericordiam.* (k) Ambitio cunctos ferè in Ecclesia Hæretichas genuit, qui sunt Lupi; nec diu ratione Ambitio gignit cunctos ferè illos.

SEGNE  
CONDICIONES  
INSTRUCIO  
POENITENTIA  
CONFESSIO  
PAROCHIA

stores infidos, Mercenarios inquam, qui nonnunquam Christi regi non minus ferè damni inferunt, quàm ipsimet Lupi. Ut rem verbo: finis, quem spectare vos unum oportet, totus spiritualis sit necesse est, nihil habeat de temporali. Cùm enim in quolibet Pastoris Animarum munere tria inveniuntur; labor operis, quo Animarum salus promovetur; Gradus dignitas, quæ conferitur id opus molienti; & tandem proventus annui, census, & jura prærogativa, quæ ea in dignitate constituto obveniunt; quisquis in acceptando Pastoris munere pro fine habet census & redditus, avarus est & cupidus; qui dignitatem, est ambitiosus; qui opus, solus ille verus Pastor est. Sanctus idcirco Gregorius in illa Apostoli verba; *qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat*; acutè dixit: *Laudo quod queritis, sed discite quid queratis.* (l) Opus scilicet, quod viri Ecclesiastici proprium est, non proventus, non emolumenta, quæ etiam secularibus communia sunt. (m) Non dicitur tamen, ne ullatenus oculus defigatur in emolumenta caduca (nam vel ideo, ubi laborum est amplius, sapienter provisum est, ut plus etiam sit commodorum & emolumentorū, ut hæc ad eos subeundos allician) sed oculum hunc sinistram tantum esse convenit, sic ut nunquam commoda habeant rationem finis in Pastoris officio admittendo, sed ut tantum impellant; aut si finis rationem habent, non habeant unquam finis præcipui & unicè spectati, sed secundarij, & qui alteri principali accedat. (n)

Atque hæc est Idea Turris, tam cel-

sæ, ut, quod nemo non videt, cælum feriat. Superest nunc, ut quisque secum ineat rationes sumptuum necessarium ad hoc, ut ad culmen perducatur. *Sedens computat sumptus, qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum.* Sumptus porro isti aliud non sunt, quàm doctæ requisitæ; quas inter, præter ætatem annis maturam, maximè necessariæ sunt, Doctrina & Morum honestas. *Parochialis Ecclesia regimen non suscipiat, nisi qui jam vigesimum quintum ætatis annum attigerit, & scientiâ & moribus commendandus existat.* (o) Jam autem ad defectum scientiæ quod attinet, non jam parabola, sed quotidiana ferè historia est, quod dum vitis & Oliva, arbores tam frugiferæ, alijs Plantis imperare reculant, Rubus, qui & folijs destituitur & fructibus, nihil cunctatus fasces capessat, & modestiores superbè ac præfidenter sic alloquatur. *Venite & sub umbra mea requiescite.* Ubi subinde Rubi isti, scientiâ destituti, sacrorum Curionum gradum conscenderunt, commissas sibi Animas Dei verbo non pascunt, ignorantiam suam causati. Sed si pascere nesciunt, cur Pastorum munus admittunt? quid dico admittunt, cur ambiunt? Fierine potest, ut ducere alios velit, qui cæcus ipse sit, & se esse dicit? *Non spondeas super virtutem tuam, Ecclesiastici monitum est, quod si sponderis, quasi resituenis cogita.* (p) Ut caput membra regat cetera, necesse est in eo cunctorum sensuum organa inesse. Unde qui his facultatibus se videt non esse instructum, hunc profectò decet, pro eo quod ad Pastoris gradum aspiceret, ab eo



omni contentione refugere: *non suscipiat*, & disertè palàmque profiteri coram ijs qui invitant: *Non sum Medicus, & in domo mea non est panis.* (q) Non calleo artem sanandi Animas, cum malè habent; nec habeo unde eas nutriam ac sustentem, cum sanæ sunt: alios quærite, tanto munerè aptiores, ego illi me imparè agnosco. *Nolite constituere me Principem Populi.*

Alterà principalis summæ, magis etiam necessaria ad Turrim hanc erigendam, pars est, Pietas in Deum: nec enim tam malè hæret in Ecclesiæ cælo sidus, luce privatum, quàm maleficum & noxium, Quod deest scientiæ, magnam partem supplere potest usus & experientia, quæ ipsâ muneris exercitatione sensim acquiratur. *Advocatus potest esse illiteratus, modo habeat peritiam postulandi.* (r) Quin etiam in re nostra magis supplere potest defectum illum Caritas, quæ fervidi Pastoris mentem acuit, ut plus etiam, quàm ceteroquin vires ferant, conetur. *Imperfectum scientiæ potest supplere perfectio Caritatis.* (s) Defectus autem Caritatis quâ demum alia dote suppleri potest, aut compensari? *Clerici Laicos in vita, sicut in officio precedant:* quæ sunt Concilij verba. Officium porro ipsorum sine comparatione nobilius est conditione Laici cuiuscunque: quanto igitur & vitam nobiliorem esse convenit? Et verò cum inferior gradu virtus in ijs inventa fuerit, quomodo cum dignitate eum obtinebunt? *Ab immundo quid mundabitur? An sperari poterit, quòd correcturus sit aliorum vitia, qui nondum emendavit sua? aut quòd promoturus sit alios in bono is, qui mi-*

nus ipse perfectus est quàm is, quòd si sumpsit perficiendos?

Necessarium proinde est, ut quibus Animas curandas suscipit, vitam hanc cat ex Legibus divinis, ut pierumque saltem ab ijs non exeret: id enim nunc non possunt non ipsum ferre minæ, quæ S. Petrus Damiani vibravit. *Patet in reprehensibiliter vivunt, & locum reprehensibiliter vivendi, adhuc reprehensibiliter concupiscunt!* (t) Qui animam habent tam fœdis ulceribus oblitam, ut eis Iobi in suo fimeto, saniem undique putredinem stillet, certissimum comens esse potest, se à Deo non esse delictum ulli Ecclesiæ Sponsum: nec enim Deus vocat indignos, quin prius faciat dignos. *Non ponit vinum novum in veteres utres, sed vinum novum in utres novos.* (u) Non solet ille prius infundere in vasa putrefactum donorum & gratiarum suorum liquorem, & tum primum illa purgat, sed purgat prius, & subinde liquoris infundit. *Illos quos Deus ad aliquid elegit, ita preparat,* ait Angelicus, *ut ad illud ad quod eliguntur, inventantur idonei.* (x) Tantòque id amplius, quòd Deo quàm maximè cordi sit bona Miraculorum suorum fama & nomen hinc vult nomen; ratio ipsa exigit, ut muneris exercitationem præcedat.

Hinc ad latratus obmurmurandè mihi compescendos non sufficit cum ceteris nullis dicere: *Allus à me ero,* cum munerè illi admotus fuero. Necessariè vitam pravam antè mutare. Et tunc hic error est frequentissimus. *Mentis esse volentium, pierumque sibi sibi bonorum operum promissione blanditur.* (y) S. Ger.

SEGNE  
CONVICTIONES  
INSTRUCIO  
POENITENTIA  
CONFESSIO  
PAROCHIA

S. Gregorius asserit. Nec id mirum  
 cogquam videri debet. Quod futurum  
 est, est arduum, non terret; quia non  
 nisi in imaginatrice facultate adus bra-  
 tum; que cauta est, car nemo non magna  
 se posse prestare confidat: quod autem  
 præsens est, non terret tantum, sed ex-  
 animat etiam; unde quis est, qui re ipsa  
 deinde præsitet id, quod se præsiturum  
 erat pollicitus? Plerumque non tam pro-  
 ponimus futura, quam nobis ipsis adju-  
 lamur. Præterquam quod constans  
 bonæ vitæ in Pastore tenor ab assuetu-  
 dine proficisci debet; aliter enim stabili  
 esse non solet. Hinc opus est, aliquo  
 prius temporis intervallo semet explo-  
 rare, an valeat durare. *Prius vires suas  
 cum hoc, quod est subiturus, onere metia-  
 tur.* (z) Quare sicut omnes statuarij ab  
 arte celebres nullum momenti alicuius  
 ex ære opus moliantur, nisi prius ejus  
 ideam, omnia lineamenta præferentem,  
 effinxerint, sic nemo non, prius quam  
 ingens illud opus Pastoris Animarum in  
 semetipso effingat, in opere alio simili,  
 etsi minoris momenti, artem suam & vi-  
 res periclitetur; has autem si conatu in-  
 fetiores invenierit, absit enim vero, ut ul-  
 teriori se exponat periculo, haud dubiè  
 sub onere tanto graviore succubiturus.  
*Fili, in vita tua, tenta animam tuam, &  
 si fuerit nequam, ne des illi potestatem, non  
 enim omnia omnibus expediunt.* (aa) Facili-  
 us erit in dignitate jacturam facere vit-  
 tutum, quas ante possederit, quam novâ  
 illas accessione augere. *Plerumque enim  
 in occupatione Regiminis, ipse quoque boni  
 operis usus perditur, qui in tranquillitate te-  
 nebatur.* (bb) Sic omnium bono S. Gre-

gorius monuit, ut quisque, ex eo quod  
 est, judicet, qualis deinceps sit futurus.  
*Non enim locus sanctificat hominem, sed  
 homo locum.* (cc)

Quis proinde possit non indignari  
 mutationibus quibusdam subitis, qua-  
 rum in natura nullum reperire sit exem-  
 plum; in re autem nostra inventuntur  
 tam multæ, unius alicujus, qui à frige-  
 re vehementissimo vitæ libere, & in om-  
 nem licentiam effusa, transit ad calo-  
 rem maximum vitæ perfectæ, qualis esse  
 præsumitur ejus, qui ad munus Pastoris  
 eligitur, ipsius Electionis vi? *Electio ad  
 regimen facit quem præsumi meliorem.*  
 (dd) Et tamen, quis credat? *Heri Simon  
 Magus, hodie Simon Petrus.* Qui heri  
 pugnabat contra Christum, eum hodie  
 ducere posse ordines in exercitu bellan-  
 tium pro Christo! Qui heri ne Discipu-  
 lus quidem erat in Schola Perfectionis,  
 hodie in ea Magistrum agere! Qui heri  
 gradui Sacerdotali erat probro ac dede-  
 cori, hodie etiam Præfulis dignitate ful-  
 gere? *Sic una die sanctos fingimus, inge-  
 miscit Nazianzenus, eosque sapientes esse  
 jubemus, qui nihil didicerunt, nec ad Sa-  
 cerdotium quidquam attulerunt, præter  
 velle.* (ee) Quid aliud erunt, quam abortus,  
 parius illi, quorum organis & mem-  
 bris formandis vix pauca temporis  
 momenta dantur? Quid dixi, Abortus?  
 Fabulæ erunt, quæ vix Peccatorum in in-  
 genio locum inveniant, Gigantum in-  
 star Cadmæorum, qui quo die semina-  
 ti, eodem & nati, quin & ad arma tra-  
 ctanda idonei inventi sunt: veritates  
 nunquam erunt, quas usus comprober.  
*Longa debet vitam suam probatione mon-  
 strare,*

strare, cui gubernacula committuntur Ecclesia. (ff) Ut Sacri Canones loquuntur; qui passim summè abhorrent mutationes ejusmodi repentinas & momentaneas; in quibus si multum habent quod timeant promoti, haud paulò plus habent, quòd trepidant Promotores, ut qui tam levi momento cuilibet manui Animas custodiendas committunt. (gg) Leges Imperatorum, malè custoditorum captivòrù rationem non ab eo duntaxat repetunt, qui malè eos custodivit, sed ab eo etiam, qui custodiendos commisit, si militi com' sic tironi, eum committere posset veterano. Quanto igitur magis Leges divinæ Clericali in militia similem postulabant rationem!

Omnia hæc momenta *sedendo*, hoc est maturè diligentèrque discussa, pertinent ad primam lumen, quod Deus nobis contulit ad agnoscendam voluntatem suam, dum de vitæ genere ineundo deliberatur; ad Rationem inquam, illud scilicet lumen, quod in omni Anima ratione prædita lucet ad agnoscendum id, quod prodest, ab eo, quod noxium est. *Multidicunt: Quis offendit nobis bona?* En illum, responderet Pfalter Regius: *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine*, (hh) Quia tamen providentia nostra facultate videndi est valdè hebeti, metuens præsentia, quæ tam parùm cognita habet; incerta de futuris, quæ penitus ignorat (*cogitationes mortalium timida & incerta providentia nostra*) (ii) necesse est, ut primo lumini etiam alterum, priore haud paulò clarius luceat, ut jungamus. Quid hisce verbis indico? Necesse est, ut postquam

omnia quis secum libravit diligenter sedulo, antequam quidem confluat ad Deum, tanquam Oraculum certissimum, confugiat, ab eoque consilium exquirat, totum iter suum, in arena tam facile mobili, cæli aspectu moderando, demissèque rogando eam, qui tenet ibi positur, ut sublimi suo è throno rectam deducat in semitam, cui propria intelligendi vis, si ad ducendum unumquemque penitus certa non est, certò tamen malè oculata delecta sit. *Et in his omnibus deprecari debissimum, ut dirigat in veritate viam tuam*, (kk) Atque hæc Orationis essentia sunt, quæ tandem in rebus ambiguis Interpres est securissimus. *Cum speramus, quid agere debeamus, hoc solum debemus refidus, ut oculos nostras dirigamus ad te*. (ll) Sæpe igitur, qui delibet divino se sistat conspectui; & ubi profundè se coram eo abjecerit, etiam si que etiam petat, ne Providentia sua consilia, quæque de ipso facere decreverit, abscondat, & verbis imò ex corde profectis sic eum alloquatur. *Seu Domine, quia non est hominis via, nec viri est, ut ambulet, & dirigas gradus suos*: (mm) Oret proinde, ut Deus dirigat. Sæpe eum in finem intendendum Missæ Sacrificium peragat, cui dici factis non possit, quantum laboris lumini sperare liceat ex Ara, in quâ tam divinâ victimâ litatur. Confidit tum quis coram Sole, quare dicit eum in cor suum admittit, animi lætæ sensu tenerrimo has in voces prorumpit. *Notam fac mihi viam, in qua ambulo, quia ad te levavi animam meam*. (n)

Advocatam eligit, ne declinet in avia, Virginem sanctissimam, eamque certis hinc in finem precibus, ponalibus etiam operibus veneretur, sibi que conciliet: Patronum præterea adjutorémque imploret Custodem Angelum, Beatósque Cælités alios, quos impensius colit: verbo nihil omninò omittat operæ, nihil diligentæ in negotio momenti longè gravissimi: si enim bene cepisse nunquam non fuit facti dividium, in vitæ genere ac conditione deligenda, bonum felixque principium tam certò est operis dimidium, ut sit propè totum. *Difficile est ut bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio.* (oo)

Est nihilominus extra controversiam, Deum interrogatum, *Quid me vis facere?* non velle semper ipsamet respondere, sicut Saulo Damascum pergenti respondit: sæpe enim eorum ore respondere vult, quibus suas in terris vices commisit. Certè ne Saulo quidem aperuit omnia; sed cum dixisset aliqua, reliqua ex Anania distinctius ab eo intelligi voluit. *Ingrédere civitatem, & tibi dicetur tibi, quid te oporteat facere.* Tertium proinde etiam lumen requirendum est, consulendi inquam, quos duces in via Spiritus elegimus, & arcanorum nostrorum arbitros opravimus. *Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, venies ad Sacerdotes, & facies quodcumque dixerint, qui præsum loco, quem elegerit Dominus.* (pp) Non negaverim tamen, salutari in re tanta consilio suggerendo, non quemlibet Sacerdotem esse idoneum, in quem quis temerè incidit. Legendus est eam in rem ali-

R. P. Segneri Institutio Parochi.

quis non à mortum sanctitate minùs, quàm egregià doctrinà commendatus, qui intima animi, omnesque propensiones ac assuetudines edoctus, manum tutò porrigere possit ignaro, quâ inter eas tenebras sit eundum. Tum autem id ab eo præstari rectissimè poterit, si adverterit deliberantem, præter alias ad id muneris dotes hæcenus descriptas, parte unâ onus illud pastorale magni omninò æstimare, sic ut horrorem illi incuriat; parte tamen alterâ sentire se ad illud humeris suis imponendum impelli, divini auxilij minimè sibi defuturi fiduciâ. Atque hæc animi sensa magno illi ac præcipuo argumento esse possunt divine vocationis: ista siquidem aliud non sunt, quàm quidâ radius divinissimi Spiritus, operantis in animo ejus, qui deliberat, ratione operandi maximè sibi propriâ perfectâque, quæ in eo consistit, ut mens cælesti perfusa lumine agnoscat muneris, ad quod vocatur, naturam ac qualitates; voluntas verò incitari inflammataque se sentiat ad illud cum animi demissione amplectendum.

Nemo etiam prohiberi se existimet, quo minùs amicum prudentem, atque à pravis animi affectibus immunem consulere possit, qui & consulenti diuturna necessitudine conjunctus sit, & ovium indolem conditionemque probè perspectam habeat, de quibus pascendis agitur: nam & tales in fines sineeris amicus datur. *Causam tuam trahæ cum amico tuo.* (qq) Illud tamen maximè quisque caveat, ne autem hac in re præbeat sanguine junctis; dixi enim, rectè quemque ab amico, non autem ab Inimico, consilium

silium

filium exquisitum : magis autem Inimicus in negotio, de quo agitur, alius non erit, si audiatur : quàm qui maxime est domesticus, *Inimici hominis domestici ejus.* (11) Hi siquidem spe allekti etiam vivendi ex illo Altari, cujus ministerio consecrare se agnatus cogitat, omni ratione impellent ad illud audacter & pede minime anxio conscendendum, etsi eundem ex pedibus laborare cognoscant : & inter plura Altaria illud præcipue laudibus extollent, non quod plures numerat adoratores, sed quod splendidius exornatum est. Ut quid igitur istos quis consulat ? *Cum impio de pietate, cum inhonesto de honestate, cum servo pigro de multa operatione, non attendas his in omni consilio.* (ss) Relinquantur sanè isti ad montis pedem, ubi de perfecto obedientiæ Sacrificio Numini offerendo agitur, haud aliter ac Abrahamus ad montis radices servos simili in facto reliquit, à quibus profecto aliud expectare non poterat, quàm ut ab illo opere revocarent, quod Angelus suo ipse ore imperarat.

Hoc igitur triplex illud lumen est, quo in tanti momenti electione utendum est. Istotamen, prout oporteret, uti non licebit, nisi, quod hodie multis pie sapienterque in more positum est, curis negotiisque omnibus expediti, dierum aliquot intervallo sacris S. Ignacij Exercitijs, à quibus tantum emolumentum Christianum in orbem profectum est, vacare quis contoverit. Illud præcipue in ijs spectavit Patriarcha Sanctissimus, ut viam rationemque doceret rectè de vitæ statu ineundo deli-

berandi. Difficile proin est eorum multiplicare numerum, qui tam salutarem Exercitationum ope, tanquam filo, à labyrinthis peditionis propè inexorabilibus se extricant, rectam deorum salutis semitam ingressi. Hac felicitate in solitudine triplex illud lumen præquam aliis clariùs affulgere poterit. Ratio siquidem mirabili quadam perfunderetur in perpendendis illis principijs ac Axiomaticis æternitatis, quàm aliud ex alio Fides subministrabit, quàm faces toridem, ad sententiarum errorum detegendos : unde hanc lucem tam splendidam videtur primis deliberans, quam electionem mallet factam illo momento, quo hinc in æternitatem transeundum est, tunc quoque faceret, ceteris, quàm nunquam meliùs scopum sic tractare, quàm sic collimando. In audiendo Dei voce (ex quo lumen alterum nobis mutuatur) duobus maxime illi instrumentis gaudere licebit, quæ nocturno silentium in sonis audientis subministrant; quorum primum illud est, quod tunc omnis alius in aëre tumultus & strepitus cesserit; alterum quod quilibet objectorum, quæ sensus afficiunt, velut interpellatione liber, attendat in diosius. Ipsum tandem Magistri Spiritus consilium (quod tertium huiusmodi genus esse diximus) mirum quantum mirum erant; cum ibi deliberans animam inveniat meliùs paratum, et illis instar ceræ, ad omnem ejus formam recipiendam, tenaciùsque retinendam, propterea quod formæ istæ tam non superficialis, sed imo quodammodo quæ

in fundo imprimantur. Satis utique omnibus constat, quis qualisque fuerit Sanctus Augustinus. Hic tamen à Valerio Episcopo jam senè compulsus ad opem illi in animabus pascendis ferendam, (rr) litteras ad eum exaravit sanè pulcherrimas; quibus reverenter quidem, sed calidas inter lacrymas rogavit, ut tantillum saltem temporis sibi concederet, quo solus secum perpenderet grave pondus operis, quod aggrediebatur, ne suis in illo dein obeundo partibus deesset; cùm magnopere formidaret, ad clavum sedere, priusquam, ut ille quidem abjectè de se sentiens aiebat, remum rectè tractare didicisset. Hinc facilè quisque vestrùm colliget, quàm providè in sacram hanc Ignatianam solitudinem se recipiant, quos dein per medias vasti Oceani undas ac procellas omne genus vectorum deducere oportet.

## II.

Superest nunc, ut illi respondeam, qui inanem meam sollicitudinem pertectas opponit; si tam multis obsequi monitis & ad tam multa attendere oporteat eum, qui Pastoris fungi munere velit, non facile jam quemquam fore, qui humeros illi supponat; atque ita Christiani Populi greges cunctis Pastoribus, qui paulò rectius sapiant, provinciam tam arduam respicientibus, destitutos haud dubiè pessimè perituros.

Ceterùm hic norandum est (si fastidium attendam quod tam multa & minuta inculcando in non unius animo excitârim) diversa prorsus ratione Deum

ad vitæ conditiones diversas, etsi minimè improbandas, vocare consuevisse. In Cœtus sacros Religiosorum (quia in his quàm proximè vivitur ad normam vitæ Christi Servatoris, in tribus illis Evangelicis consilijs repræsentatam) plerumque DEUS vocat mortales voce admodum sonorâ, inspirationibus inquam valdè efficacibus, ostendendo ijs, quanto certius in ejusmodi statu salutem consequi liceat, quàm in quocunque alio, propter tot præsidia & auxilia potentissima, quibus ejusmodi vitæ conditio abundat. Aliter longè se gerit, cùm ad Pastoris munus vocat. Ad hoc enim vocat submissa admodum voce. Quin imò, habitâ ratione periculorum, quibus is status circumfluit, & quæ vel Sanctissimum quemque perpetuo in timore continere possint, juxta illud; *In timore, & tremore multo fui apud vos.* (uu) quid agit DEUS, ut ad hanc vitæ conditionem parer eos, quos in ea constitutos vult? Impellit eos, ut toto ab illa conatu adhorreant & refugiant; unde rarè admodum fiet, ut gradu isto dignus sit, quisquis non vi quodammodo ad illum pertrahitur. *Professio indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus invitum.* (xx) Hinc est, quòd multò difficilius judicare possit, sive qui consultitur, sive qui consultit, quæ tandem DEI in ejusmodi deliberatione voluntas sit: quid ergo mirum, si tot monitis in re ista sit opus, & si multa cavenda sint? Religiosas in Familias velis remisque, ut sic dicam, properandum esset, etsi ad eas malus Dæmon impelleret, quæ fuit Angelici doctrina: (yy) si enim

vel ab hoste rectè accipimus consilium bonum, quidni & optimum? E diverso ad provinciam pascendarum Animarum plumbeis pedibus eundem est: *Virtutibus pollens, coactus ad regimen veniat: (zz)* id quod exemplo suo omnes docuerunt, quoscumque egregia Sanctitas commendavit. Quis proinde unquam tali in negotio nimium cautus esse potest, aut quæ diligentia inanis erit, ac superflua? An nunquam auditum deliberanti pulcherrimum illud S. Bernardi effatum, quo affirmabat, male se centum parere Pastoribus, quam Pastoris munere fungi? *Quis dabit mihi centum in mei custodiam deputari Pastores?* Ita autem sensit & dixit vir Sanctus, quia magis timebat rictum & dentes Lupi, quem irritare debebat in custodia aliorum, quam virgam plurimum in sui custodiam excubantium: *Plus timeo dentes Lupi, quam virgavam Pastoris. (aaa)* Non multis proin opus est, ut dicatur alicui; Religiosam in causam re abdito, obedientem acturus oviculam: ut autem jubeatur magnanimi Pastoris munus admittere, pro quam multis est opus! His autem satis ostensum est, quam non iustum sit rædium, quod tot monita à me data excitârunt.

Quod autem dicebatur, si tam multa præstari, tam multa caveri deberent à Pastore Animarum, neminem unum porro fore, qui tale munus vellet capessere, fateor neminem futurum, qui tantâ facilitate, tantâ sui fiduciâ, tam nullâ futurorum curâ, tam amarè à S. Gregorio deploratis, provinciam ejusmodi capesseret: sic autem locutus est


Pontifex Sanctissimus: *In magna temeritate ab imperiis Pastoribus magisterum Pastorale suscipitur. (bbb)* Sed è diverso administrandis his muneribus se addicerent alij, ad id à Deo vocati, quibus Ecclesiam suam gubernaret providentiâ ineffabili, non difficultè inventurisset modos, quibus de Pastoribus idoneis illi prospiceret; de Pastoribus inquam factis secundum cor suum, non factis secundum cor seculi tam perverfi. *Convertimini filij revertentes, dicit Dominus, & dabo vobis Pastores iustitiam meam. (ccc)* Et quamquam vel horum etiam è numero aliquis (que humanæ conditionis est imbecillitas) pastoribus suis minus satisfaceret, multo tamen plures futuri essent, qui officium facerent, quam qui ab eo deicerent. Ita ad hanc usque diem accidere contempsit in Electionibus divino consilio factis. Sic enim è duodenis à Christo ad Apostolici muneris culmen vocatis unus solus defecit Judas: è septem Doctoris, tantâ subinde curâ electis à Collegio Apostolico, solus Nicolaus gradus sui dignitatem non tenuit. Ut rem paucis, non disuadeatur Pastoris Animarum dignitas, si ex signis paulò antè enumeratis constet, Deum esse, qui illam vocat: dissuadetur solum, nequis præfidenter & temerè se ingerat. *Qui Pastor per abrupta graditur, sic ut ad precipitium Grex sequatur. (ddd)* Quæ modo respondi timentis, ne suis Christi greges Pastoribus videntur, dixi Doctorum securus Angelicum, cujus eorum de te verba tam sunt notata digna, ut Lecti

SEGNE  
CONCIONES  
INSTRUCIO  
POENITENTIA  
CONFESSIO  
PAROCHIA

Et non invidere piaculum videatur. Deus nunquam ita deserit Ecclesiam, quin inveniantur idonei ministri, sufficientes ad necessitatem plebis, si digni promoverentur, & indigni repellerentur: & si non possent tot ministri inveniri, quos modò sunt, melius esset habere paucos ministros bonos, quam multos malos. (ccc) Inutile, si Legum placitis stare volumus, à Nullo, non distinguitur. Nihil est inutile, quod sic non prodest, ut etiam oblit?

(a) Concil. Trid. Sess. 6. c. 1. de Reform. (b) Ephes. 5. 10. (c) Luc. 14. 18. (d) 1. q. 4. c. qui episcopatum. (e) 1. q. 32. 16. (f) Gal. 1. 15. (g) 2. q. 1. c. Sunt in Eccle. (h) S. Bern. in illud Ecce nos reliquit omnia. (i) S. Aug. l. 83. q. 9. 30. (k) de Civit. Dei. l. 9. c. 18. (l) S. Greg. Past. l. 1. c. 8. (m) Dist. 39. c. Si officia & dist. 61. c. Miramur. (n) Dist. 74. c. Consultat. (o) de Electione c. Cum in cunctis. §. inferiora. (p) Eccli. 2. 16. (q) 1. q. 2. 7. (r) l. Nec. C. de Postulatu. (s) c. Nisi. de Renuntiat. (t) S. Pet. Dam. l. 2. ep. 1. (u) Luc. 5. 37. (x) S. Th. in 2. ad Cor. 3. l. 2. c. 3. p. 9. 27. art. 4. in c. (y) S. Greg. Past. l. 1. c. 9. (z) 1. q. 1. c. Non est paranda. (aa) Eccli. 37. 30. (bb) S. Greg. Past. l. 1. c. 9. (cc) Dist. 40. c. Multi. (dd) Dist. 61. c. Miramur. dist. 94. c. Valdè. dist. 40. c. Non nos. (ee) S. Greg. Naz. Orat. 20. (ff) Dist. 61. c. in Sacerdotibus. dist. 49. §. Prohibentur &c. dist. 6. c. Miserum. c. Miramur. c. Episcopum. c. Quid proderit. 1. q. 1. c. Estote. & de Electione c. Officij tui. c. tam in Magistrum. (gg) L. non facile ff. de Custod. & exhibit. (hh) Ps. 46. (ii) Sap. 9. 24. (kk) Eccli. 37. 19. (ll) 2. Par. 20. 12. (mm) 1. q. 10. 23. (nn) Ps. 141. 16. (oo) 1. q. 1. c. Principatus. (pp) Dent. 17. (qq) Proverb. 25. 9. (rr) Matt. 20. 26. (ss) Eccli. 38. 13. (tt) Epist. 248. ad Valer. (uu) 1. Cor. 2. 3. (xx) l. si quemquam c. de Episc. & Cler. & 1. q. 6. c. Sicut is. (yy) Opus. contra retrahenti. à Relig. c. 10.

(zz) S. Greg. Past. l. 1. c. 9. (aaa) Ep. 42. ad Henr. (bbb) S. Greg. Past. l. 1. c. 1. (ccc) 1. q. 15. (ddd) S. Greg. Past. l. 1. c. 2. (eee) S. Th. 3. p. Suppl. q. 36. art. 4. ad 2. c. Chm sit. de atat. & qual. ord. dist. 23. c. Tales. reg. Nihil. de Regn. turis. in o.



CAPUT IV.

Quomodo corrigendus illi  
suis error, qui à Deo non vo-  
catus Pastorem Animarum  
agit?

Hæc Pictores inter, & æris fusores observatu digna intercedit differentia, quòd illi admissos in pingendo errores facillè; isti nullo modo emendare possint. Idem planè Angelos inter & Homines Viatores, eorumque errores discrimen invenitur. Angelus momento uno totum suum opus, ut sic dicam, fudit ex metallo; & quia fundendo erravit, inde monstruosum etiamnum opus est, eisque quamdiu erit Angelus. Homo paulatim, velut colorum vario ductu facillè delebilis, opus suum perficit, unde & emendare potest, quod erratum sit, quancumque libuerit. Non est proinde omnis illi abjicienda spes, qui temerè animabus pascendis se addixerit, antequam à Deo verbis illis vocaretur: *Ascende & posside eam*; (a) est enim remedio locus. Hoc tamen ut indicetur, necesse est observare priùs injurias illas, quæ in vitæ conditione, temerè, & nulla deliberatione præviâ, deligenda admittuntur.





Geminæ autem istæ sunt; prior quæ Deo, altera quæ Animæ propriæ infertur: atque has consequens est debere refarciri. *Vt Filij Desertores, ut ordi-remini telam, & non per spiritum meum!* quibus verbis Iſtaſtas Deus allocutus est, illis mox adjectis: *ut adderetis peccatum super peccatum.* (b) Ecquid autem est hîc peccatum peccato addere, quàm peccato temeritatis inconſultæ, & Animæ tam noxiæ, addere peccatum crudæ & tam probroſæ Deo iuſticitatis? De hac igitur agendo.

## I.

Certum est, quòd arbitrio tantùm ſuo ſtare velle in electione tanti momenti, qualis eſt hæc, in qua de vitæ genere decernitur, idem quodammodo ſit ac renuntiare gubernationi divinæ Providentiæ, eam ſecum tacitè exiſtimando aut parùm perſpicacem, aut malignam: parùm perſpicacem quidem, ut quæ ducere nos non poſſit, ut expedit; malignam verò, quæ nolit. Et ſi hoc verum eſt in cujuſcunq; vitæ electione, multo magis in ea de qua nunc agimus. Si enim quivis Pater meritò injuriam ſuam reputat, ſi filius uxorem ipſo non conſulto ducat; quanto rectius Deus ſe ſpretum exiſtimabit ab eo; ſi quis inconſulto ipſo Sponſam ducat Eccleſiam aliquam? Siquidem uxorem ducere, eſi ſit quædam ſtatùs electio, ut negari non poteſt, eſt tamen ejuſmodi, quam Deus multo liberiorem eſſe voluerit. *Qui non ſe continent, nubant.* (c) At Eccleſiæ ſe alicui deſponſare electio eſt, quam jam inde ab initio

totam ſuo Deus arbitrio reſervavit. *Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, Apolloli verba ſunt, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.* (d) Quàm proinde multo ampliùs in Deum injurius eſt, quòd duci ſe ab eo regique hoc in negotio non ſinat? Qui Eccleſiæ jungitur, ipſus quodammodo Dei ſit gener: Eccleſiæ enim filiæ illæ ſunt, tam Deo curæ, ut huic illivè Sacerdoti deſponſæ, ſubole à ſe progignendâ, cælum ipſum ad finem uſque Mundi inquilinis debeat replere. Quis idcirco ſubditorum tam nulla fronte, tam nullâ ſit verecundiâ, ut filiam ejuſmodi vel ingratijſ ſupremi Regis ducere non vereatur? *Nam parùm vobis videtur, generum eſſe Regum!* ſic adoleſcens ille Paſtor reſpondebat dicentibus: *Eſto gener Regis:* (e) eſt hoc illi jubente Rege dicerent. Et ſi qui arbitrato ſuo Regis Regum gener eſſe præſumat?

Hæc portò injuria tam maniſeſta, poenitudine compensatur, veniâ inquam petendâ à læſa Nominis Providentiâ, totùmque ſe ejus manibus permittendo, parato etiam animo ad ſub-eundum quodcunq; pœnæ genus, quo illi placuerit peccatum hoc tam non leve vindicare; ſic tamen, ut eodem tempore ſumtâ animi cum demiffione rogemus, dignetur nos punire virgâ correctionis tanquam filios reſpicientes, non ut perduelles virgâ furoris. *Corripe me Domine: veruntamen in iuſtitiâ, & non in furore tuo.* (h) Hæc, quam modò dicebam, dolentis animi poenitudo, hæc abjectio, mox reducantur Animam in illam ſupremâ Providentiæ ſe-

mitam, & callem, quem misera tam audacter deseruerat, perinde ac si ipsa sibi dux esse posset: atque hac ratione Deo familiaris esse incipit, quem ille ut exterrum respiciebat: *Nunc autem, qui evatis longè, facti estis propè.* (g)

Altera injuria ipsam ferit Animam tam stultè eligentem, Quæ enim tam pravè cœpit, temeritatem deinceps sumat per omnem vitam luit, ut innuebam, Si namque illi etiam, quos Deus elegit, plurimum deinceps laborant, ut muneri suo faciant satis, id quod in Saule videre fuit, qui tam abjectè initio de se sentiebat, ut coronam omni quo poterat studio vitaret; deinceps autem tam altos nutriebat spiritus, ut eripi illam sibi nulla ratione pateretur; judicet quisque, cui salutem suam discrimini exponat, qui vel invito & renitente Deo tale vitæ genus amplectitur; sic ut dici possit, quotquot is subinde facit opera, toties ab illo Dei consilia & decreta violari. Huic injuriæ satisfacere licet tum in quocunque alio vitæ genere, tum in eo maximè, de quo nobis sermo, timore. *Pastoralis cura pondera*, monet sanctus Gregorius, *qui vacat, incautè non expetat, Et in qui incautè expetijt, pertimescat.* (h) En quod dixi remedium, timorem. Hunc ipsum tamen prudentem esse necesse est: non, inquam, ex illo genere, qui animum inutiliter torquendo ab agendo impediatur, sed ex illo, qui ipsum excitando pro calcari serviat ad alacrius currendum in proposita sibi boni semita. Hoc consilium Sanctus Bernardus suggestit nonnemini, qui ambigere poterat, etsi de eo certus non es-

set, quòd in vitæ genere Dei decretis non usquequaque se conformasset. *Nolo te*, inquit, *hoc tanquam parvum malum negligere, sed semper timere, semper pœnitere, semper securum non esse, sicut scriptum est: Beatus homo, qui semper est pavidus.* (i) Ne tamen is ignoraret, quo de timore Bernardus loqueretur, mox addidit. *Vides quem timorem tibi incutere nitor? non qui tibi sit laqueus desperationis, sed qui spem tibi acquirat Beatitudinis.* Geminis his ex partibus, Dolo inquam humili, & Timore non frigido, sed fervente, Antidotum componitur sanandæ cuilibet stultæ electioni; & emendando errori admissio, efficiturque ut quem ante vocabat non sum, jam suum Deus populum vocitet. *Dicam non populo meo, Populus meus es tu; Et ipse dicet, Deus meus es tu.* (k) Ex his proinde etiam componi debet antidotum electionis, de qua tractamus, si ovi illo opus fuerit.

II.

Quamquam in Pastoris sacri munere longius progrediendum est, & sollicitè investigandum, an admissus in electione error rei ipsius substantiam, an verò tantum modum, & ejus adjuncta attingat: aliud enim est, si hasta tota ligno constet, quam si ferri illi præfixi acies minus sit exacuta. Siquis & suo, & aliorum judicio ijs destituitur dotibus, quas ea vitæ conditio necessariò exigat, sic ut neque eâ doctrinâ sit, quæ sufficiat, eque ea vel ætate, vel ingenio, quæ ad eam acquirendam idonea sint, dubium non est, quin prompto generositate

que animo excutiendum sit onus, cui ferendo quis non sit, sed cui necesse sit succumbere, si ferre pergat. Nec aliter se gerat necesse est, quisquis ijs esset moribus, quia suâ pravitate alios ad flagitia incitent; nec tamen vel pravæ assuetudinis violentiâ, vel indomitæ indolis & affectuum pugna, consideret, se alium à se ipso posse evadere. Quidquid impedit naturâ suâ, ne quis primo dignitatem aliquam ac provinciam consequi possit, id ipsum etiam facit, ne possit retinere: atque ex hoc genere sunt duo illa, quæ dixi, Ignorantia & Morum perveritas. *Vilissimus computandus est, nisi præcellat scientiâ & sanctitate, qui est honore præstantior, (1) quæ SS. Canonum assertio est.* Non tamen scientiæ ac sanctitatis nomine, quas conjunctas in Pastore esse oportet, Sacri Canonones eminentes intelligunt; eminentis enim seu scientiæ, seu sanctitatis, desiderari quidem potest in omnibus, sperari non potest: ac proinde conveniens intelligitur. Ut autem sit Conveniens, necesse est ut proportionem quadam muneri respondeat, sic ut illa Parochus non aliter emineat in Populo, quàm supra gregem Pastor eminet. *Talis eligatur, cujus comparatione ceteri grex dicantur. (n)*

Erit qui ad hæc non aliter, quàm ad fulminis fragorem cohorrescat. Sed nunquid si majus cymbulâ velum est, præstat illud quamprimum demittere, quàm certam in perniciem eo expanso proveli? An præstat persistendo in Theatro, Principisque personam malè agendo, rem se post brevem ludam

facere rogi, quem nulla extinguat æternitas, quàm vacuum confectum abscidit profcenium relinquere? quis non illud agnoscit securius?

Quisquis proin sapit, silit se Tribunali divino, & ibi infimum ad gradum prostratus, quid agendum aut non agendum, illa bilance libret, quâ Christus die illo Mundi extremo utarere, & attendat, quid præponderet; an addeere Parochi officio, an jure ad celum an recipere sese in tutum, an agi præcipiem? Renunciare, an æternum perire? Qui viderit, se Animas alienas custodiendo jecturam facere suæ, si ut meritò dicere cum illa possit, *Poliorum me custodem in vineis, vineam meam non custodivi. (n)* An non infamia est, aliorum magis, quàm sui curam gerere? Quid tandem tali homine fiet? Præquam nullum ejus plandus olim admittent solatium, quàm sine fructu erunt. Morientur agnati, quos Christi patrimonio aluit; deprimetur familia, quam ævætam voluit; subidet in cineres ejus corpus, peribit non diu pest, quidquid earum habebat in Mundo, in æterno concitatus ejus ac pœna non finientur; quæ ne tantillum quidem per omnia sæcula mitigabuntur.

Erit fortasse qui dicat, tum se venia illata Deo injuria petiturum, cum peccata erit hujus vitæ fabula; tum seditionaturum suum errorem, & velut spargiâ deleturum picturam tam male peccatam, cum de illa, manibus ejus erepta pronuntianda erit sententia. Quid autem ne tantum quidem tempore suo suppeteret? quid si Deus momento illi

SEGNE  
Concionibus  
Instruere  
Poenitentiam  
Confessari  
Parochi

destituere? iratus & indignans insultaret? si surdum se ejus ad preces fingeret, id quod facturum se minatus est ipsi, qui consilij ipsius aures non accommodassent? *Despexistis omne consilium meum; ego quoque in interitum vestro ridebo & subsannabo:* (o) si inquam hoc fecerit, quæ tum hominis talis fors erit? satisne erit, si illum dimittat ad opem à gemino illo Idolo, Avaritia inquam & Ambitione flagitandam, quibus consultoribus in electione illa sua usus est, eorum Oracula præ Dei effectus veneratus? sit ita sanè. *Ubi sunt Dij, in quibus habuistis fiduciam? surgant & in necessitate vos protegant,* (p) dicit ille, & quid reponet sic jussus fuisse?

Ubi verò error admissus in Electione in adjunctis tantum fuerit, & non ipsa substantia, ut ille de quo hæcenus, tam etiam promptius erit remedium: ipsa namque difficultas, quæ in relinquendo suscepto munere occurreret, excusabit moram, quæ ea in re neceditur, sic ut jam non pugnet cum divina voluntate perseverare in illa vitæ conditione; etsi primò illam electam fuisse Deo displicuerit. Hujus generis error foret, si quis Pastoris munus prelasser dotibus quidem requisitis abunde instructus, sed solo avaritiæ, aut ambitionis stimulo ad id impulsus. Id enim si factum esset, retento vitæ genere finis esset mutandus. Serio is datæque operæ secum perpendat, quæ tandem ea sit rerum perturbatio, quod in Dei Ecclesia non ipse Deo, sed Deus ipsi servire debeat: eâ autem deformitate perspe-

R.P. Segneri Institutio Parochi.

ctâ, decernat secum, per omnem deinceps vitam præferre lucra DEI, & incrementum gloriæ ipsius, in Animarum sibi creditarum cura, quibuslibet emolumentis, & gloriæ, quæ inde ipsimet possent obtingere. *Veni in me Spiritus sapientiæ,* (illius nimirum Sapientiæ, quæ sola vera est; quæ ultimum in omnibus finem respicit) *& proposui illum Regnis & sedibus, & divitias nihil esse duxi in comparatione illius* (q) ut sapiens ajebat: cum plus quàm æquum sit, cuncta ad ultimum finem referri. *Considerandus est finis, & secundum finem propositi nostri dirigendus est cursus.* (r)

Potest etiam quis errasse, non in fine duntaxat, sed & in medijs, procurando Beneficium per aliorum patrociniâ, & nonnunquam ita sordidè ac putidè se abiciendo, ut non parùm inde dedecoris in Sacerdotalem ordinem redundaret; Ambitio siquidem, ut est dux ignobilis, ita nescit conducere aliquem ad dignitates, nisi per calles sordidos & lutulentos. *Ambitio, ut Seneca advertit, ad dignitates nisi per indigna non ducit.* (s) Hoc autem si accidit, quid consilij suggeram? Equidem libelli ejusmodi supplices; quibus Beneficia quærentur, Sancto Bernardo visi sunt processus judicarij, abunde sufficiens ad ejusmodi ambientes ultimâ sententiâ procul habendos à prefata dignitate, omni appellationis favore negato. *Sanè huic negotio non se ingerat rogans, sic ille ad Eugenium Papam scripsit, pro quo rogatus, sit tibi suspectus, qui autem pro se roget, jam judicatus est. Nec interest per se, an per alium roget.* (t) Enimverò si

D Impe-

imperatorum leges eum Tutoris munere indignum censent, qui ipse se ingerit, etsi non nisi de bonis caducis res sit, non difficile erit judicare, an ille dignus sit tutando Christi Servatoris thesauro, imò illo ferè pro arbitrio administrando, qui tot precibus ejus se muneris candidatum profiteatur? Ubi dein precibus accesserint abjectiones, puridæ obsequij delationes, S. Jo. Chryostomus tenere se non potest, quin magnis clamoribus eos, qui horum ope assurgere conantur, eodem plane loco ac numero habeat, quo illos, qui emunt ejusmodi Beneficia; affirmando, ipsos si aurum cum Simone ipsi quoque non offerunt, quia non habent, offerre tamen adulationes, quæ hami instar sint, ad Dignitates piscandas, magis quidem tecti, non minus tamen potentes, quàm ipsum aurum sit. *Quid refert, si non das pecuniam, sed pecunia loco adularis?* (u) Nolim tamè hac re cuiquam religionem injicere. Nam etsi non ignorem S. Thomam, (x) cum alijs nonnullis hæc linguæ adulantis obsequia ad Simoniam apertam revocare, scio tamen etiam communi aliorum Theologorum (y) calculo adulantes ab hoc crimine absolvi, dummodo quis de ipsis laudibus apertè non paciscatur: hoc si non fiat, nec dotibus requisitis Candidatus sit destitutus, pergat is in administrando suo munere, emendato tamen infausto ejus principio per seriam detestationem, ne pessimum in finem sic prosequendo deducatur.

Quod si autem quis præter hæc obsequia aut eorum loco, ed esset progres-

sus, ut damnabili profus ratione pœcunijs & auro Parochi dignitate emendo Animam venderet, hic enimvero in aperto versatur salutis discrimine. Huic tamen ego quid dicam? an illud *Pecunia tua tecum si in perditionem* quod in Simonem reum præcauterit Apostolus? Enimverò magnis id ipsius vocebus intonarem; si ageretur de rebus emenda, ut tum, non de jam empta. At cum nobis de jam empta sermo sit, id solum revocabo in memoriam, quod sicut ille nunquam legitimo jure possidet ovile, in quod ingressus est ut lani, non ut Pastor, ita oporteat, si quis eedere illo nolit, confugere rogando ad Pœnitentiarum, quam dicimus, Romanam, ut hæc Pontificiâ Anthonioratam habeat possessionem extenarabilam & umbratilem, & gratiam faciat pœnarum, Pontificijs legibus in emptionem hanc sacrilegam constitutorum. Nemo tamen ex his mole consultis emptoribus sibi persuadet, non esse quod obtenta hac à Pontifice gratiâ deinceps deploret ac doleat, id quod non pauci perperam sanè agunt. Ita est quod ploret dum vivit, & amarulo crymris defleat. An enim major cognare scelus potuisset, quàm ut emmaret, ministerium cælestis tam detestabile & sordidum, ut panis instar, emptum emi posset? O miseræ Ecclesiæ, quatum culmen gradibus tam pervertit quidam enituntur! *Quis locus tunc, & qua causa poterit esse excusata, si veneranda Dei Tempia pecunia expugnantur?* Misericordes tamen Sacerdotes ipsos, quæ hâc viâ ascendunt, cum non adven-


SEGNE  
CONCIONES  
INSTRUCIO  
Pœnitent  
Confessio  
Parochi

non esse has scalas regias, quibus ad Superiora viri honorati perveniant, sed scalas occultas in cochlear figuram tortas, per quas ascendant fures. *Qui non intrat per ostium, sed aliunde, ille fur est & latro.* Et quid aliud ab infidis his expectes, nisi ut Caipha Sacrelegam restarent impietatem, qui, si Josepho fides, Judæorum Summum Sacerdotium ab Herode emit pecuniâ, & eo postmodum usus est ad Christum Servatorem morti adjudicandum? Tritum enim est illud; *Nemo imperium, flagitio quasitum, bonis artibus exereuit.* Quid igitur boni speres ab illo, qui tam malè Pastoralis sui muneris functiones auspicatus est, à Sacrelegio inquam, & tanto quidem, ut omne aliud malum superare judicatum sit? *Simoniaca pestis sua magnitudine alios morbos vincit*; (aa) ob gravem contemptum, quo Spiritum sanctum afficit, quisquis eo uti vult tanquam dominus, aut illa re, quæ ab eo dependet quæque ipsius honori consecrata est, ut per illam sua in terris emolumenta promoveat, aut alijs imperiter. Sanè qui inter nos Ecclesiastica Beneficia, maxime quæ Pastoralem curam annexam habent, auro emunt, tanquam monstra iniquitatis haberi debent, dum in semetipsis conjungere conantur qualitates tam inrer se pugnant, ut sunt, in animo & intus Avaritia Judæ, fori autem Zelus Apostolo dignus. Sed si isti flagitijs suis monstra sunt, utinam essent etiam monstra raritate! sed pro dolor, Monstrorum ejusmodi ubique abunde est! Quantumcunque sint Monstra Censuris Ecclesiasticis exagitatata, (bb) damna-

ta, sic ut ad ea retegenda tanquam accusatores legitimi etiam Infames admittantur, id quod in atrocissimis flagitijs fieri assoler, quæ Majestatis dicuntur; nihilominus ita oppressi, quotidie iterum attollunt caput, quin unquam, quod jam Sanctus Ambrosius deploravit, (cc) infelix hæc progenies extirpari possit penitus, maxime ubi Curiones Populorum autoritate constituuntur. Hic quis enarret pollicitationes, pacta, contractus & obligationes mutuas, quæ communitates inter & competitores intercedunt? Saccus frumenti, cella vinaria, ex qua emolumenti aliquid speretur, fumosus aliquis caminus, esca sunt, quæ confestim trahuntur plebeij homines, & sic trahi apti nati sunt, calamitate nescio cujus majore, illiusne qui trahitur, an illius qui trahit. Tantum humanum in Animam potest habendi aviditas & lucri spes! sed si tantum potest in animos hominum, non possit saltem deinceps in animos eorum, quos oportet esse velut Deos inter homines, Sacerdotum inquam. Procul isti faceffere jubeant per fas nefasve habendi cupiditatem, tanquam plus nimio indignam excelso suo statu, aut saltem suos intra limites severe arcent, sic ut etsi non semper tam procul sint à pinguibus Beneficijs ambiendis, sicut forent, si diligenti prius obrutu mererentur gradus illius altitudinem, quem cum exitij periculo conscendere moluntur; saltem non ambiant illa modis viis que illicitis: imò tum quoque, cum illa quærunt, cordi sibi habeant, ut ijs se dignos reddant præfenti quasi

pecuniâ doctrinæ perfectioris, animique rebus divinis magis devoti, ut nemo eorum non cum Regio Psalte jure dicere possit; *Ego autem in innocentia mea ingressus sum.* (dd) His tamen verbis cum veritate uti non potest, qui cum eodem addere non potest, quod mox sequitur: *Pes meus stetit in directo: via curvæ, via exortantes teneri ab ijs non debent, qui in Ecclesiâ à se concupitas intrare volunt innocenter: solùm vijs rectis innocenter in illas itur.*

(a) Deut. 1. 21. (b) 1. Reg. 18. 22. (c) 1. Cor. 7. 9. (d) Hebr. 5. 4. (e) 1. Reg. 18. 22. (f) Jer. 10. 24. (g) Ephes. 2. 13. (h) S. Greg. Past. in Prol. (i) S. Bern. Ep. 87 ad Oger. (k) Os. 2. (l) C. Nisicum pridem. de Renunc. c. Cum in cunctis de Elect. 1. q. 2. c. Viliissimus Barbosa de Offic. Parochi. c. 2. (m) Dist. 26. § Nunc autem. (n) Cant. 1. 6. (o) Prov. 1. 23. (p) Dent. 32. 38. (q) Sap. 7. 1. S. Th. 1. 2. q. 57. art. 2. c. 9. 66. art. 4. (r) Cassian. Coll. 17. c. 9. (s) Sen. li. 1. 99. Nat. in Pref. (t) S. Bern. l. 4. de Confid. (u) S. Chrys. hom. 3. in Act. Apost. c. 9. 66. art. 4. (v) Laym. l. 4. tr. 10. c. ut. 5. 3. n. 26. Suar. l. 4. de Simon. c. 40. 1. q. 1. c. Si quis. (x) L. Si quis C. de Episc. c. Cler. (aa) c. Sicut Simonica. de Simonia 1. q. 1. c. Eos qui. 1. q. 3. c. Ex multis. (bb) c. Tanta est de Simonia c. 13. q. 3. c. Sane. (cc) 1. q. 1. c. Reperiuntur. (dd) Ps. 23. 11.



## CAPUT V.

*Omnis Pastor Animarum  
vi muneris sui instituere de-  
bet Rudes in vis, qua ad salu-  
tem pertinent.*

Quod in corporis oculos possunt vapores terræ, hoc in oculos animi

possunt Perturbationes. Vapores fi-  
ciunt, ut vacillanti in celo videantur  
sidera, quæ sunt fixissima: Perturbatio-  
nes efficiunt, ut quæ in Religione con-  
stantissima sunt erantque veri-  
tates, vacillare jam, & dubiæ esse vide-  
antur. Has inter est illa, quæ affertur  
omnibus omninò Animarum Pasto-  
ribus non evitabile onus incumbere, est  
verbo Dei, seu Sacrà Doctrinâ pascendi.  
De hoc dubitari nulla ratione potest.  
Et tamen non unus & alter, sed multi  
oppidè sunt, apud quos tam parum hæc  
veritas virium habet, ut perinde negli-  
gatur, ac si esset incertissima. Hæc  
igitur præ quavis alia ijs ob oculos ponere  
oportet. Quid enim opit Animabus  
ab illis Pastoribus ferendam spe-  
rem, qui ne voce quidem ijs succurrant  
fatigant?

### I.

Nôsse igitur hos Pastores velim, id  
quod jam alibi à me demonstratum est,  
contra Pastorem ejusmodi marum omnino  
lura clamare. Clamant inquam voce di-  
nâ Leges omnes, Divinæ, Naturales,  
Humanæ: & sunt tamen adhuc qui non  
audiant? Clamant in primis Leges Di-  
vinæ. Nec enim onus hoc ab homi-  
nibus, sed à DEO ipso primùm Pasto-  
ris muneri annexum fuit. Hanc à Deo  
Christus ipse in terras delapsus ante be-  
llas accepit: *Evangelizare Pauperibus  
misi me, predicare annum Domini ac-  
ceptum, & diem retributionis.* (a) Hinc  
autem constituto tempore tam ad annu-  
sum satisfecit, ut tres ipsos annos con-  
tinuos aliud, quod ageret; nihil habe-  
ret.

re videretur. In Urbibus, in Oppidis, in Pagis, in Silvis, in Synagogis, in Templo, in Montibus, in Mari, in vjjs publicis, domi forisque id unum agebat. ut prædicaret. Quin & accumbens nonnunquam id non omittebat. Et quâ id causâ? Quod hujus rei gratia missus esset: *Quia ideo missus sum.* (b) Nec aliam legem magis suis ipse Discipulis inculcavit, id solertes curans, ut suis illi vestigijs insisterent. *Sicut misisti me Pater, & ego mitto vos.* (c) Et quia ritus ac publicæ cæremoniz, quibus in promulganda lege aliqua Princeps utitur, plurimum conferunt ad ostendendum, quantopere Princeps eam observatam velit, Christus non contentus hanc privatim Discipulis proposuisse; dum jam Cælum repetere parabat, in illo magnifico suo Triumpho eandem instauravit, omnibus, in Apparitione præ ceteris conspicua, in Cœtu præquam aliâs frequenti & numerofo, & tam illustri exorsus præmio, ut non alio unquam illustriore uti potuisset: *Datus est mihi omnis potestas in Cælo, & in terra.* *Emnes ergo docete omnes Gentes.* (d) Perinde ac si diceret: Pater totius mundi Dominum constituit. Cælum laboribus meis jam partum est, Tellus superest. Nec solâ hæc Judææ portione definita est; mihi omnis debetur, quanta est. Cùm igitur non ego totam cælestis doctrinæ præconio subdere ipse mihi debeam, sicut jam partem ejus aliquam mihi subjeci, vestrum est, quod deest supplere meo nomine. Itē igitur, docete, instituite, ostendite omnibus viam veræ salutis. *Emnes ergo*

*go docete omnes gentes.* Et ecce hæc est illa ratio, quâ his in terris manebo vobiscum ad faciendum officium meum, non per me quidem ipsum, sed per vos, cunctos mortales docendo. *Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.* Arguunt hinc SS. Patres, Legem non solis latam Apostolis, nec enim isti ad Mundi usque finem victuri erant, sed his simul, cunctisque eorum Successoribus, donec omnino tandem Mundus Christo subderetur, (e) Quisquis proinde horum è numero est, quâ tandem is ratione in animum inducere potest, hac se lege non teneri?

Quin etiam jam inde ab exordio Ecclesiæ lex hæc nunquam habita est inter eas, quæ pro temporum hominumve varietate ferri, abrogarive pro arbitrio possint, quo modo leges multæ ab hominibus latæ se habent, sed tanquam ipsi sacri Pastoris muneri intima & individua. Hinc S. Paulus dum enumerat gradus ac dignationes inter Christi asseclas magis conspicuas, dixit quidem, quod Deus dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Evangelistas, (f) non obscure significando, posse munerum istorum alia sine alijs esse, nec omnia ac singula esse omnium; ubi tamen ad Pastores descendit, aliter locutus est. Pastores siquidem cum Doctoribus conjunxit, alios verò, inquiens Pastores & Doctores, ut indicaret, priora quidem, sed non duo hæc officia separari à se invicem posse. Non ego primus hoc observavi: notârunt id pridem nobilissimi quique



quique Interpretum, Sanctus Hieronymus (g) Sanctus Augustinus, Sanctus Anselmus, alij, nominatim S. Thomas, qui allata Apostoli verba sic explicat. *Sub eodem addit Pastores, & Doctores ad ostendendum, quod proprium officium Pastorum Ecclesia est, docere ea qua pertinent ad fidem & bonos mores.* (h) Atque hoc ipso dein indicio ac signo ostendit Apostolus, se Pastores veros à falsis discernere, lingua inquam erudite, sic Hebræos recens Christi fidem amplexos allocutus: *Mementote Præceptorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei* (i) id utique significaturus, non erogata in egenos munificentissima stipe, non singulari in sacrificijs offerendis attentione, non Divinorum Mysteriorum dispensatione, quin ne sanguine quidem pro suo grege fuso dignos eos Pastorum officio reddi, sed Dei tantum verbo prædicando. Hæc etiam causâ inveniemus Apostolum, primum ac præcipuum Evangelij interpretem, nullam aliam muneris partem tam studiosè, tanto pondere ac energiâ, quin, si suis rem momentis libramus, verbis sacrum quendam horrorem incutientibus, Pastorum cuilibet inculcasse. Hic ille juravit, præcepit, protestatus est; quin ne quidem severum illud ad Tribunal appellare est veritus, quod Christus in Mundi suæ, obtemperantium triumpho, non obtemperantium sempiterno opprobrio statuet. *Testificor, inquit, coram Deo, & Christo Jesu, qui judicaturus est vivos & mortuos, per adventum ipsius, & Regnum ejus, prædica verbum, infra opportunè, importunè,*

*argue, obsecra, increpa, in omni patientia & doctrina.* (k) Verba, quæ plus loci demonstrant, quàm rectè, cum reddenda olim rationis tempus adveniret, Pastor mutus in has tristi cum gemitu voces prorapturus sit: *Va mihi, qui tacui* Nec desit tamen, qui imitari illum vereatur?

II.

Si autem res ita se habent, clarum etiam contra Pastorem mutum Legum Naturales omnes, dum ipse præcipuum suæ administrationis partem negligens, fructibus interim Beneficij Pastoralis gaudet, quos eum in finem maxime Populi contulerunt, quæque nunc in eodem distribuuntur. Non sunt igitur Parochia, ut non pauci eas sibi arrogantes sedes otiosorum; sed pulpita, ex quibus veritates, quas nosse Christianum quemvis deceat, explicantur.

In omni Republica sapienter constitutè oportet esse Magistros publicos, ad quos spectet, docere literas ætatem teneram; (l) alios verò adulescentes in ætate, pro suo quemque vitæ genere, instituire Disciplinis, Philosophiæ, Matheseos, Medicinæ, Jurium. Et cetera quis in Ecclesia, Republica constituta à Christo Dei sapientiâ, carum illud, in Magistris his constituendis providentiam defuisse? Negari non potest earum, quas dixi, Disciplinarum, Philosophiæ, Matheseos, Medicinæ, Jurium inscientiam Republicas gravissimè debonestare, easque in signi ætate lumento privare. Quoniam autem illo? non alio sanè, quàm spectante vi-

SEGNE  
CONCIONES  
INSTRUCIO  
POENITENTIA  
CONFESSIO  
PAROCHIA

tam hanc caducam, non diu post finendam. At ea ignorare quæ ad vitam à Christi legibus ducendam spectant, damnatum est, quod ad vitam pertineat sempiternam. Quanto igitur longius inscientiam hanc debeat habere Christus à sua Republica, sive ea attendamus, quæ credere, sive quæ facere oportet? Et quæ tandem alia è cælo in terras causa eum evocavit, quàm ut peccatum è Mundo tolleret? *Ecce qui tollis peccatum Mundi.* (m) Non poterat igitur non tollere Ignorantiam, quæ non solum est effectus facilè præcipuus noxæ originariæ, (n) sed quæ compluribus viciosis miserrimis est princeps noxarum actualium causa, haud aliter ac nox iter facientibus innumerorum errorum causa est.

Quæro jam ex vobis: Quam tandem hominum conditionem elegit Christus, quæ hanc ex Ecclesia inscientiam tolleret, si non elegit Pastores sacros? Omni alteri hominum generi, quod sese Dei verbo explicando impendat, ut faciunt viri Religiosi, præceptum hoc accidentarium, & velut sponte accessitum est; imò, si dicere juvat quod res est, ne præceptum quidem est, sed opus quàm laude dignum, tam arbitrarium. Pastorum muneri annexam, imò intimum est. Quando enim Christus Discipulos misit, Decessores vestros, ut Fidem Christi toto orbe divulgarent, ut paulò ante dicebam (*entes ergo docete omnes gentes*) non id tantum propositum habebat, ut ad ipsum Nationes omnes ducerent, docendo credere, quæ oportet; sed ut reductas etiam vivere docerent,

ut credunt: qui quidem finis obtineri aliter non poterat, quàm si semper essent, qui Dei Legem publicè docerent. Dubitare idcirco, an ad Pastorem sacrum ex munere spectet, suos pro concione docere, aliud non est, quàm ambigere, an ille, cui liberos natura dedit, eos alere reneatur. Dedit sanè natura Parentes, ut sobolem pascerent; eundemque in finem Gratia Pastores delegit. *Pascite, qui in vobis est gregem Dei.* (o)

Quo igitur jure muneris sui fructibus ac mercede gaudere Pastor poterit, qui vix unquam, si tamen unquam, muneris sui parte præcipua fungitur, cui merces illa destinata est? Hinc scio esse Doctores, qui Pastores hos ligneos, *qui os habent, & non loquuntur*, condemnant ad fructus hos, pro mensurâ negligentiam in prædicando admittæ, restituendos: haud aliter ac Magister aliquis publica Authoritate conductus ad Prælectiones Metaphysicæ, aut Moralis Philosophiæ Auditoribus tradendas, si laboris tædio ijs supersederet, reddere cogere, quidquid eâ causâ fuisset datum. *Qui in Sacrario operantur, qua de Sacrario sunt, edunt*, quæ sunt Apostoli verba. Non dixit, *qui de Sacrario sunt*, sed *qui in Sacrario operantur.* (p) Hinc S. Gregorius trepidus has in voces prorupit: *Quid nos, ó Pastores, agimus, qui & mercedem consequimur, & tamen operari nequaquam sumus? fructus quippe Ecclesia in stipendio quotidiano percipimus, & tamen pro Ecclesia minimè in predicatione laboramus.* (q) Ut ut autem ista se habeant, ad aliam restitutionem haud paulò graviorem divina

divina

divina Justitia omnes Pastores muros, præcisâ omnis remissionis spe, obligat; ad reparandam nimirum jacturam illarum Animarum, quæ institutionis necessariæ defectu perierint. *Speculato-rem te dedis Domui Israël* (r) (sic Deus ipse eorum quemlibet alloquitur) *audians ergo ex ore meo sermonem, annuntia- bis eis. Si me dicente ad Impium, Morte morieris, non fueris locutus, ut se custo- diat Impius à via sua; ipse Impius in im- pietate sua morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram.* Verba horren- da; sed ô quàm justa! An enim tam vel ignarus, vel pervicax quis esse potest, ut negare non vereatur, omnis virtutis extremam cladem & perniciem Populis inde nasci, quòd in rebus ad Deum & salutem pertinentibus negligenter insti- tuantur? *Vbi Populus sui Pastoris incuriâ spirituales famem celestis doctrina pati- tur, ibi est omnis Pietatis & Religionis exterminium.* (s) Sic disertè Chrylosto- mus affirmavit: multò autem clariùs ac manifestiùs id ipsum demonstrat experi- entia. Usque aded, ut sicut Pastores periti ex linguæ colore in matribus sa- gaciter prædicant, quo colore teneri agniculi futuri sint; sic rectè quisque conjiciet, quo colore tingendi sint Populi hujus aut illius Parœciæ, si Patrum, Parochorum inquam, linguam studiosè contemplatus fuerit. Hæc ubi planè stupida esse deprehensa fuerit, quid di- vinabimus? Non aliud sanè, quàm ple- bem illam futuram moribus profus pervertis. *Non est scientia Dei in terra.* (t) Quanto igitur & imperu & mole vitia inundabunt? *Maledictum, & menda-*

*cium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundaverunt.* Scitragæ horrendæ Oseas illacrymatus est. *Autam ita se res habet, an immerito Deus illi irascitur, qui cum alta voce monere deberet è Specula, è qua omnia circumspicere iustus est, profundum fecit?* Non satis igitur erit Pastoribus, & Sacerdotibus ceteris, quibus præcebe- rum Animarum cura non incumbit, de rebus tantùm suis Judici Deo reddere rationem. Respondere etiam oportet pro illo, qui pessimè Interijt propo- rea, quòd ab ijs admonitus non fuerit de imminente exitio: sic ut eorum qui- libet, si modò salutis suæ studiosus est, affirmare cum Apostolo possit: *Men- dus sum à sanguine omnium:* quem Deus ab omnibus ijs repetet, qui clamare o- miserint. Hoc autem quomodo rectè respondebunt nisi cum eodem addere possint? *Non enim subterfugi qui mendæ annuntiarem omne consilium Dei vobis,* (u) Hoc qui verè affirmare nequiverit, frustra se aliter purgare conabitur. *Men- dus à sanguine corvum non est, si es Deo consilium annuntiare noluisse: quia cum increpare delinquentes nolueris, eos pro- dubio tacendo Pastor occidit.* (x)

## III.

Condemnant denique Pastores ma- tos Leges Ecclesiasticæ à Summis Pos- tificibus & Concilijs latæ, tam minime, ut irritus sit conatus ejus, qui eandem paucis complecti voluerit. Quare lib- ficiat nobis velut in transitu oculos con- jecisse in prima, & ultima Ecclesiæ lo- cula, ut appareat quàm idem semper e- jus in re tanta sensus fuerit.

Ad

SEGNE  
CONCIONES  
INSTRUCIO  
Poenitent  
Confessari  
Parochi

Ad priora illa secula quod attinet, ipsi adeo Apostoli, teste S. Clemente, statuerunt, ut si cui Sacerdoti Animæ pascendæ creditæ fuissent, ille verò divinæ doctrinæ pabulo eas pascere neglexisset, Sanctissimæ ille primò Eucharistiæ communione privaretur; quæ pœna si somnum illi non excussisset, etiam loco ac gradu moveretur. *Episcopus aut Presbyter, qui negligentius circa Clerum, aut Populum agit, neque in pietate eos erudit, à Communione segregator; si verò in ea fœcordia perseveraverit, deponitur.* Simile rudes Dei verbo instituendi præceptum tulit Synodus sexta ante annos plus mille verbis sequentibus: *Oportet eos, qui præsumt Ecclesiis, omnibus quidem diebus, sed præcipuè diebus Dominicis, omnem Clerum & Populum docere* (y) Nec dissimilia habet Concilium Toletanum, quod agnovit, Prædicandi munus nulli alteri ex functionibus Parochi quidquam concedere. *Omne opus earum in prædicatione & doctrina consistit.* (z) Ex quibus satis apparet, quis primis Ecclesiæ temporibus sensus fuerit de re, in qua versamur, tum cùm & lumine claro admodum illustrabatur ad cognoscendum, quid deceat; & ad exequendum quod cognôrat, singulari studio ferebatur.

Nostra ætate Sacra Tridentina Synodus, quæ inter tempestates tam turbulentiarum hæresum, Reipublicæ Christianæ pro Aquilone salutis fuit, quid non egit ut viva duraret huiusce obligationis memoria, & extincta revivisceret; cùm probè intelligeret, ubi illi non fieret satis, frustra aliquid boni in

R. P. Segneri Institutio Parochi.

Animabus sperari? *Vbi non est Scientia Anima, non est bonum.* (aa) Revocatæ illa in memoriam Pastoribus Animarum, obligationem hanc Juris divini esse: nec isto contenta, docet quid tractari in Institutionibus illis debeat, quas omnibus præcipit. (bb) Quæ ratio tenenda sit in rudi plebe erudienda præscribit, facili nimirum, brevi planoque sermone utendum. Quin & tempus indicat, quo hoc agendum, inter Sacrum scilicet peragendum. (cc) Eò tandem descendit, ut Episcoporum manus sacrorum fulminum falce armet, auctoritatem ijs conferendo fœcordes ea in re Parochos Fidelium communione movendi, & pœna eos arbitraria, pecuniariâ aut corporali mulctandi. Audiamus ipsa Sacræ Synodi verba. *Archipresbyteri, Plebani & quicumque Parochiales, vel alias Animarum curam habentes, Ecclesias, quomodocunque obtineant, per se, vel per alios idoneos (si legitime impediti fuerint) diebus saltem Dominicis, & Festis sollemnibus, Plebes sibi commissas, pro sua & earum capacitate, pascant salutaribus verbis, docendo quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, annuntiandoque eis, cum brevitate & facilitate sermonis, vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quæ sectari oporteat, ut pœnam æternam evadere, & celestem gloriam consequi valeant. Si ab Episcopo munitis trium mensium spatio suo muneri defuerint, per censuras Ecclesiasticas, seu alias, ad ipsius Episcopi arbitrium, cogantur: ita ut, si expedire visum fuerit, ex Beneficiorum fructibus, alteri, qui id præbet, honesta aliqua merces persolvatur,*

E  
iones

donec principalis ipse respiciens officium suum impleat. (dd) Nec jam effugio locus est, si quis dicat; verbis his Sanctæ Synodi consilium proponi, non præceptum; nec enim consilia vel pœnis tam gravibus, vel censurarum minis, vel formulis minandi tam significantibus sanciantur, sed præcepta, quæ summo in rigore talia sint. Quin non defunt ejusdem Synodi loca, quibus præcipiendi verbis aperte utatur. *Mandat Sancta Synodus Pastoribus, & singulis animarum curam gerentibus, ut frequenter, inter Missarum celebrationem, vel per se, vel per alios, ex iis, quæ in Missa leguntur, aliquid exponant, diebus præsertim Dominicis, & Festis.* (ee) ita Synodus Sess. 22. Vigesima quartâ autem Sessione idem his verbis denuo inculcat. *Præcipit sancta Synodus, ut inter Missarum Solemnia, aut divinorum celebrationem, sacra eloquia, & salutis monita, vernaculâ linguâ, singulis diebus Festis, vel Solemnibus, explanent, eademque in omnium cordibus, postpositis inutilibus questionibus, inserere, atque eos in lege Domini erudire studeant.* (ff) Nec solum communis ea Doctorum assertio est, his verbis, *Mandat, præcipit*, verum propriumque præceptum sanciri, sed ita definitum hac ipsa in questione invenimus ab illo Purpuratorum Patrum cœtu, ad quem pertinet, summa autoritate Concilij mentem, & sensum, ubi dubitari contigerit, interpretari.

Si cui liberet tot Ecclesiæ legibus, tam antiquis, quàm recentibus majus pondus addere ex Sanctorum Doctorum testimonio, nemo facile dixerit,

quàm multos adducere hic possem, ad hoc ipsum autoritate sua assensum mandum. (gg) SS. Augustinus, Gregorius, Hieronymus, Ambrosius, qui tacite reliquos inter eminent, ingenti mox Zele exardescerent. His se ducibus jungerent SS. Joannes Chrysostomus, Hieronymus, Basilius, Bernardus, Prosper, atque his non inferiores magno sanè numero, ut palàm omnibus facerent, quanto potius & singuli eorum, & universi crederentur ac damnent infidam istam, & nihilominus tam frequens silentium.

Ne quis tamen usquam effugio locum pateat, placet potius audire Theologorum sententiam, qui rem hanc, & obligationem, quæ de agimus, adstruunt minus quidem severam liberam, & tamen gravissimam eam ponderis invenunt. Duplicis istius classis sunt, Scholastici, quos dicimus, & Morales. Et Scholastici quidem ut certissimam imponunt obligationem, quæ Pastor teneatur docere Animas curæ suæ creditas: atque ex hac aliam etiam colligunt; quæ nimirum teneatur Pastorum quilibet scire distinctè ac credere multas veritates ac dogmata, quæ vulgo sine noxa ignorentur: ad hoc enim, discere duntaxat pertinet; ad illos autem docere: nemo autem docet, quod non scit. Nubes sicca nihil benefici liquoris in aridam tellurem effundit; siccior dæ tantum copiosum imbrem deplacant. *Si repleta nubes fuerint, effundent imbrem.* (hh) Sic communi confessata docent Antiquiores omnes in 3. dist. 24. (ii) non Scoti minus, quàm Sancti Thomæ Discipuli, in hac sententia asserunt.

de planè concordēs. Nec ab eorum vestigijs Recentiores discedunt, ubi quæstiones de Fide pertractant.

Morales porrò de isthac obligatione pluribus differunt, eamque tam gravem communibus calculis definiunt, ut hanc in rem accipiant illas Dei minas: *Quia tu Scientiam repulisti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi.* (kk) Et verò ne rem dicendo exaggerasse videar, ipsa aliquorum verba annuero. *Negligentia magna Parochi in docendo ad salutem necessaria, mortalis est.* Ita Sà (ll) Doctor famà suà non inferior. *Teneatur Curatus sub mortali docere id, quod sub mortali tenetur scire Populus.* (mm) Sic Trullensis pronuntiavit. *In oppido, ubi, silente Curato, omnes silent, sine dubio Curatus nec per se, nec per alium predicans, peccabit mortaliter, quia deficit in re gravi, cedente in grave Populi incommodum.* Neque hunc Curatum credo excusari conniventia Episcopi, cum de iure divino ad hoc teneatur (nn) Hæc est Doctrina Posslevini. *Pastorale officium est docere Populum.* Quare profecto huius muneris, ubi grandis est negligentia, peccatum est mortale. (oo) ita Sotus censuit. *Advertant, quicumque in Christi Ecclesia ad Pastoralis officij dignitatem assumpti sunt, ad hoc Apostolicum prædicationis munus exercendum, naturalis, divino, & Ecclesiastico iure ita esse constitutos, ut nisi id diligenter expleverint, certum subiuri sint damnationis supplicium.* (pp) His verbis sensum suum Medina expressit.

Molestus essem, si pergerem afferre, quæ hanc in rem scripserunt Toletus,

Suarez, Sanchez, Castropalao, Navarrus, Barbosa, Bonaccina, Reginaldus, Fragolus, Manuel, (qq) & quotquot sententiam in tanti momenti causa tulerunt. Satis sit dixisse, neminem unum esse, qui Pastorem murum à gravi noxa absolvat, si, quam admisit, negligentia diuturna sit, aut assidua, & non brevis, aut certo aliquo casu excusabilis.

Admiratione proinde summa dignum est, quòd videamus non desse Parochos, qui sacrorum Mysteriorum & Sacramentorum usum oves sibi creditas prohibeant, si legatum aliquod pium præstare neglexerint, cujus quidem præstandi obligatio est sanè quàm gravis, non imposita tamen, nisi ab homine conditionis non disparis; licet ijdemmet Pastores nullà religione teneri se existiment, quo minùs, etiam singulis diebus, Dei filium in Altari sacrificent, quantumvis socordes sint in adimplendo debito ponderis haud paulo majoris; quale est, de quo nobis sermo, divini verbi prædicandi: debito inquam, quod Christus ipse statui eorum conjunxit intimè, Apostoli promulgârunt, restaurârunt Decreta Pontificum, denuo inculcârunt Concilia, Sacri Doctores omnes agnoverunt, Theologi consentianto propugnârunt, ut ne unus quidem inventus sit, qui à noxa gravi huius negligentia reum eximeret? Ut quis immunem se existimare possit obligatione Legato pio satisfaciendi, non paucæ sæpe occurrent rationes, etsi illæ omnibus non probentur. Sed quam pro se afferet in nostra Pastor Animarum,

E 2

marum, quam non vel commodorum studium, vel ad genium vivendi libido didicant? Serio quisque animum ad hoc cogitandum intendat, & sentiet, sacro se horrore perfundi, dum vider, non deesse sacerdotum è numero aliquem, qui tot nominibus obætatus, pergat non tantùm tranquillè dormire somnum fœcordiæ suæ, sed illa etiam nomina indies augeat & accumulat, planè immemor rationum, quas de tanta summa capitali momento unico reddere cogitur. Hic enimvero non superest quod dicamus, nisi quòd ignavi ejusmodi Pastores, ut sunt crudeles erga Animas alienas, quarum tam multas quotidie fame emori sinunt, dum cibum in tempore non porrigunt, ita & suam in Animam sint crudeles: unde nec de hac, nec de illis serjandis solliciti, rident, tanquam inania terculamenta, minas gravissimis momentis fundatas. Sed quid tandem fiet? tot tonitrua, fulmina sequentur, ruentque impetu tam præcipiti, ut declinari non possint. Etiam Barbari illi ad occiduam solis plagam sici initio curulium machinarum explosiones, tanquam festivos bombos, deridebant: sed cum subinde temerè propius se ad illas admovissent, quarum æ virium essent tum agnovere, quando igneam eam pestem ampliùs non poterant evitare.

Temeritatis ejusmodi, etsi summo suo malo, reum se fecit Sacerdos aliquis Animarum Pastor, tam perversus, ut non haberet tum Animæ, ejus fidei creditæ, hostem infensorem. (tr) Admiserat ille Pastoris munus velut animi

causâ, expendebatque in tabernis ritorijs, & oblectamentis, etiam pudendis, non tempus minùs, quam annos proventus. Illud autem præcetera doctabile erat, quòd nec illa quidem vulnera, quæ turpissimi exempli fœditate inflixerat, salutari linguæ ministro persanare curaret. Mirum proinde non est, paulatim plures eorum annuum perijisse, quin tamen ille animam ad id adverteret, perinde ac si ad ipsam penitus non pertinerent. Aliquo tempore post annis defunctus morte, non dissimili vitæ quam vixerat, defunctus ipse in funestum illud barathrum ad se inveniendas. Cùm ecce vix ad ostentari illius antri progressus (id quod non nemini vitæ sanctimoniam indico dederet contigit) obvium habuit agens creditarum sibi olim Animarum, quas suâ perdidit ignaviâ, quæ lapidibus armatæ certatim in eum involabant, vocibus horrendis, & quæ plus quam ipsi lapides dolerent, ingeminantes: *Tibi commissi sumus, tu nec exemplo, nec verbo nos revocasti: & cum dicto denudatum in eum conjectâ lapidum grandine precipitem in igneum puteum egerunt, ut palam illi facerent; æquum esse, si cuncti unitis studijs ab eo vindictam repeterent, cùm ipse in omnium perniciem conjurasset.*

Verè igitur Sacerdos mutus ab homicida non distinguitur, si non parvis in talem etiam quadrat, si, inquam, non parvis, occidisti. Et si Leges Martem illam, tam inhumavam, ut lac proli suæ subtrahat, comparant Marti, quæ sobolem præfocat: *Necesse videtur,*

non solum qui paruum profocat, sed qui alimenta denegat: (ss) an persuadere sibi quisquam potest, divinis legibus, quibus tam pretiosa sunt Animæ, eos tanquam excusatione dignos, tolerandos, qui, cum eas in sacro Lavacro Christo genuerint, fame postmodum emori sinant? Si ejusce generis Pastor ceteros inter ut innocens impunè ferre potest suum silentium, quæ causa fuit, cur Apostolus metu consternatus exclamaret: *Vamibi, si non evangelizaveris!* cur mox adderet: *Necessitas mihi incumbit?* Non tam amarè illacrymatus esset silentio suo, quo semel tantùm loqui neglexerat, sacer ille Vates: *Vamibi, quia tacui.* (uu) Nec ille Christi Vicarius semel iterumque vaticano è solio sibi aliiisque, quorum curæ commissa sunt Animæ, grande hoc prædicandi debitum inculcasset, promulgassetque, metu attoniti instar, exclamando: *Dispensatio celestis seminis nobis credita est: va si non sparserimus! va si tacuerimus! Vanobis, qui ministerij opus suscepimus, si Domini veritatem, quam Apostoli prædicaverunt, prædicare neglexerimus!* (xx) Quisquis proin audito omni ex parte tam funesto & tam sonorè ingeminato *Va!* non evigilat, non jam mutus tantùm, sed & surdus Pastor est; surdus autem lethargo sponte accersito. Unde hinc quoque decretoriam istam sententiam ferre possumus: aut Parochi munere cedendum est, aut illi Prædicandi opus conjungendum. Id enim nã fiat, quam tandem salutis spem concipere mutus ejusmodi poterit? Pessimè sanè cum illo agetur, quisquis experiri priùs fune-

stos hujus *Va!* effectus voluerit, quam fidem præstare illos præfagentibus.

(a) Luc. 4. 18. (b) Luc. 4. 43. (c) Jo. 20. 22. (d) Matth. 28. 19. (e) Suar. de Relig. 10. 3. l. 1. c. 17. n. 5. (f) ad Ephes. 4. (g) S. Hier. in c. 4. Ephes. S. August. epist. 59. ad Paul. S. Ans. in c. 4. ad Eph. (h) S. Th. in ep. ad Eph. c. 4. l. 4. (i) Heb. 3. (k) 2. Tim. 4. 1. (l) l. 6. Palis. c. 30. (m) Jo. 1. 29. (n) S. Ph. 1. 2. q. 85. art. 3. ad 1. (o) 1. Petr. 5. 2. (p) 1. Cor. 9. (q) S. Greg. 10. 17. in Evang. (r) Ezech. 33. 7. (s) S. Jo. Chryf. bo. 54. in Gen. (t) Of. 4. 2. (u) Ath. 20. (x) Dist. 43. c. Ephesius. (y) Sex. Syn. c. 19. (z) Concil. 4. Tol. c. 25. (aa) Prov. 19. (bb) Sess. 23. de Refor. c. 1. Sess. 5. de Refor. c. 2. id. (cc) Sess. 24. de Refor. c. 7. & Sess. 22. c. 8. (dd) Sess. 5. c. 2. de Refor. (ee) Sess. 22. de Sac. Missæ. c. 18. (ff) Sess. 24. c. 7. de Refor. (gg) S. Aug. ep. 100. & h. 7. inter 30. S. Gregor. Pastor. 2. c. 4. Mor. l. 22. c. 16. hom. 17. in Evang. S. Hieron. in Ezech. c. 33. S. Ambros. in epist. ad Tim. c. 4. S. Chrysof. h. 6. in Epist. ad Philem. & h. 15. in 2. ad Timoth. & de Sacerdotio. S. Isid. de summo bon. c. 46. S. Basil. S. Bern. in Serm. Ecce nos. S. Prosper de vita Cont. S. Th. 2. 2. q. 2. art. 6. (hh) Eccli. 11. 3. (ii) S. Th. in 3. dist. 25. q. 2. art. 2. S. Bon. q. 1. Dur. q. 1. n. 8. 9. Riccard. q. 1. art. 4. Gabr. q. 1. concl. 2. Suar. de Fide. disp. 13. sect. 6. n. 6. Vasq. in 3. p. d. 236. c. 20. n. 207. & c. (kk) Of. 4. 6. (ll) S. v. Paroch. (mm) l. 1. c. 6. dub. 4. n. 7. (nn) Possor. de Offic. Cur. c. 3. n. 3. (oo) Sec. de Inst. l. 10. q. 1. art. 3. (pp) Medin. de reit. fide. l. 13. c. ult. (qq) Tol. l. 5. c. 5. n. 4. Suar. de Relig. 10. 2. l. 2. c. 16. n. 7. Cast. 10. 1. tr. 4. d. 1. p. 11. n. 3. & 10. 1. de obs. fest. d. 2. p. 4. n. 5. Nav. Man. c. 25. n. 135. Barb. de off. Par. c. 15. n. 2. Bonac. in 3. p. dec. disp. 5. p. 20. n. 30. Regin. 10. 2. l. 10. sect. 3. n. 63. Frag. 10. 2. l. 10. disp. 21. §. 1. Man. 10. 1. Sum. 6. 88. (rr) Casar. l. 12. c. 6. (ss) l. 4. ff. de agnost. libe. & alendis. (tt) 1. Cor. 9. 15. (uu) If. 6. 5. (xx) Nicol. Pap. in Epist. ad Mich. Imp. Dist. 43. c. Dispensatio. Symmach. Pap. Syn. 6.



\*\*\*\*\*  
 C A P U T VI.

Respondetur rationibus,  
 quas Socordiae suae Pastores  
 muti praetexere solent.

Excusationes peccantium non excusatione solum indigent, sed magis indigent, quam ipsa, quae excusantur, delicta. Ipsa siquidem delicta, quibus speciosi ejusmodi tituli praetexuntur, non raro admittuntur aut ab ignorantibus, aut ab imbecillis: Excusationes non nisi ab ijs proficiuntur, qui malitia peccant. Unde David eas execratus sic Deum alloquitur: *Ne declinet cor meum in verba malitia, ad excusandas excusationes in peccatis*: (a) nōrat enim, quā perverso ex fonte excusationes ejusmodi nascerentur. Placeat nunc animum advertere, an non, quidquid purgandae suae taciturnitati Pastores muti afferunt, plerū stigmati sit & nequitiae. Quidquid adducunt, eum unum in finem adducunt, ut mollem suae ignaviae culcitram sternant, in qua tranquillius stertant. Reducamus brevitate studio, excusationes has ad gemina capita: prius Populum, alterum ipsum Sacerdotem spectat. Populus, qui audire deberet, aut rarus apparet, aut ad audita non attendit, aut ex auditis non proficit. Sacerdos, quem verba facere oporteret, aut fungi officio non potest, negotijs quibus premitur, praepeditus; aut nescit, necessarijs ad eam functionem donibus destitutus; aut si posset non vult,

tam multorum inductus exemplo, verba nunquam publice facit, & tū aliud jubeant Ecclesiasticas leges, ignavi sui silentij poenas non dedit, sed illud impunē ferunt. Judicet qui haec legit, an excusationes istae, quibus suis librare momentis constituit, pro quod purgent ipsius utentes, non magis eos damnent, & gravis erga se ipsos postura reos constituent.

## I.

Rarus igitur ex Populo audierit, dum verba de Deo facere vult Pastor, atque ita hunc onere liberat praedicti. Fateor, eō nonnulli perverto progressi sunt, ut obstinato animo obturent aures, ne audire cogantur, Deus imperet. *Filij nolentes audire vocem Dei*. (b) Nunquam tamen ex Populo ita insanit, Pauci aliqui Praecatorum in numero id se esse gloriantur, quod aspis inter serpentes, ceteros perosos incantationem. Adde si omnes planē subditi obsequium suum non faciunt, ferre non ipsorum tantum, sed Pastoris ipsius culpam vel Populus non curat audire, & Sacerdos loqui non curat: unde si quando de rebus disserit, eam ad ingentem, & velut nauseabundum praedictum ut planē neminem alliciat. Irritus labor est, fordibus retibus piscari, unde qui irrita labore insudare non volunt Piscatores, illa quibus diligentissimē lavant prius quam praedictum ant. Nec aliud debet esse Praeconum studium. Oportet & in praedictum dicendarum delectu, & in praedictum

SEGNE  
 CONDONES  
 INSTITUCIO  
 Poenitentia  
 Confessio  
 Parochi

removere sedulo, quidquid absterere potius audientes, quam allicere potest. Præterea varijs eam in rem industrijs utendum est, quæ Parochi muneri maxime congruant. Hujus generis sunt: non admittere tanquam sponsores in sacro Lavacro, qui sua rerum divinarum ignorantia ad id muneris inepti sint; palam, etiam superiore è loco, & aperte hoc profiteri, idque sæpius per anni decursum, ut, cum res tulerit, haudquam timide, quod minitati fuerant, exequantur: facere, quod sacra Tridentina Synodus jubet, inter sacrificandum, inquam, de rebus divinis verba facere; cum non alijs frequentior adsit Populus: mutare etiam Sacri peragendi horam, idque, quod à nonnimine ex Pastoribus sui muneris quam maxime studioso factitatum memini, modò primo mane, modò tardius facere, cum plures adesse videntur, sic ut rerum divinarum fastidiosi nesciant, quâ ratione declinare Concionem possint, nisi, subsistentibus ceteris, Sacro nondum peracto, abire ipsi velint: id quod non omnes facere audebunt, veriti, ne audire cogantur; non posse Judæ esse ab similes, qui finem cœnæ expectare non possint, sed antè cœnaculo egrediantur. Si tamen hæc etiam industriæ idoneum auditorum numerum cogere non valeant, parùm sanè refert. Non idcirco pauci illi, qui adsunt, non ritè instituendi sunt. Præco publicus Principis edicta non idcirco promulgare omittit, quòd paucos ad illa audienda consuetere videat. Nec aliter Præconi sacro agendum. *Clama: ne cesses; quasi tuba*

*exalta vocem tuam.* (c) Unus aliquis, qui ejus è sermone proficiat, abunde labores omnes, omnes sudores compensabit, haud aliter ac una sola margarita, insigni magnitudine, quam capere contigerit, sat magna Piscatori merces est pro laboribus & incommodis, quæ in piscando inter undas exantlat. Christum Servatorem videmus sermonem è præcipuis unum uni duntaxat, Samaritanæ illi femellæ, impendisse. Et Pastor facit vel Magistri sui imitandi, vel pro eo gratificandi studio dedignetur loqui ad paucos, qui auditori adsunt? Non oportet paucos publicos parcius, aut minore altitudine aquam affundere, fontes manare sterilius, flumina currere lentius, quia pauci accurrunt, qui hydrias suas crystallino illo liquore implere desiderant.

Nec aliud særè reponendum est ad illud, quod de modica attentione auditorum dictum est. An, qui seminat, seminare idcirco non pergit, quòd aliqua nonnunquam grana ventus impetuosior secum auferat? pro uno, quod pereat, alia plurima in terram cadunt, & fructus uberrimos proferunt. Hic monendi potius sunt aliqui, ne longius sermonem protrahendo ipsi faciant, quo minus à fessis parùm attentè audiantur. Ægros qui utiliter vult pascere, sæpe quidem, sed modicum illis cibi prabeat necesse est: id enim nō faciat, pro eo quòd eos delectet muleum ingerendo, auget saturitatem, & cum saturitate fastidium ac nauseam. Illud præcipuè cavendum, ne nimium excaufcat Orator, cum subinde aliquem

aut parum attentum, aut garrulentum, aut dormientem, aut importunè pestilentem norarit. Si ratio postulare videatur ut non dissimulet, quæ contra decorum absurdè nonnunquam admittuntur, moneat per me licet, Orator, sed moneat modestè, ac sine perturbatione. Non raro Dæmonis negotium est, turbare dicentes ad Populum, ut inania reddat sacra monita, quæ illi tam sunt molesta. Ita sanè censuit S. Joannes Chrysostomus factitatum, cum nescio quâ nocte, verba faciente ad confertum Auditorem Apostolo in Aula quapiam, facibus undique ardentibus coillustratâ, Adolescens somno occupatus ex alto subjectum in solum decidit, turbatis ad spectaculum, & strepitum, audientibus omnibus, quorum in oculis adolescens ille casu contritus interiit. (d) Caveat proinde sacer Præco, ne id assequatur malus Dæmon, quod spectat. Satis dici non potest, quantum Authoritatis sacro Oratori accedat, cum Auditores advertunt, superiorem illum esse impedimentis ejusmodi, quæ vel casu, vel pravo aliorum consilio accidunt, quantâque ea res ejus doctrinæ æstimationem conciliet. *Doctrina viri per patientiam noscitur.* (e) Cum è diverso ob rem quamvis minimam exardescere, vociferari, decori oblivisci, sæpè sufficiat ad omnem, qui relatus ceteroquin fuisset, fructum amittendum, haud aliter ac accidere solet turba militum; quæ ad pugnam egressa, dum ordines non servat, vincitur non tam ab hoste, quàm ab ipsa sua perturbatione. Ceterùm sicut ra-

rum est, ut quotquot præsenes sunt eidem etiam atenti sint, ita perinde frequens, neminem præsentium seculo auscultare: quæ proin causa est, cur tentis animo & corpore, vagi non obesse debeant? Memini Apostolum jussisse Timotheo, ut predicaret non importunè tantùm, se & importunè, proinde non Justitiæ, sed Caritativitùm vi, ut ceteri fermè Sacerdotes impulsu de divinis differunt, damnantur sunt, si loqui nolint, nisi opporuerit lenibus ac desiderantibus; ut quæ id Justitiæ titulus obligat, ut sacerdos, quibus Animatum cura incumbit, etiam importunè, & non volentibus ac curantibus, id faciant ratio est.

Atque hinc habemus, quid respondendum ad tertiam illam difficultatem, eo natam, quòd appareat, nullum in prædicatione fructum existeret. Rite instituendi officium sacrorum Curarum conditioni non est commensurabile, ligaminis instar sicile solubili: ferat, non ferat fructum, inhiat non te est, cujus curæ Anima creditur. *In Prælati prædicatione est debetum prædicatione determinatum, & ideo reserandum est, etiamsi non videatur profectus in solo.* (f) Si Pastori incumbere prædicatione animarum ægrarum, superledebatu natu posset, si videret nullam Curam exigeris, non curationem, proinde, quod muneris sui est, omnia fecit ut sanaret, peregit in partes suas. (g) Licetne Parochi orare pro Animabus sibi creditis, si læ obstinatæ non respiciant? Quæ

SEGNE  
Concordia  
Instrucio  
Poenitentia  
Confessio  
Parochi

tum maximè ejus opem poscunt. Quare ne quidem ab earum institutione cessare potest, cum ita tardæ & indociles sunt. Ut enim Deus, etsi eas ipse reducere ad se posset nullius ad id adhibito ministerio, vult tamen preces pro ipsis nunquam non fundi, ita etiam vult ut sacri Oratores non taceant, etsi reducere ad se cunctas posset, à nemine impulsas directasque. (h) Atque hæc doctrina, quæ Sancti Augustini est, exceptionem nullam patitur. Adde, quòd nemo planè nōrit, an fructus speratus obtineatur, an non? Pronum est id in fructu ejusmodi accidere, quòd in fluminibus, quæ cum per plana feruntur, ita tacitas undas trahunt, ut regredi potius, quàm progredi videantur; cum interim nunquam non secundo alveo pergant, Dei verbum, nunquam sine ullo emolumento sparsū est: *Verbum meum non revertetur vacuum*; ait Deus: *scd faciet, quæcunque volui, & prosperabitur in his, ad quæ misissud.* (i) Enimverò par est unam hanc spem ingentes Pastoribus animos addere, cum meritò cogitare secum possint, iisdem verbis Deum ipsos alloqui, quibus olim Jeremiam: *Noli subtrahere verbum, si forte audiant, & conversantur unusquisque à via sua mala.* (h) Nam etsi certus quis non sit de Animarum lucro, quis interitū scit, an non re ipsa lucratus sit aliquam? Magnis igitur rem animis prosequatur. Quam multa Indies incerta lucra mortales impensis haud paulò majoribus consecrantur? Si certa tantum quaerenda essent, quis tanto conatu ac studio agros coleret? quis merca-

R. P. Segneri Institutio Parochi.

ruræ operam daret? quis aliena litora navi peteret? quis obsidionem urbibus & arcibus admoveret? quis assultum tentaret? Et tamen his in studijs atque conatibus, cum sine quis suo excidit, perdit est cum oleo opera, aurum cum labore. In re autem nostra minimè; cum semper conatui merces respondeat, utur cetera sterili. Accedit, quòd etsi diu absque sperato fructu quis in suis excolendis desudasset, nec disfacile tamen, nec novum Deo foret, tandem, cum minimè quis speret, oprato eventu labores coronare; perinde ac cæcum assoleat; quòd etsi nocte tota ne unā quidem stillā aridum solum humectat, sub auroram tamen tam copiosum illi rorem propinat, ut non satiet tantum, sed planè inebriet. Quare si non, quem sperat, fructum utilitatemque Conciones alicui suæ afferunt, non desperet tamen: fructus enim ille aut re verò jam exiit, aut exisset: & quamquam exiturus esset nunquam, æquum tamen non est à Matre deseri filium ægrum, etsi de ejus salute Medici conclamant. *Nemo desperandus est, dum in hoc corpore constituitur, quia nonnunquam, quòd diffidentia aetatis differtur, consilio maturiore perficitur.* (l) Id potius agendum est, ut, cum non raro fructum ejusmodi præpediant, ut S. Gregorius observavit, non Populi tantum, sed sacri magis Oratoris peccata, inde incitetur ad cogitandū de rebus suis, & animi sui statum intimè explorandum, ut, si res postulet, seriā penitendine Deum moveat ad vim verbis suis tribuendam, sic ut ex sterilibus, qualia

F

ad

ad eam diem fuerunt, tandem fecunda & fertilia reddantur.

## II.

Quod si autem, quæ ex audientium conditione adducuntur, excusationes tam sunt inanes ac frivola, quales demum illæ erunt, quæ à Pastoris persona desumuntur? Nihil profecto illæ aliud erunt, si proferantur, ad eum purgandum à delicto, quam balneum ex atramento paratum. Et tamen his vulgo omnes ignavi isti utuntur. Primò igitur, qui altiore ex loco vel nunquam, vel rarò audiuntur, aliorum negotiorum multitudinem & gravitatem causantur. Sed quæ, per Deum! tandem sunt ista negotia, quibus tantum sit virium, ut solvere Curionem sacrum possint obligatione præcepti & positivi, ut loquimur, & naturalis, atque divini, quale est hoc prædicandi? an illa sacra sunt, aut profana? si sacra, cujus generis essent, diu sedisse pro sacro tribunali luce quadam solenniore, ad quam vis ingens Populi confluit, aut diu adfuisse ægro animæ agenti, hæc perpetua esse non solent, sed rara & brevia: unde non possunt collere debitum, cui si die una satisfieri non potest, potest alterâ. At si negotia non sacra, sed profana sunt, non Animarum, sed corporum bono suscepta, ubi tandem est illa serpentis prudentia, quam à suis Affeclis Servator noster Christus requirit, dum hoc hominum genus, pro eo quòd servando capiti totum corpus ictibus exponat, corporis servandi studio caput sinit perire? An ergo caducis cedere æterna

debent, profanis sacra? quæ ratio lex est ista? *Non est æquum nisi de quaere verbum Dei & ministrare magis* (n.) responderunt Apostoli, cum in primò numero se obrui cernerent, quod alij ex alijs in illis Ecclesiæ primò rectè credentium numero accedebat. Si ministerio divini verbi seminando persedere non decuit, ut vacare licet operi caritatis, quale est, egenis deo providere, & quibus demum egenis non illis, quos fors inopes genuit, quos tales amor erga JESUM effertur, pronuntiet nunc quilibet, an eo suscipere par sit, ut agnatis consulat, & agnatis, quorum famæ semper conscit, quique mensam sibi indies latorem parari desiderant? an æquum illud omittere, ut prospiciatur merito viri nobilis, in rationibus dati accipere que ineundis, in censibus exigendis, in bonis custodiendis, in munere Oeconomi, ut rem verbo & sine ambigebat, obeundo? Tum, cum hæc collenda ars jusserit non eos ramos, qui certe propinquiore sunt, resecare, ut quo assurgat, sed summos apices demerere, ut densius crescant, qui à solo ablati propius, tum inquam etiam sapienter se purgabunt Pastores sacri, quod de verbo annuntiando se non impendant, & tempus concionibus vel habendis vel parandis, debitum, totum negotium caducis consecrent.

Magis erubescenda est altera excusatio; quòd nesciant eâ administrationem fungi. Quisquis non veretur cum se leratè se purgare, duplici paratè digna est: unâ quidem ob damnum & pernici-

SEGNE  
Conciones  
Instrucio  
Poenitentia  
Confessio  
Parochia

ciem, quam suo silentio affert Populo; alterà ob ejus silentij causam, ignaviam inquam & negligentiam, quã sibi de necessaria, munere suo ritè fungendi, scientia ac doctrina non prospicit. Matribus natura de lacte ante prospicit, quàm pariendi tempus adsit. An igitur stultus non meritò appellatur, quisquis Animas Christo vult parere, dum jejunis adhuc est uberibus, planèque aridis ad eas alendas? *Si in Laicis vix tolerabilis videtur inscitia, quanto magis in ijs, qui presunt, nec excusatione digna est, nec venia?* (n) Accedit, quòd hæc imperitiæ cognitio nova esse non possit, sed jam tum initio administrandæ hujus provincie sit habita. Quæ proinde ejus fuit temeritas, qui tot sibi artibus ac studijs imposuit onus viribus longè majus? *Miserum est, eum Magistrum fieri, qui nunquam discipulus fuit.* (o) Cur Parochi munus admisisti, quæret olim Christus, aut cur acceptato non cessisti? Quis unquam, etiam Medicus non esset, alterius invitatione induci se passus est, ut ægris sanandis se addiceret? ad agrum restaurandum, si Agricola non erat; ad palatium reficiendum, si non erat Architectus; ad arcem aliquam muniendam, si militaris architecturæ erat imperitus? *Multo tempore discere, quæ postmodum doceas:* (p) Sic Rusticum suum S. Hieronymus hortabatur; nimis enim pudendum est, *Sacerdotes tunc querere discere, cum ex officio alios debeant docere.* (q) Quoquo proin modo se res habeat, qui salute æterna excidere Pastor non velit, sibi creditos aut ipse, aut ejus nomine alius in-

stituat necesse est; alia salutis via non superest; tam enim Curionis officio intima est hæc obligatio, ut nullius humani brachij robore avelli possit. *In his duobus mandatis, verbi scilicet & exemplis, summam tui officij, sed & conscientia securitatem pendere intelligas.* (r) Ita Mellissus ad Pastorum Principem scripsit. Quare sicut Parocho ad salutem æternam consequendam non sufficit, loqui bene, si agat malè, & quidquid linguã boni elicit, manus ministerio destruat; sic eidem non sufficit ex virtute vivere, si rectis vitæ exemplis salutaris institutio non accedat. *Sacerdos cui dispensatio verbi commissa est, etiam si sanctè vivat, & tamen perditè viventes arguere, aut erubescat, aut metuas, cum omnibus, qui eo tacente perisunt, perit.* Et quid ei proderit non puniri suo, si puniendus est alieno peccato? (s) Ita dilectè professus est S. Prosper, & eandem in sententiam conspirant Sanctus Gregorius, S. Hilarius, S. Isidorus, S. Joannes Chrysostomus, & quisquis Sanctorum Patrum in pessimum hunc morem, regendi Animas, & non loquendi, inductus est.

Quodsi quidam, non scientiæ, sed oratoriæ facultatis defectum prætexant, ne isti quidem audiendi sunt. Nec enim in Curione ordinario requiritur, ut ornatè ac eloquenter dicat: abs re potius est in pagis & minoribus oppidis exquisita eloquentia: utendum illi potiùs genere dicendi plano ac facili, quali ferme cum filijs parentes utuntur: nec lectis ad rem verbis opus est, sed vivis ac proprijs, qualia linguæ subministra-

re solet amor genuinus ac sincerus, qui etiam balbos eloquentes facit. Satis est, si sensu verba abundant: si minus limata fuerint, semper tamen illa plerique excipient quo par est animo, monetæ instar, quæ iusti quidem sit ponderis, etsi Principis imaginem minus artificiosè expressam præferat. Quod si reperire nonnunquam esset auditorum è numero aliquem, qui superbus dicendi genus tam humile fastidiret, quid interest? An, ne sumus molestus sit, medias in flammis insilias? hoc autem profectò facit, qui ne nescio cui parùm peritò, minùs etiam religioso, sit ludibrio, mavult æternùm perire. Etiam Arcopagus Paulum irrisit, tanquam pueriliter credulum, qui fabulas pro historijs vendicaret. Sed quia iste agere petrexit quod agebat, irrisores suos secum tacitè deridens, nec animis cecidit, tam multos Deo lucratus est, quos perdidisset, si sibi non constitisset. *Si formidasset irridentes, non pervenisset Apostolus ad credentes.* (t) Tandem, si aliud non licet, standum est sapientissimo Sancti Caroli consilio, & sublimiore è loco legendus idoneus Author, Christianæ vitæ Institutiones pertractans; subinde autem, quæ res poscere videbitur, explicanda. Si cui nulla hæc ratio- num in Dei verbo proponendo arridet, hic enim verò alteri magis idoneo munus suum cedat oportet; cum Parochi non ita possint in templis coram Deo stare, sicut coram eo steterunt immanes illæ columnæ Salomonis, quæ intus planè vacuæ nullam molem tanquam fulcra sustentabant, sed avænum tantùm

sui spectaculum intuentibus præbent. (u) An lucrari quis vult, & tamen non laborare? jam pronuntiavi, hoc est furari, non mereri proventus Ecclesiæ: idque ipsum repetò, atque incalorè; idque in memoriam revoco horrore illum, quo perfusus est, qui in ritione se repescenda dicebat: *si fructus non comedi absque pecunia.* (x) Quid autem est comedere fructus terræ inemptos, quàm velle à Populo alimen- & negare tamen debitam pro ipsa institutionem? *Fructus terræ absque pecunia comedere, est,* inquit S. Gregorius, in Ecclesia quidem sumptus accipere, in eadem Ecclesia predicationis officium non præbere. (u)

Atqui tam multi Cariones non conditionantur, nec tamen est qui eos condemnet. Hic ultimus receptus est, intra quem ignavia tutam se existimat. Exemplum multorum, perinde ac fictitum idem esset, quod alitarum. *Proccator homo vitabit correptionem, ut loquitur Ecclesiasticus.* Sed quid agere ad eam evitandam? Quæret plures, qui idem, quod ipse, agunt: *Et secundum voluntatem suam inveniet comparationem.* Ut igitur evadendi porro viam præcedam, sic distinguam: si sermo hic de Parochis urbium, fieri potest, utrobis illi, aut penitus absolvantur, aut minùs saltem nocentes fiant. Primum est, minor Populi necessitas, qui vulgo in urbibus non solet ignorare necessaria ad salutem, sive quæ credere, sive quæ agere oportet. Omnes prædicantur, sale hæbent opus; minùs tamen illi, qui falsis in undis sunt. Alia

Alterum, quod excusari Urbium Curiones possunt, est multitudo vitorum Religiosorum, qui magnam hujus oneris partem sponte subeunt. Ubi proinde tam multi volones sunt, qui Ignorantiae bellum indicunt, & re ipsa illam impugnant, excusari videtur posse, qui stipendio ad id conductus pugnam superfeder. Tertium, quo magis excusantur, est, quod in Italiae urbibus mos inoleverit, ut Parochis subjecti feriatis diebus ad quam maximè voluerint Ecclesiam accedant, divinis operantur: quàm igitur ratione eos Parochus instituet? Ceterùm, si praesentes eos haberet, extra controversiam est, officio defuturum, si eos à se jejunos dimitteret: cum pascere illos Dei verbo, quantum potest, tam se jungi à Pastoris munere non possit, ut sacrae Synodi Tridentinae Congregatio decreverit, (aa) alijs quidem, Episcopo ad Populum dicente conticendum, sed non Parochis: quin definivit, nunquam eo nomine silentium ipsis ab Episcopo imperari posse: nec ob aliam id causam, ut apparet, quàm quia æquum non est impediri quemquam ab exequendis proprijs, & non alieni tantùm, officij partibus, siquidem ipse fungi ijs velit. Aliter planè se res habet in pagorum, & minorum oppidorum Parochis. Hic ratio Religiosi, & subinde nunquam, divinae sementi spargendae dant operam, cum extra sacri jejunijs tempora eò non accedant: sic ut silente Parocho nemo loquatur. Parte alterâ his in locis longè frequentior comparat Populus Parochiali in Ecclesia (quæ alicubi est u-

nica, aut certè alijs commodior) multoque solet esse rudior, & hac ipsa causâ institutionis magis indigus. Nihil proin pagorum Parochos oppidanorum exempla aut juvant, aut tumentur. Sicuti infantulo data est nutrix, quæ lac amanter præbeat, matris operam is non magnopere desiderat, nec ista se gravi obstringit noxâ, si suis illum uberibus non admoveat. An idcirco nullam consciscet noxam illa, quæ filiolum suis in oculis extremum jam halitum trahere videt, non ob aliud, quàm quia deest, quæ pectori admoveat; & vel pauculis guttulis moriturum refocillet? Quin imò, etsi non desit nutrix, curandum tamen est Matri, ut ipsa lac Nato præbeat, cum aliter longè sapiat, alium vigorem filiolo infundat lac matris, quàm alterius alienæ. Mirum quanto plus virtutis apud ejus curæ creditus verba Pastoris exerant, quàm aliorum. Cujus rei hæc est ratio, quod Deus certa sua lege plus illi adesse, & potentius cum illo operari debeat. *Qui vos audit, me audit.* Quam tandem linguam, quod os tanto Christus honore affectit, ut illud ab ore suo non distingueret An os eorum, qui Vicario, Subsidiario, aut Mercenario nomine pro Pastoribus loquuntur? an non solum os Pastorum ipsorummet? ita sanè est. Ut quid igitur curiosè quis circumspicit, quid faciant alij; cum non predicare, in Pastoribus exemplum sit non laude, sed vituperio & execratione dignum; non usus, sed abusus, non veritas sed error? Nulla unquam consuetudo valet contra id, quod divino jure ac lege imperatum



est: ita certè Angelicus: *Nulla consuetudo vim legis obtinere potest contra legem divinam.* (aa) Unde denique consuetudo ejusmodi aliud non est, quam mos pravus inveteratus: unde illud: *Consuetudo sine veritate, vetustas erroris est.* (bb) Quod si tamen etiam Pagorum Parochi impunè ferunt suum silentium, ne à Præsulibus quidem suis moniti, castigatique, quid vultis dicam? An ea impunitas facit, ut minus officij ratio à Pastoribus exigat suæ plebis institutionem? si pœnas non dant, dare certè deberent. Delicta impunita accusatio sunt Judicis, non excusatio delinquentis. Quamquam meum non est decernere, quid hac in re factò sit opus. Cogitet de remedio, cujus id interest. Id ego unum affirmo: Pastores elingues, qui inquam sic linguâ utuntur, ut muti, qui alimenta Ecclesiastica muti manducant: (cc) præstaret hac in vita puniri; puniti enim respiscerent, & sic alterius vitæ supplicia evaderent. Quæ tandem vineæ felicitas est, si pampinorum permittatur superbire luxuriâ, nec unquam vinitoris cultum experiatur? hæc enim vero summa ejus calamitas est; sic enim citò sterilefcens igni duntaxat cedit in pabulum, ceterâ planè inutilis. An sic stultus est quispiam, ut se extremo illo Mundi die à Christo Judice existimet judicandum secundum consuetudinem? Enimvero sperare id posset, si Christus dixisset oïim: *Ego sum Consuetudo.* Sed quia ille dixit: *Ego sum veritas:* (dd) eâ causâ sententiam non feret secundum id, quod fecerunt alij, sed secundum quod ipsi verè faciendum incumberebat.

Nemo igitur non certissimum habebat, Pastoribus Sacris lege non dissensibili præceptum, ut suos docerent, & admonerent: hinc in Ap. Iherosolym Canonibus debitum hoc *Inexorabile* appellatur. (ee) Quid igitur tot Executiones irritò planè labore congeruerit? Imò instar candentis ferri, quod quædã dura incede percutitur sapios, hoc cadentes vivasque scintillas undique eribrat copiosius, hæc certissima veritas, quam vobis propono, quò impugnat vehementius, rationibus in partem alteram adductis, hoc semper reddere manifestior. Unde pro eo, quod quædam munus Pastoris recens capere, oculis defigat in Pastores alios dormitantes negligentes, eos defigere oportet in honoris divini ac muneris sui magis studiosos (quorum quidem, quæ Dei veritas est, nusquam non aliquos erit invenire) & cum observaverit, quammodò illi officium suum faciant, dicitur & ipse tempore sapere, cæque Sipientiam probare, & suæ, & aliorum incohlumitati providè consulendo. *Vir sapiens erudit plebem suam.* (ff) Navaichus, qui vectores, quos ducendos admisit, tandem incolumes, in litore non exponit, ne suæ quidem denique salutem prospicit: & si illi medijs in undâ pereunt, malè ab ipso vecti, perit & ipse. Quare, *Reforem te posuerunt? Noli extolli, Noli plus æquo fiducia in te reponere: Est in illis quasi unus ex ipis.* Sic te considera, ut non minùs expectatum submerfionis periculo, quàm quàm illorum sit. *Caram illorum vitam, & sic confide.* (gg) Duc in portum cum timore

SEGNE  
CONCIONES  
INSTRUCIO  
POENITENTIA  
CONFESSARII  
PAROCHIA

timore magno, non solum salutis ipsorum, sed & tuæ, quoscunque navi tua vehis, & sic confide. Sic enim vero tu quoque intrabis. Hæc est vera, sed & unica fiducia.

(a) Ps. 140. 4. (b) Is. 30. (c) Is. 58. 1. (d) Act. 10. 9. (e) Prov. 19. 11. (f) Abul. in Matth. tom. 5. fol. 50. c. 11. (g) S. Bern. l. 4. de Consol. c. 1. Senec. de Benefic. l. 7. c. 13 (h) 23. 9. 4. c. Sicut non est. (i) Is. 55. 11. (k) Jer. 26. 3. (l) 32. 9. 2. c. Ancillam & de Penit. dist. 7. c. Nemo. S. Greg. Moral. l. 20. c. 18. (m) Act. 2. (n) dist. 38. c. Si Laicis. (o) dist. 61. c. Miserum est. (p) Ep. 4. (q) dist. 36. c. Qui Ecclesiasticis. S. Euseb. (r) S. Bern. de Consol. l. 4. (s) S. Prosper de vita contempl. l. 1. c. 20. S. Greg. Pastor. S. Hil. l. 8. de Trin. 8. Ibid. l. 3. Sent. S. Chrys. ho. 6. in epist. ad Philipp. (t) S. Aug. con. Stoic. & Epist. c. 2. (u) 2. Paral. 3. 16. Jer. 52. 20. Abul. in Paral. t. 2. c. 3. 9. 23. (x) S. Greg. Moral. l. 22. c. 16. (y) Eccli. 32. 21. (z) Barb. de offic. Par. c. 4. n. 2. 2. (aa) t. 2. 9. 97. art. 3. ad 1. (bb) dist. 8. c. Consuetudo. (cc) S. Greg. Mor. l. 22. c. 16. (dd) dist. 8. c. Si consuetud. (ee) Zonar. in Can. Ap. 58. (ff) Eccli. 37. 27. (gg) Eccli. 32. 1.

CAPUT VII.

*Quæ ratio, quisve modus tenendus Parocho in sacris Concionibus, ut quam maximè salutare sint?*

Uo potissimum sunt, quæ faciunt, ut insignia quædam specimina gladius edat; si & nobili ac tractabili è metallo constitutus sit; & robusta ac prompta manu brachiisque vibretur. Hæc eadem sunt, quæ faciunt, ut insi-

gnia opera efficiat Dei verbum, quod est ille gladius, qui acie sua exacuta eo pertingere potest, ut partem hominis brutam ab illâ dividat, quæ spiritualis est: *Pertingens usque ad divisionem animæ ac spiritus.* (a) Pastoris industria parte suâ conferre debet tam delectum materiæ, quàm ejus tractandæ rationem, quæ sunt metallum ex quo gladius conficitur; debet autem & Gratia jungere virtutem suam, profundè in animum insculpendo aut imprimendo illas veritates, quæ se solis ultra aures non penetrarent: atque hæc est vis brachij.

I.

Quod jam ad delectum materiæ attinet, quæ docenda est, melius vobis quidpiam subministrare, aut indicare non possem, quàm quod rot laudatissimæ Institutiones Catecheticæ suggerunt, quæ sunt optimæ huius metalli fodinæ. Illud tantum addere possum, quod ad metalli missionem spectat (ad expositionem inquam) materiam proponendam duplicis maximè generis esse posse, sive quæ ad usum refertur, sive quæ in spectando tantum, & cognoscendo consistit: quæ inquam vel tradit, quid fide tenendum sit homini Christiano, vel præscribit, quid faciendum. Circa primi generis materiem advertendum est, in explicandis certis dogmatibus, salutaribus quidem, sed subtilibus, ne proponantur nimis generatim, & velut extra omnem materiam; sic enim illa velle docere perinde esset, ac respirandi facultatem velle pascere aëre tam puro subtilique, ut ad an-

heli-

helicum recipiendum haudquaquam  
sufficiat. Hac de causa, quemadmo-  
dum in superandis altissimorum mon-  
tium jugis, ne spiritus intercludatur, ne-  
cesse est spongijs aquâ imbutis aërem  
identidem condensare; ita exemplis, si-  
militudinibus, comparationibus popu-  
laribus, & ad vulgi captum factis opus  
est velut sensiles reddere rudi plebi veri-  
tates de rebus altissimis, in quibus intel-  
ligendis multum illa semper laborabit,  
etsi scitu sint quàm maximè necessariae.  
Et en ejus rei paradigma. Siquis audi-  
toribus suis dixerit, Gratiam sanctifican-  
tem, quam dicimus, qualitatem quan-  
dam esse divinam, quæ mirum quendam  
splendorem animæ conciliet, rectè is  
quidem, ac verè dicit, sed parùm ad-  
huc intelligitur. Sed si, ubi hoc asse-  
ruerit, subjunget etiam, quòd sicut fer-  
rum, etsi naturâ suâ frigidum, rubigino-  
sum, grave ac slecti nescium, mox ta-  
men ac ardenti fornaci injicitur, ita  
ignescit, ut non jam ferrum, sed ignis  
videatur, sitque momento pellucidum,  
tractabile, & ad formam quamlibet re-  
cipiendam idoneum; ita & anima na-  
turâ suâ tam lenta, tam frigida, ac im-  
perfecta in agendo, mox ac divinæ &  
sanctificantis gratiæ virtute repleta, in-  
timèque penetrata fuerit, Divinam na-  
turam sic induat, ut nullo se negotio at-  
tollat ad producenda opera summè ad-  
miranda, altissima, ac omnes suas vires &  
facultates sibi congenitas multùm ex-  
cedentia; si inquam ita, quod proposuerat,  
declaret, non verùm solum dicit, sed  
faciet etiam, ut Audientes re intellecta  
permoveantur, valdeque excitentur ad

acquirendum bonum illud, quod non  
non obscure cognoverint. In id pro-  
de Pastor sacer industria singulari  
cumbat, ut in explicandis Religionis  
nostræ Mysterijs ita verberet, ut illi  
modi similitudinibus, ac comparationibus  
cuilibet, quantumcunque habeat  
ac tardo, reddat captu facilis; id enim  
nisi faciat, oleum planè atque opus  
perdet; haud aliter ac frustra temporis  
reret Belli dux, qui cum munimentis  
aliquid ex hoste capere vellet, nunquam  
tamen illud tormentis proximè adhaerens  
verberaret, sed longiore tantum in-  
vallo. Hinc in legendi novæ legi-  
vitæ Christi historia deprehendes quo-  
que, quàm familiares Christo Servantibus  
nostro Parabolæ, seu comparationes fu-  
erint: *Sine parabolis non loquebatur* etc.  
non solum quia apud Palæstinos con-  
earum usus erat, sed multò maximè pro-  
pterea, quòd cum ille inaudita ad eum  
diem, & recondita arcana revelare do-  
beret, *eructare abscondita in confessione*  
*Mundi.* (c) res posceret, ut in turbidibus  
bus & comparationibus modò Palæstina  
modò seminantiis, modò Piscatoris, ali-  
vitis, aliarumve rerum similitudinibus,  
omnium sensus cadunt, familiares verò  
doctrinas illas redderet, sic ut hæc  
vel intelligerent, vel, si minima aliquid  
bantur (id quod crebrò ob ipsarum  
ditatem futurum erat) occasionem  
tem ininterrogandi haberent, easque  
Parabolas explicari rogarent. *Et hæc*  
*nobis parabolam istam.* Ubi promissa  
probatas Authoribus ejusmodi similitu-  
dines quis repererit, eas excerptas, ut  
occurrant in tempore, & animum ad  
faciat

SEGNE  
Concordes  
Instruere  
Poenitent  
Confessari  
Parochi

series excogitandas informent; ut non raro Martibus accidit, quæ etiam non id agentes, proles similes vultu gignant ijs imaginibus, quæ earum oculis domi in conclave crebro obversantur.

Alterum rerum in institutionibus tractandarum genus ad mores & usum referatur: in his ut utiliter proponantur, magnopere necesse est descendere ad singularia. Hoc quoque documentum exemplis clarius reddam. Si quis igitur exempli gratiâ dicat, occasiones pravas esse fugiendas, Auditores veritatem hanc integram quodammodo glutunt, quin ullo inde sensu afficiantur, haud aliter ac qui granum sinapi non contritum devoraret. At ubi ille distinxerit duplex occasionum genus, quantum ab hæc remota, proxima aliæ; addideritque, quod si has illarum ædes frequentando non tamen nisi raro admodum ibi delinquat, hæc illi sit occasio remota duntaxat: si autem easdem frequentando nunquam serè non peccet, ea sit occasio proxima, sic ut lege divina non dispensabili teneatur pedem ultra eò non inferre, hæc veritas sensum intimè afficit, & instar grani piperis, non tantum comminuit, sed in minutissimos pulveres contusi, vim suam vel in oculos exerit. Atque hæc est ratio id præstendi, quod à Pastoribus Deus exigit, ut Populis eorum fidei commissis non præparent tantum salutis semitam, eaque planam reddant, sed etiam ubi res postulat, velut lapidibus sternant. Sceleris quidem, hoc est, ad rem præsentem idoneis. *Prepara-  
re viam Populo, planam facite iter, ele-  
gate lapides.* (d) Plana autem redditur

R. P. Segneri Institutio Parochi.

semita, cum in differendo procul habeatur arduitas illa ac subtilitas, quæ à facili veri cognitione retardat. Scenitur verò lapidibus ad id lectis, cum ita res pertractantur, sicut eorum, ad quos verba sunt, indoles ac genius exigant; nec enim eadem omnes juvant. Atque hæc eadem ratio quoque est solandi, & abstergendi lacrymas Ecclesiæ, quibus illa inundat, dum videt quotidie tantum filiorum suorum numerum emori, si non panis defectu (nam hunc non defunt qui prædicando persigant) saltem eorum penuriâ, qui eundem frangant: pauci enim sunt, qui prædicando panem ita comminuant, ut etiam minus robustæ maxillæ illi mandendo pares sint. *Pan-  
vult petierunt panem, & non erat qui fran-  
geret eis.* (e) Magni semper feci iudicium viri insignis, qui in doctis suis Epistolarum Canonicarum Commentarijs scriptum reliquit, quod si major Christianorum adultorum pars æternum pereat (id quod ipse verum censet) ferme hoc inde nasci, quod verbi divini Præcones, non satis considerantes quid agant, crebro quidem de argumentis probatis tractent, sed nimis generatim, quin unquam ad singularia descendant; ad illas inquam sequelas, quæ pro suo cuique statu & conditione ex principijs generalibus essent deducendæ. Ferme enim maxima audientium pars id facere ipsa vel non scit; vel si scit, id in se laboris, aliàs molesti, suscipere non vult, suis humeris accommodandi documentum, quod propositum est, tanquam segmentum panni pretiosi, sed planè integrum; & per ratiocinationem colligendi, quod

G si,

si, verbi causâ, vana est omnis Mundi gloria ( ut Concionator pronuntiavit ) ratio ergo postulat, ne quis alienâ censurâ, & mordacis à Sodalibus dicti metu, prætermittat servare in Templis reverentiam, ac silentium, cum alij licenter garrunt; crebrò divinis se munire Mysterijs, vitare luxum, in vestibus studere modestiâ, & in his quoque id spectare, ut Deo magis, quàm hominibus placeat. Hæc est ratio multum utilitatis Sacris Concionibus afferendi, suppleri magnâ solertiâ & caritate id, quod audientes vel non possunt, vel non volunt; istud siquidem non est tantum porrigere alicui clavem, quâ in se ipsum intimè penetret, qualis est omnis correctio opportuna ( *clavis apertionis est omnis sermo correctionis.* ) (f) sed eam suâmet etiam manu circumagere, & illud aperire ostium, quo potissimum intrare oportet.

Hoc autem si ita est, semper magis perspicuum sit, quàm non sint justæ excusationes, quarum ante meminimus; satis nimirum suo muneri facere Parochum, si sub sacri jejuniij dies aliquem evocet, qui subsidiariam in concionibus ad Populum operam præstet. Egregiam enimvero excusationem! sic non solum abunde non prospicit suæ plebi, sed ne quidem quantum satis est: eâ in primis causâ, quia si non nisi semel toto aâni spatio plueret, parum omnino plantis prospectum esset, quas oportet nutrire. Deinde quia pluvia hæc non semper est, qualis desideratur. Non est inquam ejusmodi, quæ telluris viscera penetret; tam parum enim rude vulgus his ex Concionibus intelligit, ut domum secum

nihil auferat. Si Mater eum tenella prole non balbutiet, nunquam hæc linguam articulatas in voces lolveret. Hocque hoc est ingenium illud e molumentum, quod existit ex institutione ipsorum Patrochorum, quod non solum magis continua, sed magis etiam fructuosa; quia magis se demittit ad specialia, de quibus etiam rectius agunt, qui familiarius plano ex loco differunt ut Patres, quàm qui ex altiore tonant, ut Fratres. *Oportet eum, qui instruit Animas vales, esse talem, ut pro ingenio discipulorum se ipsum possit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere.* (g) que est S. Petri doctrina, ad eos in rubricam dandos, qui majori sibi gloriæ ducunt, & Auditores eos admirentur ut doctos, quàm si intelligant tanquam pios.

Quoniam hic quoque ferri potest, ut extra medium, & ab uno extremo declinare ad alterum, sic ut ne nimis parum dicamus, dicamus nimis multum. Et quidem ire extra limites possumus duplici modo, si nimirum non attendamus satis, quid, & ad quos dicamus. Materiam ipsam dissertationum quod spectat, cavet quisq; ne ad minuta nimis & specialia descendat in genere lubrico, ne id quod cadat, quod Equiti illi animoso, qui cum Dracone vulnerasset, per ipsam, quæ pugnam infixerat, hastam venent in se partem derivavit. Illud saltem mereri potest, ne inexpertæ adhuc rotati mentes ejusmodi discant, quod doceri debebant, neve ejusmodi variis lerendi vivis nimum coloribus rem comprimens, & exemplis utens, damni aliquid afferat audientibus puellis, quæ con-

SEGNE I  
Concionibus  
Instruere  
Poenitentiam  
Confessionem  
Parochi

jugibus erat profutura. Idem helleborus (h) qui Turturi cibis est, venenum est Columbarum. Monendum hic & illud, ut omnis dictio sit probe morata, à qua procul sint omnes nugæ, joci, facetiæ, ineptiæ, quæ ut decore planè adversantur, quò magis id spectant, ut oblectent audientes, tanto plus de autoritate & æstimatione tollunt differenti, tanquam is eo sit Pastorum è genere, qui quas profuturis herbis pascere oves non potest, cantu & fistula velit exaturare. Hoc de modo, in rebus proponendis tenendo. Quod attinet ad eos, ad quos verba fiunt, caveat quisque, ne unquam oratio ærtum aliquem sibi pro meta præfigat, sic ut audientes facillè advertant, quisnam petatur. Hoc si fiat, nimium quantum dicenti decedit de æstimatione, aut saltem de amore ac benevolentia auscultantium. Eadem etiam ratione omnis fructus perit, cum utilitatis nihil afferre possint verba, quæ animo à dicente abalienato excipiuntur. *Repuante natura à nihil medicina proficiet.* (i) Dixi, plurimum decedere de æstimatione: maledicus enim vix quidquam distare censetur à malefico: maximè, cum pronum est suspicari, vindictæ spiritu Parochum impelli, privatas offensas in publico dissimulare non valentem. Dixi etiam, amoris jacturam fieri; multi enim Agnatorum, Amicorum, & quoquo modo cum læso conjunctorum animo à dicente alienantur. Unde eadem ejusmodi Præconis sacri fors est, quæ Satyras textentium; qui ne argutum aliquod dictum tacendo amittant, non unum eo

prolato sibi inimicum efficiunt. Atque hac ratione ejusmodi reprehensiones, etsi ceterà salutare, admittuntur ut ictus ab adversario, qui velit lædere, non tanquam à Chirurgo, qui velit sanare.

Hæc ubi quis vitaverit, id sibi quam maximè cordi habere debet, ne pudeat pigeatve ipsum, sæpius inculcare certas quasdam veritates fundamentales, quas altè inhæere animis momenti & emolumenti est longè gravissimi. Aliàs semel duntaxat per anni decursum illorum meminisse, perinde foret, ac de ijs penitus tacere, cum non aliud esset, quam anulum signatorium ceræ imponere, sed non premere. *Prædica verbum; in sua opportune, importune.* Sine hac crebrius iterata inculcatione nihil proficitur: neque enim cadunt muri Iericho, si semel tantum Sacerdotes circumstant, non terretur audacia, non emendantur abusus, non convelluntur, destruantur, dissipantur certa axiomata noxia, quæ tam multorum animis altè ac tenaciter inhærent, quæ tamen convellere tenetur Parochorum quilibet, qui ad id vocatus, ut sociam Episcopo operam jungat, hoc quoque ad opus vocatus censendus est, ut cum illo evellat, & destruat & disperdat & dissipet, quidquid noxiarum herbarum ac stirpium suo in agro incipit pullulare, quæ toties evulsæ, toties renascuntur. Nec est, cur quis terrefi se sinat tædio, quo facillè affici Auditores solent, cum toties eandem sibi veritatem, velut recoctam crambem, proponi audiunt: mox enim in ipsos retorqueri potest querela & accusatio, re-

ponderique; æquum omnino esse, ut sapiens olitor non ante desinat extirpare ex horto cicutam, quam illa desinat repullulare; nec prius remedia omitantur, quam morbi cessent; non prius; reprehensionibus absteineatur, quam peccare alij desinant. *Nunquam satis dicitur, quod nunquam satis dicitur.* (k) Quin imò sancta ista importunitas tandem evadit haec omniū validissima ad debellanda scelerata longā assuetudine inveterata; eaque causā videmus, quam illa sanctis Doctoribus ætate suā familiaris fuerit. Primus qui hac in re facem ceteris illustri exemplo prætulit, fuit S. Joannes Apostolus, de quo sanctus Hieronymus narrat, quod decrepita in ætate Discipulorum brachia in Templum deportavit, *Nihil aliud per singulas solebat proferre collectas, nisi hoc: Filii, diligite alterutrum.* (l) Nec deinceps ejusmodi exempla desiderata sunt; sed quo quisque divini honoris, & salutis alienæ fuit studiosior, hoc etiam securis prævit diligentius: quos inter minimè postremus est S. Joannes Chrysostomus, vera sacrorum Præconum idea: hic nulla ferè in Homilia non meminit perjuratorum, ebrietatum, blasphemiarum, pomparum vanarum ac luxus, inque ea flagitia non leniter invehitur. Nemo facile dixerit, quantum emolumenti suis sit allaturus Parochus, qui horū vestigijs insisterit: totam Parochiam mutabit in aliam. Ajunt, ut Pavones albi educantur, non nidum tantum, sed omnes parietes loci, in quo ovīs incubant, albo colore inducendos esse. Audire omni ex parte commendari inculcarique studium honestatis,

publici fugam, sedulam sui curam, recundiam, paulatim in nata gratia bus alias cogitationes interit, & hinc dem ope ac operā idem efficitur in minoribus: hi enim & in iudicando in agendo aliā fermè regulā ac normā non utuntur, quam opinionum veteris ætis Majorum, à quibus pendunt, quibuscum semper vivant.

## II.

Atque hæc, quam diximus hactenus materia est, ex qua confilandum est prædium; superest brachium, quo ille videndus; gratia inquam divina, quæ sine mne verbum, quod proferatur, cæcū sed non plaga. *Nisi enim sit: quædam doctoris lingua exterius in vanum labat.* (m) Quare etsi ad Pastorem Animarum pertineat, nihil non agere, ut doctus instruat, quæ ad dicendum camfructu conducant: nihil tamen illi vel nimium spei in his reponendum est; prætra quam faciant Oratores præfati, sed omnis omnino fiducia in Deo collocanda; sic ut quisque humanas vult beatitudinas ad eloquentiam & eruditionem convenienter procurandā; sed tantum conditiones, quas Deus ipse requirit sine propositum consequentibus, ut causas, suā virtute efficiat, quæ di producturas. Oratores præfati unum spectant, ut persuasent res, quæ naturæ solius virtutibus effici possunt, absolvere, aut damnare aliquereum, à seditione desistere, tributa reddere, nova fœdera inire. Non est præinde mirandum, si tota illorum spes in eis ejus principijs nitatur, Sacri è divinis Oratores id propositum habent, ut


SEGNE  
Dono dicitur  
Instruere  
Poenitent  
Confessari  
Parochi

ducant ad res toto naturæ ordine longè superioris, ut sunt Religionis nostræ axiomata sensibus nostris non ignota tantum, sed planè repugnantia. Quis proinde facere potest, ut ista radices agant in corde carneo, cupido, superbo, si Deus non est? Facilius fuit Moyli sua voce mutare virgas in serpentes, aquas in sanguinem, & diem clarum in densissimastenebras, quam Animum Regis ex elato mutare in pium & obsequentem.

Ad obtinendum porro à Deo hoc auxilium, quod tanquam brachium invitum efficere debet omnia, necesse est assuesfacere se ad illud precibus ardentissimis petendum, adque quam maximè inter sacrificandum. *Oravi Deum Cæli, & dixi ad Regem, (n)* Orandus primò Deus est, subinde verba ad hominem facienda; ut enim tela sursum emissa, dum recidunt, longè profundius hosti vulnus infligunt, quam infligerent, si rectè in eum essent contortæ; sic rationes illæ, quas quis priùs Deo precibus commendârit, & quasi ad illum in cælum evibrârît, eo dein impetu recidunt, ut nullo satis contumaciæ scuto, aut galea possint eludi. Id quod rectius etiam fit, si Oratiõ ac precibus jungatur attentæ earum veritatibus Meditatio, quæ alijs explicandæ sunt: hac siquidem constare etiam debet oratio, quæ Pastori est necessaria, ut illa doceat, quæ à Deo ipse didicerit. (o) Quam enim stragem edere potest machina igniaria igne non concepto? aut quomodo aquas ministrare fons ille potest, qui glaciè undique contractus sit? ut aliorum quis animis imprimat veritates nostræ Fidei, necesse est,

ut eas ipse intus penetraverit, tamque perfectè, omni dubitatione exclusa, possideat, ut nuda earum contemplatione non contentus, etiam ad usum revocârît. Secus si fiat, qui aliqua tantum parte lucidus est, sicut colores, alios illustare non poterit, sicut lux; sed alienâ potius ipse luce semper egebit; eoque fiet, ut eodem ignorantie gradu sistant semper Populus & Sacerdos: *Et erit sicut Populus sic Sacerdos.* Denique ex familiari cum Deo conversatione, crebrò iterata Gratiæ petitione, & oraculorum ejus serâ Meditatione proficiet Sacerdos ad sic vivendum, ut non factus minus, quàm verbis, sibi creditos doceat; quæ è re tantum involumenti existit. Sed de hoc alius erit dicendi locus. Nunc istud solum dico, quòd sicut rectè operando, & bene docendo docetur Populus, quomodo & ipse ex virtute vivere possit ac debeat, ita docendo bene & vivendo malè, docet Parochus quodammodo Deum, quomodo oporteat ipsum damnare. *Bene vivendo, & bene docendo populum instruis quomodo debeat vivere: bene autem docendo, & malè vivendo, Deum instruis, quomodo te debeat condemnare. (p)*

(a) Hebr. 4. 12. (b) Matth. 13. 34. (c) Matth. 19. 33. (d) Is. 62. 10. (e) Corn. à Lapide in Epist. S. Jac. c. 2. n. 13. super illa verba: Superexaltat Misericordiã iudicium. (f) S. Greg. Past. p. 2. c. 4. (g) 9. 1. c. oportet. (h) Aldrov. l. 15. de avibus. (i) Cels. l. 3. c. 1. (k) Seneca Ep. 27. (l) in ep. ad Galat. l. 3. c. 6. (m) S. Greg. hom. 30. in Evang. (n) Esai. 2. (o) dist. 36. c. si quis vult. (p) dist. 40. c. Multis.





## CAPUT VIII.

*Que ratio in instituendis  
Parvulis tenenda?*

**R**ectam Iuventutis institutionem tanti semper sapientes Legum Conditores æstimarunt, ut nullâ re magis Re-rumpublicarum incolunitatem & felicitatem stare arbitrarentur; nec alia, quàm hac ex semente plus sibi bonæ ac copiosæ messis promiserunt. Facile proin quilibet videt, quàm eadem sacris Pastoribus non sit negligenda: imò hanc præ quavis alia muneris sui parte cordi esse oportet: quia, sicut qui primus in tela aliquid pingit, eam suam facit, sic qui in teneris adolescentum mentibus scribit quod eas decet, priusquam hostis, seu Pictor stygius atris suis carbonibus in ijs depingat quod non decet, facile illas lucratur, ut lectissimum eas munus offerre Deo possit, cui vix aliud donum est gravius. Duo proin nobis perpendenda & disentienda sunt primum, quid officij ratio in hac institutione à Parocho postulet; alterum, quid ipse sponte sua, suadente caritate possit adde-re.

## I.

Ut initium daremus ab eo, quod officium exigit; debet quisque imprimis, iustâ severissimâ lege, docere parvulos prima Religionis nostræ ac præcipua dogmata, quæ sunt basis ceterorum; qualia sunt, quæ Apostolorum, quod dicunt, Symbolo continentur; cum enim inde à

primis annis Christianorum liberi ingredi debeant iter, quo itur ad finem, cuius gratia conditi sunt, qui est Cælestis Gloria ac Beatitudo, necesse est, ut distinctè imprimis nôrde terminent, ad quem perveniendum ipsis est; id quod fit, ut ait Angelicus, dum ijs explicatur una ac simplex Dei natura, Personarum Triade distincta, quæ erit nostræ ite-lo felicitatis objectum, Deinde vero opus est, ut viam sciant, quæ ad hunc terminum itur: hoc amen docentur, dum docentur tam quæ ad Divinæ Incarnationem spectant, quàm quæ in medijs, nobis ad salutem consequendam Servatore parata, Sacramenta nimirum pertinent: res proinde postulat, ut insufficiente de omnibus his Sacramentis Parvuli imbuantur, ijs maxime, quæ & pluribus communia, & quæque in vitæ conditione magis post-pulsum sunt necessaria, Penitentia inquam & Eucharistiâ. Quamquam parum inde existit emolumentum, si videri quis nôrit, per eam tamen non incedat. Quare oportet, præter illa, docere etiam rudes Præcepta divina, ut intelligant, quid ab ijs Deus postulet, ut æternæ felicitatis præmium tribuant; quod velle æterna supplicia ministrando prohibeat. Et quia nemo est, qui à divina gratia non adjutus Præceptis his obedi-ad amissim possit, doceri præterea debent orationem, quam à Servatore, Domino nostro, Dominicam dicuntur; in tenera hæc ætas à primis annis cogit-ear; quàm non solum decet, sed plane necesse sit, quot diebus divinam publicare opem, ne exa Præceptorum

tam aberremus; quibusque hoc verbis, quæ nobis ipse Servator JESUS prævit, nostro bono præstandum sit. Volunt præter hæc Tridentini Patres, ut identidè ætati huic rudi inculcetur Dei timor, & quam majoribus suis debet, obedientia. Etsi enim utrumque hoc Decalogo jam comprehendatur, oportet tamen eos distinctiù. nôsse id, quod annis illis, tam parùm providis, magis ipsis est necessarium; quòd nimirum non vivendum sit ipsis arbitrio suo, sed reverenter ac demissè ijs parendum, qui & tanto cum amore de Cælo eos regit, & qui in terris præesse ipsis sunt iussi.

Si autem cuncta hæc diligenter tradere ac docere Parochorum est, & lege tam non dispensabili ijs imperatum, statuatur jam secum quisque, quis quantumque is Parochorum nonnullorum negligentium abusus sit, quibus satis est si Parvuli fideli ex memoria reddant, quæ catecheticis institutionibus continentur; haud aliter ferè ac Echo voces repetit, quæ allapsæ sunt, quin scilicet quidquam, quod ijs significent, intelligat. Hoc profectò est monstrare ijs panem, sed non frangere, cuius ne clavis quidem ad manum sit. Quid juvat misellos, non plus de vocibus, quas balbutiundo proferunt, intelligere, quàm Plittacus aliquis intelligeret? *Magnus est abusus eorum, qui contenti docuisse symbolum latine, non explicant Populo rudè mysteria fidei, præsertim Trinitatis & Incarnationis, tan-topere ad salutem necessaria. Va Parochis exclamat Sæ, Va Parochis. (a) Quos autem Parochos vè istud tangit, nisi illos, qui nondum didicerunt; posse aliquem*

curæ eorum creditam salutem consequi, si Symbolo Apostolico comprehensa intelligat, etsi memoriæ tarditate reddere illud verbatim non possit; non posse verò salutem consequi, (b) qui reddere syllabatim possit symbolum, quid autem eo significetur, penitus non intelligat. Exigitur, quæ memoriter reddere Parvuli jubentur, paulatim explicanda sunt omnia, maximè, quæ Symbolum complectitur: res proinde postulat, ut illud vulgari regionis linguâ tradatur, ut facilius explicari possint, quæ eo continentur, Religionis nostræ arcana; adhibendo ea in resedulo & magna cum industria eam explicandi rationem, eas similitudines & comparationes, quas catecheticæ institutiones typo vulgatæ, quæ ceteris præstant, asserunt, ut qui audiunt, quàm optimas earum rerum ideas informet, quantum eorum ruditas ac tarditas permittunt.

Subinde, cum Pastor ab ijs, quæ fide tenenda sunt, & cognosci tantum debent, jamque indicata sunt, ad ea descenderit, quæ ad usum pertinent; ut sunt Dei, atque Ecclesiæ præcepta, valdè expedit, instillari diligenter teneris animis axiomata vitæ ac Fidei Christianæ propria, ijs è diametro opposita, quæ per-versus Mundus sequitur: ut non secundùm hæc, sed secundùm illa vivere incipiant, & mores suos formare: ubi enim primæ illæ regulæ in Parvulis his curvæ & obliquæ, non verò rectæ fuerint, id nimirum accidet, quod in fabricæ alt-cuius molitione, in qua primi, & quibus ceteri nitantur omnes, lapides non ad amussim, sed temerè positi fuerint: ubi

ubi enim paulo altius surrexerit moles, nil nisi ruina expectanda erit. Postquam igitur quis, sacrae synodi iussa secutus, studuerit Deum timore teneras mentes imbueri, in id etiam incumbat sedulo, ut ingentem peccati horrorem in ijs exciter, sic ut vel audito peccati nomine totae cohortescant: unde sicut non semel equae visis tanquam lupi alicujus vestigijs abortierunt, sic sola, quoad eas fieri potest, deprehensa certorum delictorum iudicia ac vestigia ingenti mox horrore ac timore, ob ea quae Pastor inculcavit mala, etatem illam concutiant. Hinc, quia primum ferme etatis immatura peccatum esse solet mendacium, cum Parvulis commendata diligenter fuerit, quam majoribus post Deum debent, reverentia, plurimum conducit, hujus mendacij inquam, & sceleratam & probum inculcare; ad hoc enim si accessus ipsis fuerit praclusus, pracludetur eadem operam aditus ad omnia vitia, ad quae mendacium, vel dux est, vel custos, vel socius. Res etiam postulat, ut his in institutionibus documenta eadem quam creberrime reperiantur (ut capite proxime antecedente monui) praecipue illa, quae magis perverse naturae nostrae repugnant; innocentes enim animi, si recte advertimus, lanarum instar sunt, quae si in colores magis ipsis affines (quales nimirum sunt omnium vilissimi) incidant, confestim eos imbibunt, mox ac semel ijs tangi contigerit: at si nobilitioribus tingantur coloribus, purpureo scilicet, caeruleo, violaceo, non nisi post saepius repetitas immersiones eos imbibunt. Non negaverim autem, ut Parvu-

los diligenter in his institutionibus praesentes habeant, non utam ipsi pugnam esse pugnandam. Pugnandum est cum socordia Parentum, qui parum solliciti sunt, ut ad eas accedant liberi; Pugnandum est cum ipsa liberorum negligentia, qui tam non feruntur ad sacram hanc doctrinam, ut ab ea etiam refluant. Non levi proinde conatu erit opus, ut his quae liberi harum negligentiarum ambo expugnetur.

Parentibus quidem necesse est pro Concione in animum revocare obligationem, quam praeter alijs omnibus adhibentur, ut rectam liberorum educationem sibi cordi habeant, atque adeo ad templum eos mittant, in quo diligenter doceantur & Deum timere & credere, ac vivere sicut hominem Christianum deest; id quod denique ipsis etiam Parentibus longè utilissimum erit, qui ex animo gaudebunt, teneras suas plantas, in suam vitam passas, tam nobiles fructus producere obedientiae & obsequij erga majores; id quod fructus deo vocis crescentibus annis sperant, si crederent permisisse essent, sicut ipsae volebant, noborum instar silvestrium. His pariter, ut magis etiam incitentur ad faciendum officium, docendi erunt Parentes, ut in animum ijs revocanda in hunc modum negligentiae, seu peccatorum pro noxia delictorum condonationes, quas summi Pontifices concessere ijs, qui sacram hanc doctrinam ipsi proponunt, qui operam ad id suam conferunt ad eam credendo, vel mittendo; ut quantum illi momenti sit, intelligeretur. (c) Ex his itaque deinde Parentum e numero aliquo

SEGNE  
Concionibus  
Instruere  
Poenitentiam  
Confessionem  
Parochiam

rati vel ignavia, vel inhumanitate, ut nihil Institutionem ejusmodi faciant? Proin si modis his placidis & mitibus Pastorum aliquis nihil profecerit, non defunt duriores alij & asperi, quibus ad officium compellantur. Talis est, minari quoddam facta ipsis Mytheria neganda sint, & re ipsa illa subtrahere ac negare, cum in re tanti momenti diu ignave se gesserint, nescias, majore suo, an liberorum damno, ingenti certe utrorumque. Liberi siquidem, si antiquis Patribus fides, (d) immatura sæpe, in ipso ætatis flore, morte tolluntur in penam negligentia, & in ijs rectè educandis ignavia. Inde ut serium hoc rectæ educationis studium præferant, moneantur Parentes, & moneantur non obiter, ut ipsimet eos, non mitant tantum, sed manuducant ad factæ doctrinæ tradendæ locum; ut hac ratione & citius, & certius liberi eo ventant: quin ut ipsi quoque multa condiscant, quorum in ætate sua tam provecti Parentes non nunquam tam sunt rudes, quam in sua tenuella liberti. Experientia docemur, omnem tandem obstinationem diuturnæ & constanti diligentia cedere ac manus dare: & nunc ad hanc, nunc illam ad partem obliquando, ut periti Navarchi facilius, etiam adverso vento navim provehi.

His igitur artibus cum Parentibus agendum; cum Parvulis autem multo etiam mitius suaviusque, laudibus iisdem, promissis ac præmijs allucendi: quam enim difficilis est invitis canibus venatio, tam volentibus iisdem prompta ac facilis. Non miror, quibusdam in

R. P. Segneri Institutio Parochi.

Patæcis viam modumque non inveniri, quo ad Christianam Institutionem Parvuli cogantur. Quis apes sumo aliquando congregavit & vino dulci ad id opus est. Parochorum aliqui aliud non faciunt, quam ut verborum aculeis, dictisque acerbis in Parvulos invehantur: pro eo quod alicubi hallucinatos excusent, eos tradunt ut stupidos, increpant, terrent: quin ne manus quidem aliquando abstinere. Et ad hanc scholam tam crudelē & inhumanam Parvuli volentes libentique conflant? Ne leones quidem sic mansuecunt: & agnellos quis hac ratione ad se pertrahat? Christus, qui non nesciebat, quomodo cum his esset agendum, videte quam blandè eos habuerit! *Complexus eos & manus imponens super illos, benedicebat eis.* (e) Quare cum inquietos aliquos compefcere necesse fuerit, id muneri Parochus alteri cedat, ne unquam exasperare frontem ipse debeat. Monent rerum harum periti (f) constituendum aliquem, ad quem ex officio pertineat ea facere, quæ minus grata solent accidere. Parochus id unum agat, ut bene erga se animatos conserver, quos vult instituer. Scimus quis vir fuerit sanctus Augustinus. Fateatur tamen ille de se, quod sanctum Ambrosium *amare caperis, non tanquam Doctorem veri, sed tanquam hominem benignum in se.* (g) Judicet jam quilibet, quid illi facturi sint Parvuli, qui nullo adhuc sunt judicio. Proinde etiam, cum tanta fuerit docendorum multitudo, ut sociâ aliorum operâ utendum sit, id agat Parochus, ut hi quoque se mixe ac benignos exhibeant: nec

Hi

enim

enim æquum est inhumanè per terram eum raptare, qui ducentis manum sequitur. *Hac commenda fidelibus hominibus, qui idonei sunt & alios docere.* (h) Denique curet Parochus, ut Parvuli commodè assideant, nisi cum quærenti respondent; id quod etiam sanctus Augustinus monuit. Si enim Servator noster Magdalenam sedentem docuit (etsi ipsa doctrinæ illius cælestis tam esset avida) cum arcana illi Religionis nostræ explicavit; quanto magis eadem ratio tenenda cum Parvulis, qui tanto magis incurij, minùsque capaces exigua de causa docentem fastidire possunt.

II.

Quæcunque hæcenus in medium allata sunt, eam muneris Pastoralis partem explicant, cui deesse non licet. Quia tamen à prima educatione magis pendet reliquæ ætatis aut bonitas aut malitia, quam à primis lineamentis pendeat imaginis alicujus perfectio, æquum omnino esset, Parochum ijs, quæ diximus, non contentum multa alia addere de suo, quæ quàm non sunt debita, tam nihilominus sunt lucrosa. Quantum proin emolumentum Parocciæ suæ paucorum annorum spatio non afferret, si muneri Parochi jungeret etiam curas ac industriam Magistri in ludo aliquo literario? Qui docent, sacris in Pagineis sæpe vocantur Patres; qui autem discunt filij appellantur; *Filij Prophetarum*: ut sciremus, non minùs debere mortales ijs, quorum operâ discerent bene vivere, quàm quorum efficientiâ acciperent primum vivere. Quidquid autem de hoc sit, illud certum, nulla ex re aut labore tantum Pa-

stori lucræ exitum, Belli ducis, quò milites jam fugæ assuetos bellicis artibus informare volunt, operam præstant: præstat novos scribere, eòque docent. Sic non raro industria, quibus adula & pravis assuetudinibus imbuta ætas, seculo seculi excollitur, vix unquam male bona in ætate locantur; cum hæc illa magis sit docilis. Non puto, quòquam fieri aliud posse, quod Dæmon tam malè habeat: *Qui docet Filium suum, in Zelum mittit inimicum suum.* (i) Et hæc de causa primum, quod Juliano Apollinaris persuasit Dæmon, ut momento quòvis minem, si posset, Religionis Christianæ etiam memoriam aboleret, aliud hæc claudere Scholas omnibus Magnis Christianis, aperire à diverso Ebraicis. Molestum in se onus susciperet, quòquam hac docendi provinciâ se ostentaret, nego. Sed quàm hoc, quidquid est, leve faceret Zelus fervens: Vino gratum semper onus est vitis, ob utrumque et nasciturarum spem.

Quia tamen tam multæ esse possunt Muneris Pastoralis occupationes, unicum institutioni literariæ non relinquunt, aut quia, etsi hæc tam multæ non sint, aliunde jam impensis publicis constitutus est, qui eo munere fungatur, id saltem omnistudio Parochus agat, ut quæ cordi habeat, ut eam in rem deliquit quàm aptissimus, & qui ijs curas sit dotibus, quas vel Ebraici in ætate teneræ magistro desiderabant: qui mirum nec habeat vitia, nec ferat. (j) Non habeat inquam vitia: quomodo enim planta, quæ tenera curvo alligata sit, cro, unquam recta creset? Qui rari-

SEGNE  
Concionibus  
Instruere  
Poenitentiam  
Confessari  
Parochus

rum Animos, eorumque arcana tractavit, novit, quantum malorum Discipulis afferat homo nequam, Magistri nomine & veste reclus. Non Magister, sed veneficus est: *Adolescentes in malum prona: Et ideo probatissimo seni deputandi.* Nec solum non habeat in se vitia, sed nec in alijs sibi subjectis ferat; *Qui enim non vetat, vetare cum possit, jubet.* (m) Tandem illud sibi hac in re quisque persuadeat, tanto in negotio nullam diligentiam futuram sufficientem, tantum abest ut nimiam. Saltem illustre semper magnæ virtutis argumentum erit, si quis ostenderit, probe se intelligere grande illud debitum, quo tanquam Parochus obligatur, ut se Parentem exhibeat tum ceteris, tum potissimum ætati teneriori. Animalia perfecta eo etiam ab imperfectioribus fecernuntur, quod plus illa, quam hæc ad perfectionem suæ sobolis conferant.

Hinc percuperem, ut qui publicæ Scholæ provinciâ onerare se non potest, de quo jam diserebam, illud saltem non excusat, ut primus ipse in ea factis præceptionibus formandâ esse velit; sic ut eum postulante id Parvulorum numero alios vocat in partem laboris, nunquam tamen eos sibi substituat; nec enim unquam decet Patrem in filiorum cura alium sibi subrogare. *Simile Parvulos venire ad me.* (n) Quibus cum Servatore nostro verbis Parochum uti decet, id professum, quod aliarum Animarum sibi hereditarum curam alijs bonæ famæ Sacerdotibus, seu Religiosa illi è Familia, seu seculari è Clero fuerint committere; harum tamen magis tenerarum curam unus ipse

gerere velit, tanquam prædæ præ alijs caræ, & ipso ex nido susceptæ. Nec sit; qui dedignetur hanc provinciam, ob gradus, ad quem erectus est, sublimitatem; sed cum Christo libens se demittat ad eos pascendos, potandos, & prima illis, suâ manu, alimenta ministranda. Joannes Gerson, celeberrimus ille Cancellarius Parisiensis, vir cui illud seculum parem vix habuit, grandi jam natu se ad doctrinam Christianam in templis publicè tradendam demittere statuit, ceteris ejus Academiæ Doctoribus non mirantibus tantum, sed planè indignantibus, quod pigeret eos huic Parvulorum Magistro primas dein in Academia sedere. Quid ille ad has eorum querelas contempsit: (o) Imò in pulcherrima Apologia, quam facta suo defendendo publici juris esse voluit, palam testatus est, non existimare se, quod ulla in re utilius operam suam collocet, quam in hac, propterea quod inde non in Parisiorum tantum urbem, sed orbem adeò Christianum univèrsam, in quem tum Parisijs, tanquam communi ex Oceano, celeberrima sapientiæ & scientiæ flumina derivabantur, multum emolumentum diffundendum provideret. Similis lucis radium in animo cujusvis Pastorum Sacrorum ego exopto, ad suscipiendum alacriter munus, ceteroquin, ut negare non possum, planè laboriosum: sed quid non potest amor erga Christum? Hic fecit, ut Apostolus post Revelationes tam admirandas, post Raptus, & tantam non visiones beatificas, balbutire & ipse non erubesceret, haud aliter ac nutritrix cum infantulo. *Falli sumus Parvulus*

nutri in medio vestrum, tanquam si Nutrix foveat filios suos. Mater prolem tenerè diligens plus sentit voluptatis ex ibolo, quem suo eximit ore, ut jam præmansum caro filiolo porrigat, quam ex millenis alijs, quos in lautissima cæna sibi pascendæ absument. Accedit, quòd magnam utique Pastor facilitatem experturus sit in regendo grege sibi credito, si omnes oviculæ inde à teneris annis ejus voci assueverint. Frustra sibi promittet, quòd ducere & regere possit adultos, qui adolescentes non duxit. (q) Hac causâ bis Petro pascendos agnos commisit Christus, semel tantum oves, ut eum doceret, ibi curâ ac solitudine duplici opus esse, unde major emolumenti spes affulgeret.

Esti autem hæc ita sint, non deerunt tamen Pastorum è cœtu, qui non tantum progressus, dotes, indolem aliâque magis recondita, sed ne numerum quidem Parvulorum sibi creditorum nörint; ne obscura quidem notitiâ; cum interim egregiè teneant, quot agnos, quot oves aut æstate in montes herbosos, aut hieme in stabulum ducendas commiserint; aut si fortè memoriâ promptum eum numerum non tenent, in rationum tamen libris illum diligenter annotârunt. Verùm ubi Agnorum est numerus, quos Pascendos Christus credidit, cum Patrociam fidei eorum committens magno animi sensu illis dixit, *Pasce agnos meos?* Nonnunquam etiam libri non adsunt, quos consulant, cum res poposcerit, vel quia jam inde à principio nullos habuere, vel quia decursu temporis inter alios inutiles tine-

arum & blattarum pabulum eos esse permiserunt. Qui autem ne animas quidem omnes ac singulas suæ Parochiæ curavit, quomodo eas juvabit? Quam doctrina Christiana explicatur, scire oportet ad unum omnes, qui gregem constitunt, maximè hos, præ ceteris opus & auxilij indigos, quia magis teneros, ad retinere diligenter, quinam frequentius, paratius adhiat, ut intelligatur, penes quem ejus absentiz culpa sit, an penes nos venientes, aut verò penes non minime? An putat quis, quem numerum ipse non tenet, eum ne Christo quidem Pastori summo perspectum esse? Quid auctori illo fieret, qui ad ejus tribunal vocatæ rationem de singulis dare jubereur, reddere tamen nullam possit? An non quæ suarum novit ovium numerum, non tantum Christi, palam facit, suum se, non Christi Pastorem esse?

(a) Emman. Sâ verbo. Parochi. (b) Luc. l. 2. rr. 1. c. 9. (c) Barb. de offic. For. l. 1. §. 1. S. Iust. M. q. 20. ad orthodox. (d) Marsh. 2. c. 2. (f) Anson. Poffo. in Biblioth. p. l. 2. c. 8. (g) Confess. l. 5. c. 13. (h) 2. Tim. 2. c. 2. (i) 3. c. 10. (k) Eccl. 30. 3. (l) Quæst. l. 2. c. 1. (m) 11. q. 2. c. Omnis etas. l. 1. §. 1. ubi pupillus aduc. debeat. (n) Marc. 11. 12. (o) Gerf. to. 2. p. 2. tract. de Parochiis ad Christum trahendis. (p) 1. Thess. 2. 7. (q) 1. Thess.

CAPUT IX.

Quomodo aberrantes redocere Pastor debeat, ne mentis sui partibus desit.

Summus ille & admirabilis Christi Jesu erga Animas nostras amor in eo

SEGNE  
CONCIONES  
INSTRUCIO  
Poenitent  
Confessio  
Parochi

quoque sincerè se probat benevoluntatem (non sua, inquam, sed nostra spectantem commoda) quòd non solus eas amare velit, ut alij amantes Zelotypi solent, sed velit ut ab omnibus alijs amentur: nec solus ipse emolumentis earum indigne studeat, sed id agit, ut omnes alij de suo aliquid eam in rem conferant, & suum amorem ad omnes extendant. *Mandavit unicuique de proximo suo.* (a) Effectus autem omnino singularis amoris huius, omnes complexi, est opportuna alienorum erratorum correctio. Hanc autem non consuluit tantùm Deus, ut nonnullis visum est, sed præcepit, præcepto tam latè patente, ut ad omnes planè se porrigat, qui fidelium numero censentur; quamquam, cum sit eorum è numero præceptorum, quæ affirmativa dicimus, non eos omni tempore obstringat; sed tum solùm, cum omnia adjuncta concurrunt, quæ ad finem propositum serviunt. Si autem præcepto ejusmodi generatim omnes tenentur, quis ambigat, quin multo magis illud Parochos obliget respectu Animarum eorum curæ creditarum? *Hi non utique parem hac in re, sed longe graviolem habent causam, si rectè sanctus Augustinus sentit; ad hoc enim speculatores, hoc est populorum Præpositi constituti sunt in Ecclesijs, ut non parcant, oburgando peccata.* (b) Atque hoc ipsum jam nunc pluribus ostendo.

I.

Obligatio aliorum, quâ corrigere tenentur delinquentes, communi illa Caritate nititur, quâ membra membris invicem pro viribus, cum res pofcit, opem ferre debent. Parochos è diverso devin-

cit Caritas illa specialis, quâ caput membris ceteris debet succurrere, non opem solùm ferendo, cum illa exposcitur, sed eorum incolumitati invigilando. (c) Unde si factis officio faciunt alij corrigendo, cum fortè in notitiam alienorum peccatorum venerunt, id Parochis non sufficit, quos oportet, quantum honesti ratio patitur, in illa inquirere, ut providere possint. *Quæ enim (sancti Gregorij verba sunt) potest esse Pastoris excusatio, si Lupus oves comedit, & Pastor nescit?* (d) Probari, aut ferri nullaratione potest, si abusus quispiam apud Pastoris alicujus subditos invalescat, & ille postremus sit, qui id resciat. (e)

Eodem ex capite nascitur, quòd alij, certa tantùm, Parochi etiam dubia peccata corrigere teneantur: nec enim ad privatos spectat id curare, ut certò resciant quid actum sit (hujus enim facti scientiæ nulla ipsi ratio est habenda) sed satis ipsis est scire, non decere id fieri; quæ est laudanda solius Juris scientia. (f) Parochi autem sæpe dubia etiam errata corrigere debent: cum Patris liceat suspicari, ubi id fratri non licet: *Licet Patri de filio suspicari.* (g) Nec enim periculum est, ne Pater amans suspiciones illas suas non referat in bonum filiorum. Si autem & Parochus Pater est suorum, an non stoliditatis est, sibi tam facillè persuadere, Juvenes illos, ejus curæ creditos, in contemplandis curiosè vultibus personarum amatarum, procul à peccandi esse periculo, sensuum illecebris planè superiores?

Alij dum corrigunt, eleemosynam duntaxat spiritualem, quam dicimus,



tribuunt. Parochi verò corrigendo non dant elemosynam, sed pendunt, quod debent. Eaque causâ, sicut debitor non tunc solum apud creditorem debet expungere nomina, cum illum fortè obvium habet (sicut qui stipem porrigit indigenti) sed etiam cum non habet obvium; sic & Pastores tenentur vel domi suæ investigare peccantes ut corrigant. *Qui habet spiritualiter curam alienjus, debet eum querere ad hoc, ut corrigat de peccato.* (h) Quam bellè proinde se purgat Pastor ille, qui dicit certos aut Blasphemos, aut Sufurrones, aut vindictæ cupidos, aut deditos usuris, vel lusui, non sistere se ejus oculis, nisi sub Ferias Paschales & quod eâ causâ admonere eos non possit? Non est expectandum Pastori, dum ipsum querat ovis amissa: ipse est, perditam vel per avia & invia querere. *Erravi sicut ovis qui perijt: quare servum tuum.* (i)

Alij citra noxam correctione abstinere vident; si certos quospiam eventus demamus. Parochos ejusmodi metus non excusat, non solum cum gravissimè, sed etiam cum graviter proximus periclitatur: nec enim Pastoris muneri facit factis, qui lupo jam gregem aggresso resistit; etiam venienti obviam prodeundum est. Mercenarij est, fugâ se subducere, cum videt venientem, ne vitam discrimini exponat. *Videt lupum venientem, & fugit.* Pastor autem intrepidus frontem opponit, ut abigat.

Alij non tenentur corrigere, ubi spes verisimilis aliquid proficiendi non affulserit. Parochi etiam tum corrigere de-

bent, cum spes nulla fructus ex correctione affulget, cum eorum correctio potius sit, quam fraterna. (k) utrum talis non ad corrigendum tantum, sed etiam ad docendum referatur. Tunc solum rectè admonitione superfedentur, cum plus ex ea timent mali, quam sperent boni, exasperando tantum eum, quem corrigunt, & efficiendo, ut bulnis instar inter verbera intumescat, tum non ponens venenum, ut illud potius reddat nocentius.

Hæc autem si vera manifestè sunt, quid tandem dicet, aut quàm rationis silentij (sui reddet Pastor, cum est non ignoret, multum proficere se posse prudenter ac cautè admonendo, & reprehendendo, tacet tamen, vel quia suos timet, vel quia dissimulando aliquid sperat, vel quia non amat; aut quia amat, puerile vult adulari? Hæc certè sunt quatuor illæ causæ, Sacris Canonibus damnatæ, quæ Pastores mutant in canes mutos. (l) Et ne quis tam sine sensu, ut non cohorretat ad væ illud, Pastoribus hujus sortis à Deo interratum? *Pa Pastoribus Israël.* Sic per Ezechielem loquitur; *Erraverunt greges mei in cunctis montibus, & non qui requireret: non erat, inquam, qui requireret.* (o) Quid est autem væ? *Quid in sacris Paginis, quàm Fecialis status damnationis sempiternæ? nec id merito: hæc enim in corrigendo & admonendo negligentia facit, ut quæ à seipetis admittuntur delicta, in eos redibunt, qui præsumunt.* *Confessore videtur errantis, qui ad reseranda, qua corrigi debent, non occurrit.* (p) Si Heli Sacerdos tantum causâ, quod remissius egerit in

filiorum suorum delictis castigandis, tam severè in se animadvertentem Deum expertus est, ut sacre narrat Historiæ, quid fiet Pastore, hæc exempla non ignorante, si eum similia acciderint, ipse planè mutus sit? Eo in facto perpendo, Juvenes illos tam enormiter, tamque frequenter delinquere solitos, ut fessus tandem tot sceleribus Deus severo exemplo utrumque die uno confestim extindam vellet: *in die uno morientur ambo;* tamen, cum denique vocare re ipsa ad pœnam illos vellet, varem, id fulmen denuntiatarum non ad filios, sed ad Patrem Heli misit. *Veni vir Dei ad Heli,* (9) id utique ea re significaturus, peccatum Pastoris, permissentis indociles & depravatas oves vagari, quaquã vagari libuerit, haud pauld gravius esse peccato ipsarummet ovium: quanto enim minùs istæ sapiunt in rebus suis, tanto solertiùs par est ipsis providere Pastorem. *Si neglexeris corrigere, peior eo factus es, qui peccavit.* (r) ut docuit Sanctus Augustinus.

Hæc ipsa causa est, ob quam correctioni publicæ (quæ fit pro Concione, & de qua capiibus proximis actum est) privatam Pastor addere teneatur. Publica siquidem uti, subinde non expedit, aliàs non sufficit. Si peccata ita unius sunt propria, ut alij similia planè non admittant, publica correctio non prodest; quia tam non sanaret correctum, ut malum ejus longè vehementiùs exasperaret. *Ipsa corripienda sunt coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus.* (s) Quod si autem plures certo peccati genere delinquere solent, sæpe admonitio

publica apud aliquos non sufficit; quia in suum illam usum vertere aliqui vel nesciunt, vel non curant. *Verbum sapiens, quodcumque audieris sciens, laudabis, & ad se adjicies.* (u) Itæ est, nam divino ita Oraculo affirmatur. Non facit autem hoc nisi homo sapiens. Maritus, quæ audit reprehendi, in conjugem quadrare dicit; conjux in maritum: Herus in servum, servus in herum; Sacerdos in hominem de seculo; hic in illum, nemo in se ipsum. Non sufficit proinde, si Pastor palàm reprehendat peccata quædam in publicum valdè noxia, sicut id sufficit alij alicui Oratori sacro. Necesse est, ut privatim etiam eos admoneat tanquam Pater, cui non sufficit stolido suo filio dicere, cum id alij audiunt, ne cultetum illum probè exacutum tangat; sed, si verè amat, mox ipse accurrit, & cultetum vel invito è manibus rapit. Tanto autem hoc est verius, quia correctio publica remedium est generale, quod non omnibus eodem modo prodest; privata autem admonitio remedium est particulare, quod majoribus præditum est viribus, non ex se solùm sed etiam, quia propriùs applicatum est. Hinc Deus, cum in Pastores illos, sui Gregis non amantes, invecus est per Ezechielem, non satis habuit dolenter ijs exprobrare: *Greges meos non pascebatis.* (x) Sed ad singularia progressus, questus est, quòd nulli ovium de ijs providerent remedijs, quæ cujusque necessitati magis respondebant. *Quod infirmum fuit, non consolidastis; quod egrotum, non sanastis; quod confractum est, non alligastis; quod abjectum est, non reduxistis; & quod perierat,*

non

non quasi: Utque adeo hæc omnia officij ab ipsa ratio postulet: solâ tamen correctione publicâ obtineri non possunt; privarâ longè meliùs præstantur.

Duplex autem correctionis genus est. Prima magis poena est delinquentis, quàm remedium: altera magis remedium, quàm poena. (y) Prima ad Justitiam propriè pertinet: cum hujus potissimè in ea partes sint: idcirco ferme etiam sic coram omni Populo, non sine verborum aculeo & asperitate, ut ipsa peccantis confusio ac probum, sit satisfactio quædam, quâ Reipublicæ pravitate exempli lætæ, satisfiat, & alij à similibus admittendis absterreantur. Peccantes coram omnibus argue, ut & ceteri timorem habeant. (z) Hæc autem Correctio ipsi ferme permittenda est, quibus Jurisdictio externo in foro competit. Altera pertinet ad Caritatem, utpote ad ipsius delinquentis bonum unice ordinata, cæque ipsâ causâ modo longè diverso adhibenda. Hæc ad Pastores pertinet.

II.

Unde ut ad eam re ipsa exercitandam veniatur, satis sit Parocho, nôsse, ejusmodi Correctionem debere esse opus duarum virtutum, Caritatis scilicet atque Prudentiæ: Caritatis in primis, tanquam imperantis; Prudentiæ dein, tanquam rectè exequentis. Talis admonitio principaliter est actus Caritatis, quasi imperantis: Prudentia verò secundariò, quasi exequentis & dirigentis. (aa) Quæ est doctrina Angelici. Debet idcirco Parochus dum corrigit, velut Animam habere rei, quam tractat, mansuetudinem.

Si praecipuus fuerit hominis delicto, hujusmodi instructio spiritus tatis. (bb) Mansuetudinem autem oportet apparere in verbis, quæ, ut loquens illa mulier agebat, serio debent esse contexta; maxime ubi admonitio est aliquis genere illustris; imò quocumque homo, qui verè sit homo; tam delicato quisque sensu esse consuevit. Nolum animal majori arte tractandum, quam homo, nullum morosius. (cc) Quod etiam brutum, quæ ad servandum non sunt, ut ut mansuetacta, redeunt tamen ad indolem, & furorem, dum proter morem severius & acerbius habent, pronum est judicare, quid humanum daturus sit animus, qui liber natus est, advertens, illum, à quo blandè tractari posset, in eo sibi placere, quod eum dicitur durè & inhumaniter. (dd) Sic sapienter Pastores dulcissimus Bernardus allegatur. Ostendat Pastor amorem, quo in peccantem fertur; non tam, ad loquentem dura impellere: hoc ubi correctus adverterit, de facta utiliter correctione pollet ambigere. Si non torum muribus moderatius saltem delinquet. Hoc lum ex Elephantis læsi cute facile extrahatur, ajunt multum olei illi propinquandum esse: & sic, qui acetum illi prebeat? (ee) Unde ut Correctio semper suaviter fiat, hoc scilicet opus est, ut nihil spectetur utilitas correcti, non dolor & supplicium ejusdem. Carnifex & Chirurgus non semper discernuntur, sed quo ad ferendum utuntur; tam dicitur utrumque cruciat. Carnifex quantum potest, illud adigit; Chirurgus

SEGNE  
Conditio  
INSTRUCIO  
Poenitentia  
Confessio  
Parochi

gus quam fieri potest modicissime: ille liquidem odit sanitatem in corpore, quod laniat, iste putredinem. *Qui trucidat, non considerat, quemadmodum laniat; qui autem curat, considerat quemadmodum fecerit; ille enim persequitur sanitatem, iste putredinem.* (ff) Ira S. Augustinus observavit.

Non negaverim tamen, cavendum ne ad alterum languoris & ignaviae extremum declinetur, quod in Heli reprehensum est; in eum enim finem ira nobis data est, ut pugnet pro Ratione non autem ut illi dominetur. Quare cum in contumacem aliquem incidere contigerit, qui redire in semitam vel monitus nolit, tum enimvero non obiter admonendus est, nec delicate palpandus: nam & Chirurgus partes, quae callum obduxere, molliter tractare satis non habet: Sapienter enim monuit Apostolus: *si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis.* (gg) Qui preoccupatus fuit delicto, studiosa voluntate non peccavit, sed animi aliqua perturbatione repente obrutus est, antequam ad se defendendum posset accingi. Hoc proinde in casu suo omnino mansuetudini locus est: *huiusmodi instruite in spiritu lenitatis.* Qui autem admonitioni resistit, non is quam aperte prodit, quod amet peccatum a se admissum: ibi proinde necesse est admonitione exasperari; fulminis instar, quod cum corpora porosa illaesa transeat, quod tamen quodlibet densius est, hoc contumacius & ferocius contra illud pugnat. Sed his quoque in casibus, ut Augustinus persequitur, si asperitas & rigor ap-

R. P. Segneri *Institutio Parochii.*

parer in labris, lenitas in corde servetur. *Foris terribiliter perfonet increpacio, intus lenitatis teneatur dilectio.* (hh) Sic ut tum maxime locum habeat utilissimum documentum, quo S. Maria Magdalenam Pazziam Christus Servator instituit; nullam scilicet unquam ex subditis castigandi, nisi prius in animo ad ejus se pedes abjecisset, se quoque ut magis ad peccandum proclivem considerando. Ne in correctionibus ultra debitos limites severitate excedatur, nihil est utilius, si recte Angelicus sensit, quam propriae imbecillitatis consideratio. *Nihil ita frangit hominis severitatem in corripiendo, quam timor proprii casus.* (ii) Quod si autem quis in admonendo irae frenum plus justo permisit, quo remedio est opus? an petenda ab admonito venia? si non tam animi perturbatione, quam nimio recti studio quis excefferit, Sacri Canonese, iusmodi abjectionem non probant, ne, ut loquuntur, *dum nimia servatur humilitas, regendi frangatur auctoritas.* (kk) Si perturbatione peccatum est, satisfactio sit pro ratione offensae. Semper certe dimissi erroris venia a Deo petenda est. Ut plenam sanitatem Correctio afferat, non Caritate tantum, sed & Prudentia plenum esse oportet; imò abundare; *Pleni dilectione, repleti omni scientia, ita ut possint alterutrum movere.* (ll) Ut ait Apostolus. Debet autem haec abundantia apparere in omni genere, in omni scientia; sic ut prudenter discernatur delinquens a delicto, & tempus monitioni idoneum a non idoneo.

Primo igitur Delictum considerandum est. Aliud enim est semel fortui-

to impingere, aut cadere; aliud, singulos ferè ad passus prolabi. Quando quis sic cadit, et non parum tamen procedat in semita, correctionis asperitas laudis, alijs saltè nominibus promerita, dulcedine lenienda est. *Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut Patrem.* (mm) Is, si indole sit timidà, alliciendus potius est, quam terrendus; sicut qui columbas aberrantes ad columbarium revocat, non saxis, sed escà ipsis gratà ad id uocatur. Si indole elata, retundendus est (ut advertat se non timeri) non irritandus. Verbo, ut lingua admonentis multitudinem variam, qualis esse solet quæ Parochorum curæ est credita, sit qualis oportet, plebæro similis esse debet; cujus omnes chordæ, ut melos edant harmonicum, tangendæ sunt, sed non omnes eodem modo.

Præcipuè tamen observandum est tempus opportunum. Quæ prudentia foret, novas leges ferre & promulgare, sub ipsum tempus, quo in seditionem concitata Plebs veteres vel armis conatur excutere? Laborandum tum est, ut tumultuari desinat. Quod si etiam, qui corrigit, Medici potius, quam Legislatoris munere fungitur, quantum refert, ut suo tempore Medicina propinetur? si sub Paroxismi æstus porrigatur, præstantissima alexipharmaca in toxicum degenerabunt. *Idco prudens in tempore illo tacebit,* ait Sacer Vates; *quia tempus malum est.* (nn) Expectet proin Pastor, dū ferocientis animi æstus resideat: nihil enim, ut ad aquam agitatione turbatam, ita & ad animum perturbatum serenandum tempore efficacius, sic ut ille tam-

dem agnoscat quod expedit, illud non respuat. His artibus qui ad iracundiam & corrigendo uocatur, ingenita sunt vulnera, & nisi in indolem plane depravatam incidit, nullam, ne amonuerit deum, apud eam jacturam facit sed parum modo hoc agendi. miti atque prolebo sibi devincit, & velut telis aureis utitur quæ vulnerando nec tumorem exciunt, nec vulneris post se cicatricem relinquunt.

Si autem artibus his omnibus & doctissimis adhibitis tamen admonitis, impar esset, non admittitur, quid dicat? Fuit ea fors primæ in Mundo correctionis, ut, infelici exitu, non placeret, nisi ipsius Dei ex ore profecta. Mulierem se purgandam culpam rejecit in serpente: *Serpens decepit me.* Vir non Mulierem solum, sed in ipsum ad Deum, qui sociam illam dederat, culpam conjecit. *Mulier, quem dedit mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi.* (oo) Eadem sunt peccatorum communium studia. Non est proinde, cui affligat Pastor, si advertere, quod admoniti nolint se reos agnoscere; sed dicant, se nullâ causâ Adversarios patrii vicini munitur propterea, quod culam accedant quædam ædes, non ad iracundiam, quod minus honestis moribus & hinc sint earum inquietæ, sed quod malevolentia liveant observantes. Rectè quæ agit initio, si ostendat, non improbat illi ejuscemodi excusationes; ad dendum tamen, non ideirco non teneri eos autem hanc sermonum occasionem, deinceps non ad eundem eum locum; ne officii culi præbeatur materia, non solum ex-

SEGNE  
Conditio  
INSTRUCIO  
Poenitentia  
Confessio  
Parochi

quæ verè mala sit, sed quæ etiam mali speciem præferat; quin etiam cavendo ne sensum sine sensu malum evadat, quod principio tale non fuit; talem autem esse occasionem, quæ si nondum est proxima, certè est vicina. *Ab omni via mala prohibe pedes meos, ut custodiam mandata tua.* (pp)

Alij magis effrontes reprehendent corripientem tanquam partibus additum, aut sinistro actum affectu; ut qui corrigat non alio, quam se vindicandi studio; aut saltem eum traducant tanquam levem, ac præcipitem, in fide delationibus quibuscunque præstanda. *Admonitus querit in corripiente quid corripiat*, aiebat sanctus Augustinus. Imprimis non est diu laborandum, ut contra horum dicteria famam quis suam, & eximiationem sollicitè tueatur: quis enim unquam alterum humili abjectum sustulit, quin aliquantum se inclinavit? Caveat proin Pastor, ne unquam cum ejusmodi hominum genere velut ad singulare certamen descendat, ne eos ut Adversarios tractet, eo ipso, quod eorum ictus conatur propullare. *Nolite quasi minimum existimare, sed corripite ut fratrem.* (qq) Satis sit, quod ille phrenesi laborans, qui nunc manu saxi armata rectè in admonentem vadit, paulo post sedata perturbatione venturus sit ad gratias agendas: veniet autem istanto libentius, quò clarius adverterit, admonentem commodandi studio non supersedit. se officio, etsi id videret se non facturum absque gravi sua molestia. Unde illa Veritas, quæ initio odium pepererat, proleptam monitionem, paulò post gra-

tias pariet, sobolem illam Matre sua non indignam. Moneantur deinde ejusmodi homines, non alio indicio magis prodi pessimam peccantium conditione, quam correctionis impatientia: hanc enim succulento argumento esse; peccare eos non impetu subito abreptos, sed assuetudine & malitia, quæ callum scedè obdlexerit. *Qui odit correctionem, vestigiura est peccatoris.* (rr) Non peccantis tantum sed Peccatoris. Nisi fortè idem hinc fuit dicere Peccatoris, quod Diaboli. (ss) Cum Diabolus tam corrigi nequeat, quam nequit emendari; emendari autem nulla ratione potest. Hinc colligunt interpretes, quòd, sicut amare correctionem inter certiora est hominis ad gloriam prædestinati argumenta; ita illius planè intolerantem esse, argumentum sit miseri, Reproborum numero accensit. Murena si pungitur, in sese colligitur & ad centrum suum contrahitur: serpens è diverso punctu à irritatus mox adversus pungentem se vibrat, veneno lividos ad iram & furorem exonerandum.

Si neque sic quidquam proficitur, non ideo despondendus est animus. Unum alterumve post mensem denuo monendus est, qui periclitatur. Sæpe peccans admonitus cervum imitatur, qui telo læsus non statim prostermitur, sed celum visceribus infixum ad spelæum secum defert, in quo non diu post expirat. Sic ille admonitus ædes suas repetit, ibique in memoriam revocans eam agendi suaviratem, quæ cum ipso usus est Pastor, perpendens etiam rationum momenta sibi proposita, & præcipuè advertens,

non deesse vitæ & actionum suarum arbitros, seridò incipit cogitare de vita vel omnino, vel certè in meliùs mutanda; aut, si tantum non potuit relictus ab admonitione aculeus, decernit saltem cautiùs deinceps se gerere: unde etsi hærentem in visceribus pestem non ponat, contagionem saltem tollit, tollendo exemplum, quo alios ante offenderat. Hoc autem an parum lucri videtur? quod deest ad optatum finem, id perseverantia inceptis impetrabit. *Dixisti semel, & non audivit: diebis & ter, & toties donec persuaseris.* (tt) Ita sanctus Joannes Chrysostomus, experientiã ipse magistrã doctus, suavit. Nisi Deus in nobis intus monendis ita pulsans perseveraret, quis nostrum seridò rediret ad cor? Morbi longinquè remedijs festinatis & vehementibus non curantur: lentis & sæpius repetitis sanandi sunt.

Præterea observandum correctionem externam factam ab homine absque interna, quã simul Deus cum homine errantem corripiat, inanem planè & cassam esse: *Nemo enim potest corrigere, quem ille despexerit.* (uu) Prima proinde verbis quidquam proficiendi spes in uno Deo reponenda est, & idcirco id agendum sedulò, ut ille precibus exoratus auxilia conferat fortia illa atque invita, quibus omnis denique animus, etsi adamante durior, cedit & expugnatur. Porro cum omnis labor nihil planè proficit, nec quidquam fructus illi responderet, tum Pastor suum ipse frigus accuset, agnoscendo modicum illud, aut nullum lucrum, tanquam pœnam modici fervoris ac ardoris, quem suo in pectore foveat. *Da eis*

*vulvam sine liberis, & ubera arentia.* Nemo equidem miratur, vapores tenues & siccos non recidere in terram, eãque sua humiditate fecundare. Si ratione qui se gesserit, securus esse potest de non perdenda opera: nam vel succedet feliciter ictus; aut si in animo marmore durior impetierit, nec quidem telum, ex tam multis que vibravit, carebit effectu: nam ab eo, contra quem jacta erant, rejecta in jaculum huic tandem plurimum afferent tormenti, *Si ibi fuerit filius pacis, respiciet super illum pax vestra, sin autem vos revertetur.* (yy)

Hæc igitur in admonendo reponenda est, cum ijs præcipiuntur Peccatoribus, qui nondum publicè infames facti. Quod si enim ex subditis non modo depuduit, ut suum sibi delictum quædam ducat (quo ex numero sunt, qui concubinas publicè alunt, aut que flagitio suo vivunt, ut concubinae, ac meretrices publicæ) dubium non est, quin ad sanandum ulcus tam sœvum ac putredum, & nova semper materia verberantibus, opus sit unguentis acriter odorantibus; nisi fortè ad sectionem etiam ipsam veniendum est: cum his in tantam desperatis locum habeat illa sœvior regula: *Interfice audacter.* (zz) Si quidem frustra sunt omnes Pastoris hærentes & correctiones, quid illi agendum ad Episcopum confugiendum, & ad eo agendum efficaciter ac seridò, etiam scripto consignata reorum nomina afferendo (ne in illa negotiorum multitudinem memoria excidant) interitus reorum sacrorum Mysteriorum uti illos fortiter

SEGNE  
Concordies  
INSTRUCIO  
Poenitentia  
Confessio  
Parochia

prohibendo, quibus tantopere indigni sunt; de quo alius deinceps erit dicendi locus. Et ad Meretrices quidem publicas quod spectat, ut Legibus alicubi tolerantur, ita Parochus, velit nolit, eas ferat necesse est; observandum tamen, quòd parvis in locis, ubi plurimi agnatione sanguinis mutuò se contingunt, muliercula farinae hujus ferme non fornicaria tantum, sed & incestus rea esse soleat, ob varias affinitates; quo titulo ansam præbere potest, ut consuetudine non repugnante expellatur, quæ alibi esset toleranda. Enimvero si Pastor boni suorum communis studiosus vi muneris sui nõsse debet omnia majoris momenti, noxia in publicum prava exempla, de quæ ijs Præsulem suum edocere, ut quæ Pastor inferior monendo hortandòque emendare non potuit, Superior auctoritate suâ corrigat & emendet, dubium esse non potest, quin & de eo, de quo nõbis sermo, quòdque est tam publicum, eum debeat certiozem reddere. (aaa) Agitur hîc de cadavere, quod scædentissimâ sua putredine toti passim latè vicinæ pestem afflare possit, ut monuit ipse Deus, cum præcepit: *Ne prostituas siltam tuam, ne forte contaminetur terra, & impleatur piaculo.* (bbb) Quis proinde ambigat, quin nulli parcendum sit labori, ut quàm longissimè eiiciatur. Majus sanè est in minoribus Oppidis ac Pagis, quàm in majoribus, contagionis periculum. Ideo consumptum lue periculosa cadaver, quod vasto in agro tolerari posset, in oppidulo, pago, aut villa ferri nulla ratione potest. Et si nonnunquam ovile amplum non parùm damni sensit ex unius ovis scabi-

osæ præsentia, quantum illa pestis ovili angusto affl:bit? Inde igitur diligentius *rescanda putrida carnes*, ubi majus est trahendæ contagionis discrimen, *& scabiosa ovis à caulis repellenda, ne tota pecora corrumpantur, putrescant, intereant:* (ccc) ut disertè sacri Canones jubent.

## III.

Ex dictis hucusque isto capite didicerit quilibet, nisi fallor, Parochum quemvis debere non solum omnes generatim oves, suæ curæ creditas, pascere, divini verbi pabulum altiore loco subministrando, sed ad eum etiam pertinere curam singularum, sicut eas moneat ac corrigat, sicubi aberraverint. Neque de hoc porro ambigi potest. Est tamen, qui hoc non contentus, plus longè à Parocho exigit, affirmatque eum teneri singulos suæ curæ commissos provèhere ad gradum perfectionis pro sua cuiusque conditione altissimum. Est hæc obligatio, fateor, si datur, oneris longè gravissimi. Veneror eum, qui hoc scripsit, ob eximiam, quæ eminebat, virtutem, tanto utique oneri parem, (ddd) Ego tamen Pastoribus tantum oneris passim imponere non ausim. Faciendum id ipsis esset, si fieri posset. Sed quâ tandem ratione fieri potest? Ut singulæ Animæ, custodiæ alicujus commissæ perducantur ad perfectionem, suo cuiusque gradui ac conditioni respondentem, necesse esset, intimâ præditum esse notitiâ, non eorum tantum, quæ in oculos cadunt, sed arcænorum Animi omnino omnium, eaque causâ necesse foret omnibus ac singulis, plerumque saltem, no-



xas suas confidentibus operam dare. Hoc autem exigere Parochus nec debet, nec potest: si enim ne Paschaliū quidem Feriarum tempore Christiani noxas Parocho suo aperire tenentur, sed satis est divino ex ejus manibus, aut ejus ceriē in Ecclesia, epulo pasci: (ut non consuetudo tantum interpres Legum, sed suis tam multi Pontifices Maximi Diplomatis definierunt) quomodo ab ijs Pastor exiget, ut non ad alios, quam ipsius pedes provoluti de peccatis se accusent: quocumque demum anni tempore? Non debet autem: quia potestas à noxas alios liberos pronuntiandi, ut advertit Angelicus, Sacerdoti non suā, sed ipsorum Pœnitentium, eo beneficio indigentium, causā confertur. (ccc) Unde nullā placē cuiquam Pastorum sit injuria, cūm passim omnibus permittitur, ut quem maximē voluerint Sacerdotem, quem idoneum Episcopus censuerit, deligant: apud quem se accusent. Et verō ideo qualibet in Diœcesi multi approbantur, ne quidquam habeant quod pratexant ægri, si tanto Medicorum ē numero ne unum quidem invenerint, cujus se curæ confidunt. Quare cūm intima ovium suarum nōsse concessum Pastori non sit, satis habebit singulas in ijs nōsse, quæ subsensus cadunt, curatēque in his officium ulla ex parte negligant. Hinc præclarē ad rem ait sapiens: *Diligenter agnosce vultum pecoris tui.* (fff) Non dicit cor sed vultum. Si enim in ijs, quæ conspectui aliorum objecta sunt; oves offendunt, non rectē se res circa ipsas habere, quis ambigat, partium Pastoris esse opem confectam,

opportuna admonitione afferre: Ad hanc exitima rectē se habent, quis unquam Parochum obligabit ad intima eorum que omni conatu scrutanda, nisi ipsa ipse sua illa fide optima manifestiones Recte interim judicabit, si diu externa recte ordine se habeant, nec in internis vitiositate latere: nec enim unquam accidit, ut horologij index nunquam non verum loquatur horam, nisi in totis etiam millibus sit vitium & perturbatio. Semper optat salubria suadebit ovibus Pastor, si consultus fuerit: consilium siquidem mercis instar est, quæ vulgata & obtrusum pretium amittit, auget autem quantitas & in tempore servata.

(a) Eccli. 17. 12. (b) S. Aug. de Civ. Dei. l. 2. c. 9. (c) Valentia 2. 2. disp. 3. q. 10. p. 2. 19. Ibid. p. 3. 5. ac propter. (d) Trid. sess. 4. de Reform. c. 24. (e) 2. q. 7. c. Sicut inquit. S. Joan. Chryss. (h) S. Th. 2. 2. q. 22. ar. 2. ad 4. (i) Ps. 118. (k) Valent. in 2. 2. disp. 3. q. 10. p. 2. & disp. 3. q. 4. p. 3. (l) Richard. 2. disp. 10. ar. 2. q. 14. (m) S. Thom. 2. 2. q. 30. ar. 1. ad 1. 116. q. 3. a. Quatuor. (n) Exech. 34. (o) Disp. 82. c. Consequere. (p) 1. Reg. 2. 24. (q) De virt. Dom. Ser. 16. (s) 2. q. 1. c. Si paraverit. (r) Eccli. 24. 18. (u) Exech. 34. 4. (v) Th. 2. 2. q. 13. ar. 1. cor. & ar. 3. cor. (y) 1. Tim. 3. 10. (z) 2. q. 33. ar. 1. ad 2. (aa) Gal. 6. 1. (ab) Sen de Clem. l. 1. c. 37. (ac) S. Bern. serm. 20. in Cant. (ad) Arist. hist. anim. c. 25. (ae) S. Aug. Ep. 48. ad Vincen. (af) Gal. 6. 1. (ag) S. Aug. ser. 18. de verb. Dom. (ah) S. Th. 2. ep. ad Gal. c. 6. l. 2. (ai) Disp. 86. c. Quatuor. (ak) Ad Rom. 15. 144. (al) 1. Tim. 3. 1. (am) Amos. 5. 13. (an) Gen. 3. (ao) Ps. 118. (ap) 2. Thess. 3. (aq) Eccli. 24. 7. (ar) Cant. 4. Lapid. ibi. Palat. ep. Corn. (as) S. Joan. Chryss. ho. 16. ad Pop. Antioch. (at) Eccli. 7. 16. (au) Of. 2. 144. (av) Luc. 16. 1. (ay) Apud alios in 4. de Corrupt. Fratr. (az) Tit. 1. 5. c. 1. a. 7. (aaa) Lev. 19. 29. (bbb) 24. q. 3. c. Referenda. (ccc)

SEGNE  
 CONCORDIA  
 INSTRUCTIO  
 Pœnitentia  
 Confessio  
 Parochi

(ccc) in libello, cui titulus: Parochorum, hoc age. (ddd) Lugo de Pamir. disp. 19. sect. 2. n. 25. Cyr. Benedictus XI. Ioan. XII. Clemens VIII. in Bulla anno 1592. 22. Der. S. Th. suppl. in 3. p. q. 2. ar. 5. ad 2. (ccc) Prov. 27. 29.

## CAPUT X.

Quomodo natus in Paro-  
chia sua discordias componere Pastor  
debeat?

**M**ater illa, quæ coram Salomone  
ficcis oculis spectare potuit In-  
fantis, Carnificis manibus traditi, di-  
visionem, vera Mater non erat. Quis  
igitur Parochi illius amor erit, qui cum  
nonnunquam paucolorum verborum  
impedio componere posset dissidia fi-  
liorum iratorum, ne ista quidem pro-  
ferre vult, cum omnem suam sanguinem  
fundere ante deberet, quam in oculis  
ferre tantam Caritatis Christianæ, &  
tam funestam lisionem. Hoc igitur  
aliud est Sacerdotalis linguæ officium;  
pacem non nuntiare tantum, sed efficere.  
Et quia duplicis generis esse possunt di-  
scordiæ inter familias, civiles aliæ pro-  
pter emolumenta, criminales aliæ pro-  
pter acceptas injurias, perpendamus,  
quomodo muneri suo satisfacere debeat  
Pastor, utrasque sedando.

## I.

Remedium commune utrique huic  
dissensionum generi est, celeriter ad eas  
sedandas advolare. Si quotiescunque  
densus aliquis ac niger vapor sursum ten-  
dit, si spirare ex latere ventus ad eum dif-

spandum, immune semper tempestati-  
bus calum foret. Sed quia æc est im-  
motes, cunctis ventis quiescentibus,  
vapor ille e usque attollitur, tam inma-  
niter densatur, magis magisque indure-  
scit, tandemque impetu tam præcipiti  
deorsum ruit, ut aliena strage etiam se-  
ipsum involvat. Tempore crevit ira,  
obfirmantur animi, auferuntur injuriæ,  
quibus se rotundæ partes lacessunt; sic ut  
cum malum longius progressum depre-  
henditur, aliud jam illi remedium non  
superest, præter lacrymas, nullo fructu  
fundendas. Quare cum Pastor intelle-  
xerit, offensionis aliquid inter quosdam  
extitisse, mox ad eam sopiendam accur-  
rat, priusquam voluntatem dissidia, qua  
tuor intra muros nata, propagentur  
in publicum. *Laudemus*, agebat sa-  
piens, *homines divites in virtute, pacifi-  
cantes in domibus suis*: (a) Hac enim arte  
rectè componuntur. Non parcat proin-  
Pastor aut linguæ, aut pedibus, aut agen-  
di dexteritati, sed festinet quantum po-  
test ad serpentes hos nefarios præfo-  
candos illo ipso in cubili, in quo nati  
sunt.

Præterea in omni discordia sedanda  
supra quam dici potest necessarium est,  
ut Pastor Arbitrarius sit & sequester, neutri-  
partium adjunctus. Secus enim, quis  
stare volens iudicio libræ, in qua lancium  
una alteram pondere suo attollit? Ubi  
autem partium consensu Pastor electus  
fuerit arbitrarius, in id omni industriâ in-  
cumbat, ut partem utramque patienter  
& æquo animo audiat (etsi advertat, quæ  
acceperit quæ intulerit injuriam) vela  
demittendo, ac complicando, cum ven-  
tum

cum vi magna Incumbentem viderit, moramque indulgendo illi, qui furore agitur ac perturbatus, nondum sui potens est. Ad demerendos sibi aliorum animos, hæc ratio agendi mirè efficax est.

## II.

Quod autem ad lites in causis civilibus speciatim attinet, plerumque aliud effici non potest, quam ut discordes inducantur, ut totius causæ arbitrium uni alteri permittant, qui utrique partium acceptus sit, sponse etiam legitimis tabulis firmata, ejus sententiâ sine ulla appellatione standi. Sed quia ubi de proprio commodo & lucro agitur, etiam qui rem probat optimè, difficulter tamen persuadet, in id magno nisu incumbat Pastor, ut utrique partium ostendat, rectè spectatis utriusque commodis, meliorem esse compositionem medio-crem, quam litem pendentem, ob sumptus graves, qui semper sunt certi, cum dubia sit victoria: quæ etiam cum obtinetur, tanto nonnunquam paranda est impendio, ut vincens cum Pyrho Rege, postquam Romanos prælo profligarat, dicere possit: Si iterum vicerimus, actum erit de nobis: tantum sanguinis à victoribus perinde ac victis fufum erat. Solet hoc maximè parum locupletibus evenire, quibus quod in lites impendunt argentum, non superat, sed victui quotidiano parando necessarium est. Et tamen seime, præter illud, etiam labores omittuntur, qui domi, aut ruri ipsos manerent, ut suas in urbibus urgere causas possint: quod re ipsa pro hac hominum sorte aliud non est, quam umbram

propriam venari, quam semper quidem sequi, assequi tamen nunquam datur: ejus siquidem naturæ lites sunt, ut dum una alterum trahit, sicut Labyrinthum ingressos via una ducit in aliam, docet denique, quòd quàm facile initio sit pedem illuc non inferre, tam intricatum denique sit illum efferre. Curer proinde, ut qui ita civiliter dissident, agroscent quàm sapienter essent acturi, si ipsi in animum inducerent, principio statim dicere, quod amicos sub pæ longam contentionem legitimis dicitur: *Judicium eligamus nobis. (a) Inter nos deeamus, quid sit melius. (b)* Cum paulo prudentius sit, ire viâ brevi compromissi amicabilis in arbitrium, & rerum intelligentem, & timentem Deum: quàm longâ illâ Notariorum, Procuratorum, Advocatorum, Auditorum, Solicitorum, Referentium, Patronorum, Judicum; qui tanto numero lecti, ad causas citò finiendas, eas potius forent & colunt ut fundum, ex quo vivunt.

Et tamen hoc ipsum malum vitare fortassis est reliquis. Pessimum est, quod Lites ferè gignant alienationes animorum, rancores, odia, inter ipsos litigantes (ut ipsis ad eò à Legibus oblatum est, quæ irritò conatu breves esse testes voluerunt) sint fontes injuriarum, Seminaria scelerum, venenum civilis concordia, mare turbatum, Animarum incendiorum, pernicietis extrema familiarum, nec familiarum tantum, sed & civitatum (c) Cum earum non paucæ transierint ad Posteròs, caro hæreditatis titulo, nec ullus earum finis appareat. Tunc rarus est, cui, cum satis habuerit robo-

ris ad appetendas bellicosi hujus Jani portas, virium etiam abunde suppetat ad eas claudendas. Verbo, cogitate, quantum malorum civitatibus inferunt fames, pestis, bellum, simul juncta, tantam cladem inferre familijs litem antiquam, quæ est Furia, tantum apta nocere sola, quantum simul tres aliæ: quartum est humani generis flagellum, quod strepitu quidem minore, sed crudelitate majore sæviat. Si Pastor sciverit vivis coloribus adumbrare hæc damna alicui, qui illa sentire incipit (sed sicut recenti vulnere læsus, qui calente etiamnum cruore illud non curat) haud difficulter tandem obtinebita persuasibilique compositionem, ut minus malum; sic ut jure merito tot spebus noxijs præhabeatur desperatio salutaris.

## III.

An autem plus difficultatis in sedandis contentionibus criminalibus, ut sic eas appellem, quam civilibus, de quibus dictum, experturus sit Pastor, non ausim pronuntiare. Generatim loquendo, crediderim, non ita esse: proprii enim commodi studium in infimæ maxime sortis hominibus, quales plerique sunt, quos Parochi curant, vindictæ studio est potentius. Quia tamen hæc quoque tenacissima & ferocissima esse solent in indole livida, cujuscunque demum conditionis sit, ostendendum ante omnia est offenso, Pastorem non idem paci conciliandæ studere, quod ster & sentiat cum offendente, qui potius nullas non penas mereatur, sed quod unice spectet bonum offensi, qui tandem, si res momentis suis libretur, maximum ex pace inita fruatur.

R. P. Segneri Instituto Parochi.

ctum sic percepturus; qui enim pacem accipit, bonum accipit temporaneum & breve; qui vero eam concedit, accipit æternum. Quanquam veritatem istam, cum adhuc bullit sanguis & fervet ira, non omnes capere poterunt. Permittendum proinde est, ut miseri non nihil dolori suo indulgeant; audiendi sunt, cum injuriæ acceptæ magnitudinem, & lacessentis facinus indignum narrando exaggerant; audiantur etiam cum eo progrediuntur, ut asserant, vix ipsum Servatorem nostrum majore impietate proditum esse, quam ipsi sint proditi. Impetus hic est, effrenis utique, quis neget? sed hoc ferri permittendus est animus, dum cesset perturbatio: *date locum Iræ*, secus enim qui faceret, perinde faceret, ac qui clauso terræ visceribus vento exitum negaret. Rueret confestim rotam, quod Pastor moliebatur, ædificium, sine ulla deinceps quidquam proficiendi spe. Hic proinde, si uspiam, necessaria est vultus serenitas, verborum suavitas, & consiliorum, & omnium quæ paci stabilindæ in medium proferuntur: Ut enim *Olea* ligari ac verberari renuit, sic vera pax odit quidquid violentum est: *Oleane fringito, neve verberato.* (d) Et hac agendi suavitate præcipue utendum est cum ijs, qui partium discordiam duces sunt, ut hos quis lucretur: ut enim qui Apud Regem capit, finem toti eorum pugne ac bello imponit; sic qui odiorum, quæ familias committunt, auctores præcipuos & fautores capit, his etiam modum ac finem ponit. Apud nonnullos perspicaces, sed vindictæ immodicos, experientia didici plurimum profuisse, quærere tantum ex illis: Plusne ipsi

K.

ipfi

ipsi sibi, quam ipse adeo Deus, arrogarent?

His aliisque similibus industrijs vim magnam conferet, si Parochus in suis ad Populum Concionibus crebro explicet mala Odiorum, & bona Pacis; maxima emolumenta, quæ in eum redundant, qui pacem, pulcherrimis Sanctorum Cælicum exemplis (quæ identidem narrare plurimum expedit) inductus concedit, & grave discrimen, cui se nunquam non exponit, qui eam obstinatè negat: cum is pacem negare sibi videatur Iustitiæ studio; re vera autem graviter sibi imponendo, eam neget vindictæ, etiam latente cupiditate impulsus. Ita certè præsumere fas est: cum hæc causa naturæ longè sit conformior depravatæ naturæ propensioni, quam coram tribunali contra offendentem velle agere, ut pro meritis puniatur; & sincero tamen animo ipsi dare offensæ veniam; magisque hoc arduum ac difficile videtur, quam plenam omnis illatæ injuriæ gratiam facere. Ut dicam, quod sentio; aliud est, posse Iustitiæ amore negari offensæ veniam: aliud, re ipsa hac de causa negari. Etiam in fune saltus exerceri possunt artificiosi & admirandi: sed quanta ad hoc arte est opus, quanta attentione, & quanto facilius est, etiam perito funambulo, deorsum præcipitem ruere, quam tam angusta in semita neutram in partem se librare? Scio equidem Christum Servatorem, cum se antiquissimæ, & apud Ethnicos perinde ac Iudeos usitatæ talionis legi opponeret, voluisse, ne sequaces sui ea lege actus suos moderarentur. *Andisus*, agebat, quia

*dictum est: Oculum pro oculo est. Etenim dico vobis non resistere malo est.*  
 Quæro jam: quid ita loquendo propositum Christus habuit? faciliorem reddere suam legem, an observatam difficultatem si hoc, nã ille tam distertè affirmare non potuisset, legem novam, veteri comparatam esse onus leve: *Onus meum leve*, proinde egit, ut faciliorem reddere. Quo autem modo? illo nimirum modo, quo, prima fronte rem æstimando, videri poterat reddere difficiliorem: non inquam breviorè coercendo legum suorum Iræ perturbationem: sed enim huic, cum maxime ferret, parere parùm; & negare multum, ut patet deprehenditur haud paulo esse laboriosius, quam nihil penitus ipsi indulgere. Quis audeat flante vento ignem ad vere stipulis ex messe in agro relinque, & postea illum coercere, ut non per voraci suo genio indulgere alique ad libertatem, etiam ultra limites sibi daretur. Facilius erat, eum omnino non admittere. Sic se res nostra habet. Ut homo impetum, sequatur instinctum tam ipsi bonum (qualis est, nocere offendenti) quantum quantumcunque potest, non tamen ultra limites honesti sequatur: hoc faciat; non faciat tamen nisi communis boni studio, & non invidie odio, pro! quam ardua, & tantum insuperabilis res est! Multo levius est omnem penitus nocendi impetum ac peritum frenare. Tantòque hoc magis quo qui id agit, promittere sibi penam ampliore illam gratiam adjuratum quam Christus Servator paratus est dare.

Consiliorum suorum Evangelicorum studiosis: qui aliter facit, tam certò illam sperare non poterit. Si intra honesti limites coram tribunali stare tam factu pronum esset, ut nonnulli sibi fingunt, Sacri Canones factum ejusmodi non appellarent *Mlaudabile genus intentionis*. Quà autem causà sic discretè appelletur, explicat Glossa his verbis. *Presumitur potius accusationem fieri causà invidia, quàm caritatis.* (f) Puto me citra falsitatis periculum pronuntiare posse, quòd spatio viginti septem annorum, quibus in sacris meis Excursionibus toties adlaboravi, ut dissensiones ejusmodi palàm ac publicè tollerentur, semel duntaxat judicare absq; metu potuerim, eum qui causam suam Judicum sententiæ decidendam volebat relinquere, nullo livore impulsus id fecitasse.

In eos autem præ ceteris altiore ex loco detonandum est, ut inimicitia evellantur, qui infami & turpissima consuetudine eas solent seminare, partium dissidentium alicui, quin etiam nonnuncquam utrique, narrando, quid una contra alteram dixerit, aut quid dixisse dormientibus ipsis objectum fuerit. Quis explicet, quantarum cladum funestæ ejusmodi linguæ auctores sint? *Vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittet inimicitiam.* In trabe aliqua findenda potissimam partem non habet securis, sed cuneus qui in fissuram immittitur. Sic nuntiorum ejusmodi lingua plus habet vitium ad animos à se invicem divellendos, quàm sola haberet, quæ illata est, injuria. Persuadet sibi malè cautus nonnemo, nuntios ejusmodi

magnopere honoris & commodi ipsius studiosos esse; non advenit inrerim, eadem illorum esse, quæ furum studia, qui ad ædes incendio conflagrantes accurrunt aquà onusti, non ut res pretiosas ab igne servent, sed ut eas secum auferant. Id sæpe ipsis propositum est, ut privatum dolorem alienà operà ulciscantur, quin tamen deprehendantur: & sic re ipsa odio suo indulgent; neque enim aliter meliùs possunt jacere lapidem, & manum abscondere. Qui narrationes ejusmodi audit, si sapit, fidem ijs nullam adhibeat: quin imò, pro eo quòd foveat ova serpentum tam nocentium, generoso potius illa pede conculcet ac conterat. Qui autem nuntij ejusmodi partes obire consuevit, plurimum metuat. Si enim famæ alienæ fures semper odit Deus, quanto magis susurrone? *Susurrone Deo odibiles.* (h) Detractio id spectat, ut famam auferat proximo; Susurratio etiam amicos auferit, qui sunt bonum famà multo æstimabilius, cum eà maximè causà appetatur fama bona, ut acquirantur amici honorati. Interim susurrone isti non auferunt tantum Amicos, sed eos mutant in Inimicos. Unde explicatu difficile est, quàm multa isti odia susciteat, quàm multas rixas, quas strages, & quàm horrenda mala! Quis proin miretur pronuntiantem sapientem? *Sex sunt, quæ odit Dominus: & septimum detestatur anima ejus.* Quis autem est, quem non odit tantum, sed detestatur Deus? *Eum qui seminat inter fratres discordias.* Exitiales hi nuntij non alium tandem exitum habebunt, quàm celebres illæ Samsonis vulpes,

quæ quidem facibus, quas caudis illarum Samson alligarat, ingens latè in agris, vineis, hortis incendium excitârunt, & cuncta redegerunt in favillas; sed ipso, quem tam latè propagârunt, igne tandem & ipsæ absumptæ sunt. Qui proin Pastor procul à sua Parœcia discordias habere volet, crebrò in infames hos Susurrone invehatur, & nullibi patiatur subsistere. An non idem est, tollere ex rogo ligna, & ignem extinguere? Ita omnino est, unde sapiens: *Cum defecerint ligna, extinguetur ignis. Et sic etiam Susurrone subtracto jurgia con- quiescent.* (i)

Denique quia in hoc sedandarum disensionum fatalium negotio pertractando continget nonnunquam, Pastorem incidere in homines genij tam obstinaci, & cedere nescij, ut facilius sit ventos sibi mutuo oppositos, & ex alia spirantes regione, quàm capita tam contentiosa, & litigiosa amicabili fœdere componere; plurimum expediet, ne ullum remedium intactum relinquatur, sociam à viro aliquo nobili & amico operam petere, qui autoritatem suam interponat. Non nego quidem, hoc sedandarum contentionum genus non esse illud, quod Deus singulariter probet; cum sic odia non ponantur nisi ex causis merè humanis, in gratiam inquam viri illustri, non amore Christi; unde manus quidem ab ulciscenda injuria abstinere, sed animus ad amorem non inducitur. Præstat tamen accipere à creditore conventionis difficilis, quidquid offertur: & qui furenti eripere è manibus nudum ferrum non potest, propterea

quòd illud stringat arctissime, non nem saltem retundit, ne nocent discordiæ, quæ familias inter se mittunt, si non extinguantur, sed saltem, donec ipsum tempus suggerat eas penitus restinguendi. Libines disensionum non imitantur eodem plurium ventorum confusio- nam hi etsi furant immaniter, di- ferè spatio suas pugnas desinunt, cadente sole & ipsæ occidunt. Et- men & illis suis modus. Unde in- quam de recuperanda serenitate de- randum est, quam tantopere ab- Pastor, ut Parœciam suam tranqui- possit gubernare.

(a) Eccli. 24. 23. (b) Job. 24. 4. (c) perandum C. de Inducijs. (d) Plin. L. 17. 1. Arist. 1. 5. ad Nicom. Gell. 1. 20. Et. 1. Lev. 2. 4. 20. Matt. 5. 38. (f) 1. 1. 1. Episc. 6. 9. 1. si omnia. (g) Eccli. 21. 21. Rom. 1. 29. (i) Prov. 26. 29.

## CAPUT XI.

*Pastores decet, Græm suam præcedere rectè facti & virtutum exemplis.*

**E**Xigit officium hominis *Christi* ut rectè factis & exemplis communi ætario inferat illas virtutes quas tanquam privatam pecuniam se colligit: nec enim existimare debet Ecclesiæ membris suo tantum exemplo accensum, sed communi exemplum; sic ut ea ad virtutis studium ter, si aliud nequit, rectè & ex vivo vivendo. (a) At si ad hoc quisque libet

SEGNE  
Concordia  
Instruere  
Poenitentia  
Confessari  
Parochia

minis Christiani titulo ac nomine obligatur, multo magis officij ratio ab ijs hoc postulat, qui ideo in gradu suo ab Ecclesia sunt locati, ut exemplis alios excitent. Isti, si dicere volumus quod res est, non tam sunt exempla, quam exemplaria. Sed qui tandem hi sunt? Sacri utique Pastores; de hoc quis ambigat? Unumquemque igitur illorum Apostolus allocutus esse censendus est, dum ita ad Titum scripsit, *In omnibus te ipsum præbe exemplum honorum operum.* (b) Debent enim Pastores (sacram divitiæ possidere fortè, ut non solum rectè ipsi vivant, quod & alij agendum, sed ut alijs vitam suam tanquam normam possint proponere. Quod, quantum tandem sit, quis satis exprimat? Deceret equidem Christianorum quemlibet obtutum habere semper defixum in vitam Christi Servatoris, tanquam Ideam vitæ suæ perfectissimam, ut S. Thomas monuit. Non poterat tamen vita hæc omnibus abunde perspecta esse; cum alij incurij sine, alij ignorantibus. (c) Hinc Christus Servator, cum Cælum repeteret, Apostolis, & in Apostolis nulli non eorum successori, præcepit, ut ex ipso, tanquam prototypo, ectypa & imaginem operum ipsius effingerent, quod deinceps alij minore negotio imitarentur. *Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* (d) Atque hæc est causa, si prudenter rem æstimamus, cur tantus sit in Ecclesia Pastorum numerus; ut ipsi nihil pulcherrimas primi Prototypi Jesu Virtutes imitati, eisdem subinde in vita sua subditis suis imitandas proponant, tanquam minorem quidem, sed servata

partium proportionem expressam ideam, quam sequi non minus tutum, facilius tamen sit ac promptius; quia debilibus vulgo mortalium viribus ac facultatibus, qui ectypa debent exprimere, magis sua proportionem respondet. *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* (e) Sic Discipulos suos Apostolus allocutus est: nec aliter Pastor è suis quemlibet alloqui debet; cum nemo non ex curæ ejus creditis Discipulus ejus dici debet. *Prælati debet esse quasi forma existens Discipulis.* (f) Sunt ipsa S. Thomæ verba ex Sacris accepta Canonibus.

## I.

Atque ita perquam opportunè ventum est ad alterum pabuli genus, quo Pastor Sacer pascere debet gregem suæ curæ traditum: ad recta inquam vitæ exempla. *Pasce verbo, Pasce exemplo.* Ut autem magni hujus debiti vis intelligatur melius, perpendenda in primis est vis illa ingens, quam habet rectum exemplum ad persuadendam virtutem. Si Philosopho credimus, Leges illæ quas usus & consuetudo promulgavit, multo illis firmiores ac stabiliiores sunt quæ solis in libris & tabulis sunt promulgatæ. Exemplum enim tacitè quidem, sed suavi virtute operando facit ut rem aliquam planè perfectèque velimus, sicut volumus, ad quæ amore ferimur; non autem illa solum ex parte velimus, sicut volumus, quæ vi metùque adacti sequimur. Idcirco exemplum inerte consequitur, quod armorum strepitu & horrore suppliciorum non obtineat tribunalia. Hinc etiam nascitur, quod sermè



homines magis persuaderi se sinant exemplis, etsi fictis ac fabulosis, quàm gravibus rationem momentis; (g) cognoscendo siquidem exempla cognoscunt illa, ut causas singulares, sensibus obiectas & aspectabiles: cum verò rationum momenta cognoscunt, cognoscunt illa ut causas quasdam universales, remotas à sensibus, tanque sublimes, ut longè supra ipsos sint, nubium instar, atque adeò minùs ad se pertineant. Salomone quis doctior? Et tamen affirmavit ille de se, transivisse se per vineam hominis pigri, & cum eam vidisset incultam, sylvescentem, & multum diversam à vinea hominis industrij, didicisse se confestim hoc exemplo, non esse in rebus gerendis cedendum difficultatibus & parcendum labori. *Quod cum vidissem, posui in corde meo, & exemplo didici disciplinam.* (h) Quod si & illud accedat, ut Exemplum, cujus semper tanta vis est, ab ijs proficiatur, quos gradu & munere Superiores veneramus, in nos beneficos, & bene de nobis meritos, quales esse solent Pastores sacri, tunc illud non est simile sigillo, quod sola manu sed quod artificialis machinæ, seu vicis ministerio imprimitur, quod idcirco longè altius in ejusvis animum penetrat, pro mensura autoritatis, quam in ijs ob gradus dignitatem suspicimus, & gratitudinis, quâ illis nos ob beneficia & favores devinctos fatemur: sic ut multitudo, quæ hebetudine sua rationum momenta non intelligit, imitationi unice dedita, abripiatur torrente, aut ut dicam rectius, Pastoris sui brachijs portari se sinat, ut infansulus. Atque ita illud exequitur

Pastor, quod Deus omnibus Animarum gubernatoribus præcepit: *Per te in sinu tuo, sicut portare solet Nutrix lactulum.* (i) Equidem sacre Paginae secundo Michabæorum, cum auream quodammodo seculum descripsissent, quorum gaudebat Solyma ob Templi ortum, Sacrorum Rituum ac Cæremontium Majestatem, Nationum ac Principum extraneorum venerationem, quorum illum locum prosequerentur: omnia hæc effecta uni tribuunt Pastorem ad clavum sedentis virtuti ac sanctitati: *propter Onia Pontificis pietatem.* (k) sic indicendo fontem, omnium illorum bonorum, quæ terras inundant, in quibus rectis exemplis Populo præeunt Pastores & Pastores. *Inebriabo Animam Sacrorum pinguedine, & Populus meus bonus meus adimplebitur, ait dominus.* (l)

Cuncta hæc, & plura alia, quæ cum possent sine numero, manifestant debitum illud gravissimum, quo Læge naturali ac divina, proposita æternæ damnationis non observantibus panâ, Pastor tenetur ad salutis terminum ducere oves sibi creditas, præcedendo illa in semina, quam tenere oportet, ut ad Cælum porringant: eaque causâ de Pastore bono Christus dicit: *Cum proprias oves conseris, ante eas vadis.* (m) Non caret exulta ratione, quod dicat: *ante eas.* Si mentem advertere lubet, videbitur Pastorem subinde ante gregem suum ire, subinde præeuntem sequi. Cum sequitur, ducit eum, aut rectius loquendo, non ducit, sed baculo cogit ire quâ collibitum est. Sed hoc Pastorem ad gregem suum non amantis. Cum pascit,

SEGNE  
CONDICTIONES  
INSTRUCIO  
Poenitentia  
Confessio  
Parochi

facili negotio illum post se trahit, ostendendo tantum, quã sit eundem. Et hoc Pastorum amantium proprium est. Vult autem Christus à Pastoribus teneri non primum illum, sed posteriorem hunc oves ducendi modum. Sic ita, quod nonnunquam vituperando, reprehendendo, exprobrando, omni alia verborum asperitate, & tantum non baculo compellere possit oves Pastor ad eundem rectã semitã: non tamen oportet hunc Pastorem imitari, quia ovium est brutarum potius, quã ratione utentium. *Cum austeritate imperabatis eis & cum potentia.* (a) Et idcirco sicut Christus Pastores ipsos hac ratione non duxit, sic nec vult, ut hi suos ducant. Esset hoc non agere ducem sui gregis amantem, sed illi dominantem, contra illud: *Pascite, qui in vobis est, Gregem, non coactò, sed spontaneè, neque ut dominantes in Cleris, sed forma facti gregis ex animo.* (o) Quid volunt autem voces hæ: *forma Gregis*; nisi morum honestate ac probitate, ut ante dicebam, gregi suo vivendi normam præbere; non auctoritatem, quã compesci errantes possint, negligendo, sed auctoritati exemplum vitæ adjungendo? *Non quasi non habuerimus potestatem, sed ut nosmetipsos formam dederimus vobis ad imitandum.* (p) Quam rationem in ducendis ad salutis semitam Populis Sanctus Paulus tenuit.

## I I.

Haftenus dicta certa sunt. Ipso tamen in usu pronum est, ut duplici modo erreretur. Primus eorum est, qui sibi persuadent, ut bono præeant exemplo,

suus esse non præire malo: alter magis perniciosus, eorum qui in animum inducunt, sufficere, etsi peccetur, peccare quã occultissimè: *cantè, si non cassè.* Sed ad primum quod attinet, certissimum est, quod non destruere, non sit ædificare; & non vastare vineam, non sit eam colere. Plus enim vero Christus à Pastoribus exigit, ut præsentent ovis, quæ eorum curæ credidit, quã miserum illud Latronum beneficium, qui factis tum beneficose putant, si non fuerentur, nec mactent. Si in hoc omissionum genere non multum & crebrò peccaretur, non maledixisset Servator arbori illi infelici, in qua fructum bonum non reperit, cum certissimum sit, quod nullum etiam in ea invenerit malum: nec damnasset eum, qui talentum, datum ad negotiandum, absconderet, abscondit pecuniam Domini sui, sed eum solùm damnasset, qui illud dissipasset, aut nefarios ad fines illo esset abusus. Argumento hæc sunt, non sufficere, ut bonus quis Pastor ac Parochus sit, non esse impium: necesse insuper est, amorem & æstimationem virtuti conciliare, eam exercendo, ad eamque inducere subiectos genere eloquentiæ omnium potentissimo, linguã nimirum factorum & operum. Si necesse est Pastorem alijs normam esse, ut dicebamus, eorum quæ salutis consequendæ operari debent, satis jam non est, ut à malo tantum abstineat, sed necesse est, etiam bonum adimplere: *Declina à malo, & fac bonum.* (q) Norma, ut vera sit, habeat oportet, quidquid habere eam imitantes decet: *forma Gregis ex animo.* Hinc multo minus

nus ferendus est alter error opinantium, occultè delinquere non officere obligationi, quâ quis debet esse norma. In primis omnium oculis subducere se, nimis quàm difficile est. Ignis abscondi potest, sed non fumus; fumus autem subinde ipsum ignem prodit. Difficilius etiam est, diu se occultare. Quis tandem larvam in vultu semper circumferet, ut compactum è stramine simulacrum? *Nemo personam diu fert.* Aut quis est, qui semper vivere in undis possit? Si non piscis, sed homo est, per intervalla prodeat: necesse est; seque ostendat eum, qui est, non qui in undis videbatur. Præter hoc, demus, diu latere Pastoris subfiliam: lupum posse, quam tandem vim ad sui imitationem pertrafendi larvata ejusmodi virtus habere poterit? Ut exemplum, quo quis alijs præit, vim suam exerat, necesse est ut Deus eo: tanquam instrumento utatur ad gratiam mortalibus conferendam. Quomodo autem unquam eam in rem utetur Hypocritâ, cum è diverso protestetur, se, cum punire volet peccata alicujus Populi, permissurum, ut ab Hypocrita gubernetur? *Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata Populi.* (r) Quare velle videri bonum, & non esse, non est auferre à se malum, sed illud ipsum augere. *Simulata aequitas, duplex iniquitas.* (r) Hoc igitur non est facere officium Pastoris, sed duplicare impietatem, haud aliter ac nomina contracta auget, qui auro adulterato ea se sperat expuncturum. Non aliud hoc est, quàm creditorem habere ludibrio. *Hi igitur accipiunt damnationem majorem.* (r) Sic de Ju-

stis simulatis pronuntiavit Servatus ster. Denique ubi se non emendaverit damnabuntur damnatione duplici: propter scelera occulta, & alterâ pro virtutes simulatas.

Quocunque autem modo se res beat, dubitari nequit, quin Pastor, ut gregem suum rectis vitæ exemplis inducit, cogat quodammodo Dei Providentiam ad utendum modis planè infinis & non convenientibus, si Antiquam æternam beatitatem vult perducere cum enim jam decreverit, familiarem facilem subjectis facere virtutum institutione eorum qui præsunt, tanquam maximè planâ, præsumere, hominem hypocritam suspectum subiectis præidea verè sincera quæ virtutis, idem ac præsumere, quod Deus usurus est opite ligneo ad derivandam in eorum reliqua vitam ac vigorem, haud aliter quam si caput vitæ verè præditum esse.

Tandem, ut jam vidimus, Parochi officium, nulla auctoritate dispensabile, est, suæ curæ commissi docere conia, tam quæ credere, quàm quæ agere oportet. Qualis autem denique erit institutio, quæ proficiscatur ab hypocrita, hoc est bono simulato? *Simulata cuncta sunt inutile.* (u) Institutio entis in labijs, sicut frutices ex parietibus pugnuntur; non erit Institutio, quæ in animo egerit. *Esdras paravit suum, ut investigaret legem Domini faceret, & doceret.* (x) Sic de Eldra Codex loquitur. Hæc causâ Institutio ab eo profecta tam nobiles fructus produxit ut in lacrymas omnes solverentur. *Populus sicut multo.* (y) Institutio

SEGNE  
CONCORDIES  
INSTRUMENTUM  
POENITENTIAE  
CONFESSORII  
PAROCHII

quàm opera non praebunt, languida erit, imperfecta, mortua, & tanquam penicillum nullo colore inbutum, nullum etiam in tela colorem relinquet, quem non imbibit. Neque sperari poterit, Deum ejusmodi horrationibus ulurum ad Mortales à peccati sordibus mundandos: nec enim ille ad corda abluenda manibus sordidis utitur. *Necesse est, ut esse munda studeat manus, qua diluere sordet curat, ne tailla quaque deterius inquinat, si sordida ipsa stercoreis, lutum tenet.* (2)

Manifestum proinde est, non patere effugio locum. Alterutrum horum eligendum: aut ponendus est facerrimus hic titulus Rectoris Animarum, aut laborandum ut eas præcedat Rector virtute genuina, inò virtute transcendente vulgarem, tot gradibus, quàm multis conditio Pastoris superat conditionem Gregis ab eo gubernati. *Tantum debet actionem Populi transcendere alio Praesulis, quantum distare solet à grege vita Pastoris.* (aa) Hac decempeda intervalum istud S. Gregorius dimensus est. Quanta ea foret ordinis perturbatio, si aliqua in Paroecia videre esset oves Pastore suo magis castas, magis patientes, magis dociles? Foret hoc non dedecore tantum & probro afficere Dei Ecclesiam, sed eam etiam destruere, sicut omnis Hierarchia rectè constituta, ordine perverto evettitur. *Vehementer Ecclesiam Christi destruit, meliores Laicos esse, quàm Clericos.* (bb) Sic sacri Canones; tonitru, quod consternare deberet omnes Clericos, quandocunque à Gradus sui conditione degenerarent. Quanto igitur magis attonitos reddere deberet eos, qui

R. P. Segneri *Disiunctio Parochi.*

vel ipsos inter Clericos supra ceteros eminent?

(a) 23. q. 4. *Debet homo.* (b) *Tit. 2. 7.* (c) 1. *ad Cor. 11. lect. 2.* (d) *Io. 43.* (e) 1. *Cor. 11. 1.* (f) *S. Tho. ad Tit. c. 1. 2. 2. q. 8. c. Cum Pastoris.* (g) *Arist. Probl. sect. 18. n. 23.* (h) *Prov. 24. 22.* (i) *Num. 11. 12.* (k) 2. *Mach. 3.* (l) *Ier. 31. 14.* (m) *Io. 10. 4.* (n) *Ezech. 34. 4.* (o) 1. *Pet. 5. 2.* (p) 2. *Thass. 3.* (q) *Pf. 30. 27.* (r) *Iob. 34. 30.* (s) *S. Aug. in Ps. 63.* (t) *Luc. 20. 47.* (u) *Zach. 10. 2.* (x) *Esd. 7. 10.* (y) 1. *Esd. 10. 1.* (z) 1. *q. 1. c. Necesse est.* (aa) *S. Greg. Past. l. 2. c. 1.* (bb) *S. q. 1. c. Qualis.*

## CAPUT XII.

### *Horrendum spectaculum, Pastor Animarum exempli mali.*

Portentum ingens Romæ quondam Idololatrarum vitium est, Canis barbara, qua catellos vix ex ipsa genitos devoravit. Vellem sanè crebro ulu non assuevissent oculi nostri malo tam detestabili, sic ut Christi Ecclesia non identidem cerneret devoratos à Parocho non uno illos ipsos filios, quos paulò ante Christo genuerat in sacro Baptismi lavacro, aut iterum genuerat Prædicationis ministerio, & Sacramenti Pœnitentiæ administratione; nec tamen ullo indicio dolorem suum proderet. Et tamen, quid agit tandem quicumque Pastor Animarum pravi exempli? aliudne facit, quàm quòd acerba nece perimat prolem tam nobilem? Certum enim verò est, si id unquam fieri contingat, facile credi posse, non esse in Mundo Peccatorem perinde ac iste est monstrosus. Ex

L

lineis

lineis rectâ unâ, curvâ alterâ scimus angulum constitui omnium, qui cogitari possint, minimum. E diverso ex gradu tam sublimi, qualis Pastoris sacri est, & vita â infami, qualis est Pastoris exempli pravitate alios offendentis, omnino cogitandum est formari abominationem, cui similis alia in loco sacro nunquam sit visa. Quod tamen maximi doloris causam esse par est, istud nimirum est, quod cum ejusmodi abominatione nunquam non extrema vastitas ac strages sit connexa. Quis enim unquam explicet clades, quas ejusmodi Animarum Pastor edit? S. Gregorius rem hanc cuilibet perpendendam reliquit, cum desperaret de ea calamo suo exprimenda: *Considerate quid de gregibus agatur, si Pastores lupi fiant!* Ego hîc conabor meliore quo poterò, modo perniciem hanc oculis obijcere, paucarum linearum ductu: hoc autem erit Basilisco speculum obijcere, ut suo se aspectu enecet; sed eo necis genere, quod ipsimet asserat salutem,

## I.

Jam ante consideravimus vim illam magnam, quâ pollet exemplum ad trahendos post se imitatores, non minorem illâ, quâ prædita est rota major in machina horologia, suis ponderibus animata, ad minores alias eodem secum impetu circumagendas. Nunc illud præterea addendum, quod, cum hæc pro- pensio nitatur ut plurimum modica ratiocinandi facultate, consequens esse, multo eam esse majorem respectu exemplorum pravorum, quàm rectorum; cum animi imbecillitati adjungatur im-

petus, quem ad illa addit confestim voluntas depravata, multo que magis malum, quàm bonum pronat. Quasi sicut malleus plus valet ad delatandum modico temporis spatio pulcherrimam è marmore statuam, quàm ad illam formandam, ita major semper erit exempli vis ad virtutem profligandam, quàm ad excolendam. Et quanquam vis communis sit cuicumque exemplo pro- vo, nemo tamen non videt, quanta major esse soleat in exemplo, quo peccant Personæ, quas venerabiles dignitas, sua doctrina æstimabiles tior re; dum istæ non docent vitiosum scelus, quod patrant, sed illi etiam obsecantiam adimunt; illum videlicet gerem, præ ceteris firmum, qui vitiosum tineat, ne publicas in vias erudiat, & omnem honestatem demergant. *Exemplum culpa vehementer extenditur.* (Sic Sacri loquuntur Canonici) *pro reverentia ordinis peccator honoratur.*

(a) Clarius hoc ipsum expellit Christus sanctam Brigittam ipse vitiosus dicitur, *Viso exemplo pravo Sacramentum Peccator fiduciam peccandi sumit. Et incipit de peccato, quod prius erubescere reputabat, gloriari.* (b) Mox erit qui dicitur. Si non dedecet Parochum in domi puellam, vel indignante Puella qui tamen eum videt quotidie, non præpeditum religione, increpantem litare Hostiam; cur hominem delectum qualis ego sum, dedecet, conseru familiaris cum ejusmodi foris peccati domi suæ, qui non nisi bis in anno cæsti illa dape pasci consuevit? *Quid dicitur decuit, cur mihi turpe putem?* *Augustinus*

peccata majorum sunt velut communis  
venia delictis minorum; nisi malimus  
illa dicere irritamenta universalia, ad  
illa sine pudore & metu perpetranda.  
Hinc est, quòd alicuius hominis Laici  
peccata sint instar globi, qui volvatur in  
plano: hic etiam unum alterumve obvium,  
dum ita volvitur, obterat, exigua tamen  
denique est strages, quam edit. At Sa-  
cerdos, multò que magis Sacerdos Pa-  
rochus, pravorum exemplorum, globi  
instar est, qui ob gradus sui eminentiam,  
in quo peccat, ex alto devolvitur; ac  
proinquis stragè describat, quam indies  
edit majorem? Si Sanctus Gregorius re-  
ctè sensit, alia major in Ecclesia non in-  
venitur. *Nullum puto ab alijs majus præ-  
judicium, quàm à Sacerdotibus tolerat  
Deus, quando eos, quos ad aliorum corre-  
ctionem posuit, dare de se exempla pravitatis  
cernit: quando ipsi peccamus, qui com-  
pescere peccata debuimus.* (c)

Et tamen, quæcunque hætenus dixi-  
mus, ijs etiam pravis exemplis commu-  
nia sunt, quæ indirecta appellamus, ijs  
inquam, quæ sic fiunt, ut facienti non  
sit propositum ullam Animam in lapsum  
impellere, sed etsi aliquæ cadant, sinun-  
tur cadere. (d) Quid proinde de directis  
erit pronuntiandum? Sed istorum for-  
tassis nulla à Sacerdotibus proficitun-  
tur. Si ita res se haberet, non quæretur  
tam acerbè Deus per Jeremiam: *Grex  
perditus factus est Populus meus: Pastores  
eorum seduxerunt eos.* (e) Ponamus Pa-  
rochum incipere agere aliquanto familia-  
rius cum femina honesta, identidem af-  
firmans, nihil se spectare pravi, amare  
illam ut sororem, reputare illam ut

columbam, quam vir crudeliter tractet:  
dolere se ejus vices. Sequantur subin-  
de post verba tam blanda, etiam mune-  
ra, non esca, sed subsidij nomine coho-  
nestata: muneribus accedant promissà  
de secuturis donis majoribus: promissis  
succedant juramenta sæpius repetita,  
quòd ipse, quiscunque demum casus tu-  
lerit, futurus sit ejus liberis pater, Or-  
phanis tutor; quòd ipse familiæ lites suis  
impendijs sit acturus; cuncta eorum ne-  
gotia gesturus ut sua, bona & possessio-  
nes defensurus, procuraturus sedulò,  
nequis familiæ eorum quidquam inju-  
riæ, quidquam molestiæ inferat: Deum  
immortalem! quæ tandem virtus,  
quod robur requiretur ad resistendum  
extremæ oppugnationi, cum illa admo-  
tis proximè machinis tentabitur! si ma-  
chinæ argenteæ, non magnæ, fortissima  
etiam munimenta sæpe aperiunt, an  
resistet muliercula debilis, emolu-  
mentis tam multis & speratis & percep-  
tis? Interim autem quam contra se Ju-  
diciis sententiam non metuat Pastor tam  
consceleratus, si pro eo, quòd sangui-  
nem pro paupere suo Grege fundat, stra-  
gem ipse edat? Enimvero necesse est non  
somno sepultum, sed planè mortuum  
esse, quem horrenda minarum divina-  
rum tonitrua non excitant! *Audite hoc  
Sacerdotes, quia vobis judicium est. Quo-  
niam laqueus facti estis speculationi, & re-  
te expansum super Thabor.* (f) Sive la-  
queo capiatur, qui per terram ambular,  
qui inquam jam aliàs peccato magna  
animi vilitate consentit; sive retibus in-  
trahatur, qui volat per aëra, hoc est, qui  
innocentiam, ad eam usque diem, ser-  
vavit

vavit illibatam, certum est, & hanc, & illam prædam, materiem fore iudicij severissimi contra capientem; cum & laqueus, & retia extensa fuerint in Thabor, monte excelso, monte electo, monte pluribus Mysterijs sanctificato: extensa inquam fuerint in gradu illo sublimi Sacerdotij, & ab illis extensa, qui eo sublati fuerant ob fines planè diversos; ut nimirum ibi consisterent tanquam in specula, ad providenda pericula Populi plus æquo incurrij, & ad eadem præcavenda. Qui ita se gerit, Sacerdotio utitur tanquam loco edito, ex quo propius contra Christum pugnet: *Sacerdotij dignitate, veluti armis quibusdam ad vitium abutitur.* (g) Et id agit versutus, ut sicut caput majus piscibus servit, ut tanto velocius & rapidius ferantur in profundum, cum natant; sic & ipsi Gradus sui excellentia & magnitudo servire oportune debeat, ut quam vult profundissime in vitiorum se abyssum immergat, quin quisquam ruenti ponere obicem possit. Et en, ille ipse, qui forsitan ante linguam hominis non habuit, quæ Populum doceret, paulò post eam habet plus quam serpentinam ad seducendam nunc hanc, nunc illam aut innocentem, aut incautam, qualiscunque demum fuerit; suggerendo liberè familiari in colloquio, Impudicitia labem inter mala minimum esse; omnes nos ex luto fictos, omnes carne constare: paratum eum in finem Pœnitentiæ Sacramentum, ut sit delinquentibus remedium. *Audite, igitur, Audite Sacerdotes, quia vobis iudicium est.* (h)

Narrat Cantipratenfis, hujus fursuris

Sacerdoti aspectabilem se præbuisse. Cum Petrum, vulgo, mulò; magis vultu minitabundum; & infesto ejus matris libro, Lege, dixisse, Lege infesta, potro moras nullas trahere. Atque cum aliter non posset, Sacerdotio sibi volumem; cum ecce primo obtutum in eundem deligenti illa occurrerunt verba. *Quando rediret, quas tunc exemplo aeterno supplicio demerit.* Brevissima hæc interrogatio fuit ipsius causæ suæ conclusio tam manifeste ut ad non expectandam sententiam quam prævidebat contra se fulminandam, cesserit mox Parochia administratione, & intra religiola septa, intra Sancti Bernardi legibus vivebat, obditus totum se addixerit emendationi paratâ vindictâ debitis; factis iudicibus, intra cellæ angustias citò pro se latere, quam procrastinando in igne æterni illa luere, non delere. Non videtur tamen ab hujus, si qui uspiam sunt, Sancti Parochis liber ejusmodi; nunc emendatione suo tamen tempore legi potest, licet illi characteres, quorum quidem opes in charta quam accuratissime formata legi tamen, nisi ad luculentum ignem, non possunt. Prope magnum illum, & æternum ignem, coram divini iudicis tribunali palam apparebit & impunitas, & sententia contra eum, qui non tantum tanquam servus piger non vigilans ad defendendam Dei Domum, sed tanquam servus nequam & perfidus in eadem modo constituto principem ad eum latrocinij infestandam. Videtur quomodi sententia primis velut lineamentis adumbrata esse in tremendis illis En-

SEGNE  
CONCIONES  
INSTRUCIO  
Pœnitentiæ  
Confessio  
Parochi

chielis verbis: *Tu autem profane, impie, Dux Israël, cujus venit dies in tempore iniquitatis profinita: Hac dixit Dominus Deus. Aufer Cedarim, tolle Coronam. Nonne hac est, qua humilem sublevavit, & sublimem humiliavit? Iniquitatem, Iniquitatem, Iniquitatem ponam eam.* (i) Quid hoc est aliud, quam repræsentare iudicium Pastoris Animarum, qui sit quidem *Dux Israël*, sed dux ad exitium, & idcirco profanus erga Deum, impius erga gregem: *profanus, impius*. Ubi ad præfinitum terminum impietatis suæ perverit: *Cum venerit dies in tempore iniquitatis profinita*, necesse erit, ut deponat Sacerdotalis gloriæ stolam, atque ita *auferat Cedarim*: quin & Rectoralem ponat gloriam, tollat coronam: gloriam quæ quantum extulit modestos, tantum audaces deiecit: *Nonne hac est, qua humilem sublevavit, & sublimem humiliavit?* Et hinc hæc dicit Dominus Deus, antiquam suam gloriam, quæ illa & qualiscunque demum fuerit, videbit miser, velit nolit, mutatam in iniquitatem. *Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam.* Ut vel in hæc reperita iniquitate cognoscatur summa monstrositas mali, in tali vitæ gradu admissi, vel ut intelligatur insolens planè ejus malignitas; malignitas, quæ ictu uno tres feriebat, Sacerdotem, Populum, Deum.

II.

Non erat mihi animus hoc in capite de illo loqui, qui hæc leger: meliora si quidem mihi de illo promitto: ac proinde nec quidem cum illo sum locutus. Si tamen, quod bonus Deus avertat, quis

deprehenderet, se quoque exemplis non optimis gregi suo præire, & vitam vivere, quam me vidit in alijs, cum augurijs horrendis, detestari, sanè quam studiosè rogo, ne verba mea velit explodere tanquam prognosin Medici magis funestæ, quam reverentis: neque enim scio an simili dein ratione explodere possit Christi Servatoris auguria. Cujus tandem sunt illa verba: *Va homini illi, per quem scandalum venit!* Et si væ homini, qui præter hominem habet nihil, quanto magis *Va Sacerdoti! Va Præsuli! Va Pastori!* Si quidem hi, quicunque demum sunt, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. (k) Et verò quomodo non sint? Etiam Loth, eum incendium jamjam imminens suis prædiceret familiaribus, delirare ijs vilis est! *Vilus est eis, quasi ludens loqui.* (l) Et tamen paulò post, flammis subito involuti absumptique ne tantum quidem nacti sunt temporis, ut vivi suam deplorarent incredulitatem; imò ut ne quidem cognoscerent. Quanto igitur re-ctius sapiet, rebusque suis magis consulat (si tam parum etiamnum trepidat, qui tanto deberet horrore percelli) quanto inquam melius rebus suis consulat, qui non à me, sed ab Eusebio profectam admonitionem securus fuerit: *Qui cum plurimorum destructione se perdidit, cum plurimorum adificatione se redimat.* (m) Si inquam, quod Deus avertat, qui legit hæc, unquam fuisset naufragij scopulus Animabus, suæ curæ creditis, studeat confestim mutari in tutum receptaculum salutis. Si in tuto locaverit salutem Animæ alienæ, suam quoque in



tuto locabit; aliàs nequaquam. Erigat denuo Templum illud, quod verba ipsius malè confuta, aut mores ad rationis normam non compositi, infelicer forsan everterunt. Assiduus deinceps sit in Dei verbo explicando, in admonendo, consolando, Sacramenta magna sedulitate cunctis administrando, quicumque illa desiderâcint. Ferventibus apud Servatorem suum Jesum preceibus instet, ut sua ille manu reparare dignetur in sua Vineâ, quod ipse forsan, ranquam aper aut ferociens, aut injuriosus vastavit: & verbo, aggrediatur rem ferio confessione noxarum à primis confessionis annis repetita, imò etiam plurium dierum, sacris & spiritualibus exercitationibus impendendorum, secessu: inchoet, dico, omnibus præbere exemplum ferio Pœnitentis, plus quàm antea præverat exemplo noxiè audacis. Sic securus erit, de non concitanda in se divina Justitia fulminatrice, & de ejus supplicijs. *Quid decipit justos in via mala, in interitu suo corrumpet.* (n)

(a) *Dist. 8. c. Nemo* (b) *l. 4. Revel. c. 32.*  
(c) *S. Greg. hom. 17. in Ev.* (d) *S. Th. 2. 2. q. 43. ar. 1. ad 4.* (e) *Jer. 50. 10.* (f) *Os. 1.* (g) *Isid. l. 2. Epist. 21.* (h) *Cantip. l. ap. c. 2.* (i) *Ezech. 21. 25.* (k) *11. q. 3. c. Præcipue* (l) *Gen. 19.* (m) *Euseb. hom. 10. ad Mon.* (n) *Prov. 28. 10.*

\*\*\*\*\*

### CAPUT XIII.

*Quibus exemplis ducere suos Pastor debeat, in ijs impijs, quæ ad Dei cultum pertinent?*

**T**Ria spectare debet Pastor, magistro Angelico, in Gregi suo animatam

se præbeat normam operationum labdabilium. *Quadam*, ait ille, *videtur ad Deum, quadam ad Præmum quadam ad se.* Cum præinde hæc quoque omnia spectare debeat Pastor, hunc libellum evolvens, ordinetur primo.

#### L

Religio prima est in ceterarum virtutum Moralium choro (etsi hic tamè numerosus) nec ullam sequitur, præter solas tres, quas Theologica dicitur. (b) *His cedit*, quia ipse non solum sine habeat Deum, ut habet etiam Religio, sed etiam circa eundem versatur in cunctis suis actibus; Aquilam videtur, in solem sæpè rectè oculos dirigentium. Præcedit reliquas omnes, quia si ipsa non in cunctis suis actibus ad Deum versatur, sicut Theologica, præcedat tamen, quod post Deum omnes creatas omnes est præstantius, cultum sequamur, divina ejus & excellentissimæ Majestati debitum. Et adhuc illa cultum ordinat totum hominem, ut actibus suis proprijs, quos elicitos dicitur, aut reliquarum virtutum minori, & subdito agmini imperatis. Hoc unum ita est, decet Pastorem ante omnia libèlitate agere, ut gregi suo Religiois Magister ac Doctor, non verbositate sed & exemplis. *Tu eris Populo in his quæ ad Deum pertinent.* (d)

Et ut rem à primis principijs deducamus, supponendam virtutem Religiois speciem quodammodo esse iustitiam, ductu & imperio servamus Deo, quæ ipsi conveniunt omnia, si tantum quantum ipse mesetur (id quod facit)

SEGNE  
CORONATIONES  
INSTRUMENTA  
Pœnitentia  
Confessio  
Parochi

zates nostras excedit) saltem quousque istæ se porrigunt; ea agendo præstandoque erga ipsum, quæ & parte una testentur infinitam magnitudinem, quæ emittet, (e) parte verò alterâ subjectionem, ac servitutem, quæ nos ipsi agnoscimus esse devinctos. Sunt autem actus isti duplicis generis, ut eos Sanctus Thomas distinguit, cujus est omnis hæc doctrina: interni alij, ceterorum principes, externi reliqui, prioribus subordinati. (f) Interni sunt adorationes spirituales, orationes, obsecrationes, omnisque alij affectus pii, diversæ omnino sortis, & cuilibet aliis satis jam perspecti. Externi sunt adorationes, corporis gestibus exhibitæ, Psalmodia, Sacrificia, Oblationes, & alij generis ejusdem, quibus Ritus Sacri constituuntur. In omnibus autem his actibus, cujusdemque sortis sint, præcedere gregem suum Pastor debet, si modò vult, ut hic ipsum imitando sequatur. *Antecæ vadit, & oves illum sequuntur.* (g) Quare res ipsa postulat, ut imprimis & crebrâ librorum Asceticorum lectione, & attenta Meditatione eorum quæ legerit, concipiat Pastor summam divinæ illius Majestatis æstimationem, uti & sanctitatis, meritorum ac Miserationis Christi Jesu, & officiorum, quibus ille nostrâ causâ nunquam non fungitur; virtutum item omni comparatione majorum sanctissimæ Virginis: necessitatis, quæ ejus tam potenti patrocinio egemus; ut & illius, quo juvare causam nostram possunt beati Cælestes alij, Dei amici; ut similem æstimationem omnium horum imprimere, alique inculpere suorum animis possit; id enim

ni fiat, quam tandem & quam distinctam figuram exprimet sigillum debile, & cui non nisi superficie tenus impressum sit, quod deberet exprimere? Hoc autem agendo animabitur, quod in virtute Religionis internum, & magis præcipuum est.

Ad externa dein quod attinet, perpendendum est, quòd et si Deus sit Dominus rerum planè omnium, & dominio quidem ex omni parte perfectissimo: *tua sunt omnia*; sunt tamen aliqua, quæ ipse præ alijs suo cultui destinavit: atque hæc, nisi cum gravi Dei injuria deesse partibus Religionis volumus, intacta omnino ipsi servanda ac præstanda sunt. Ut *Æternus*, omnium temporum ac momentorum Dominus est: plurimos tamen dies hominis permittit arbitrio, quibus commodo suo laboret: sacros tantum & festos sibi servat. Ut *Immensus*, Dominus est locorum omnium: ceteris tamen mortalium habitationi relictis, sola sibi Tempa vendicat. Ut *Creator*, Dominus est hominum omnium & singulorum; quin & bonorum, quæ possident, omnium, omnium fundorum, fructuum omnium, & quidquid eorum bono ipsemet produxit. Et tamen, si homines spectemus, eos tantum retinet, qui ejus obsequio aut Ordinis sacerdotalis, aut Votorum, quæ Religiosa appellamus, nexu consecrati sunt. Si autem externa attendamus bona, non alia ex his sibi servat, quam illos reditus, illam suppellectile, illa alia dona, speciali fidelium suorum studio ac voluntate ipsi dedicata. Hæc autem jura omnia, ut quod æquissimum est, intacta Deo ser-

ventur, oportet Sacerdotem præire Populo exemplis aspeçtabilibus; si enim Navis magna lentè in itinere progreditur, quam illa post se trahit, scapha velociùs non curret.

## II.

Hinc ad dies Sacros quod attinet, certum est debere Pastorem, ut antiquissimus Ecclesiæ mos fert, die Dominico eos promulgare, nequis ignorantiam prætere possit, quando illos cum populi offendiculo non servat. (h) Et quamquam, cum gravis quædam causa id exegerit, permittere suis Pastor possit, ut horum dierum aliquo necessarijs laboribus defungantur, sciendum tamen, id rite atque ordine non fieri, cum ad magistratum sacrum altiore, Episcopum inquam, accessus pater. (i) Neque, cum hic abfuerit longiùs, in Pastoris potestate est hoc generatim permittere, sed tantùm in casibus singulis, qui acciderint: qui præterea prudenter attendet, ne ubi dierum sacrorum observatio viget, eam ipse suâ indulgentiâ remittat; ubi verò minùs accuratè servare illos mos est, sensim suos intra fines eam libertatem cogere laboret; suaviter tamen potiùs, quàm asperè, & summo jure utendo, magis monendo, quàm minando. (k) Quæ est generalis ratio abusum quosdam communes abrogandi. Proinde ubi dubia, & non manifesta fuerit laborandi necessitas, id agat, quod dictabit prudentia; magis tamen ad benignitatem, quàm rigorem propendendo: idque hanc ob causam, ut qui ejusmodi die laboraverit, id potiùs agat ob gra-

tiam laborandi, legitima auctoritate factam, quàm proprio arbitrio, ab eo, qui quid fas esset, vel nesciebat, vel non curabat, arrogatam. Expedio præterea, ut quàm sæpiùs pro Concione Pastor Populo inculcet, quàm æquam, & rectæ rationi consentaneam sit, quæ sit Iustitiæ; ne auferatur Deo ullus ex precorum dierum numero, quos per annum decursum suo ipse cultui servavit, ut tanto dein largiùs benedicat laboribus reliquorum, qui numero tanto maiorem hominù emolumentis concessi sunt. Sed qua fronte, quæ dicta sunt, ille faciat Pastor, qui ijs, qui Ecclesiæ commode laborant, permiserit, ut etiam diebus sacris laborent, eo solùm titulo, quò laborent pro Ecclesiâ? hic sanè titulus solus non sufficit. Unde debet Pastor pari ipse legem, quam ad amissionem servati ab alijs. *Patere legem, quam ipse tuleris.* (l) Boni Ducis est, Davidem imitari, qui ut ad ferendam suam militiam animaret, quo omnis exercitus rite se gerere disceret. (m) effudit aquam tum ardentè concupitam, tum, cum iam propè labris illam contigisset. *Nolo habere, sed libavit eam Domino.* (n) Quasi autem præter cessationem à laboribus, quod est nihil contra eorum sanctitatem agere, adjungenda etiam sunt aliqua, & Religionis opera diebus ejusmodi exercenda, quomodo exiger Pastor, ut ad hoc magno numero & studio constent Populus, si ipse in ijs deficit; imò vix per se Sacro aliò se confert, & vel venatione, vel ludo, vel convivijs, & alijs similibus oblectamentis tempus transigit, semper conditione Pastoris malè decentibus, diebus

SEGNE  
Concionibus  
Instruere  
Poenitentia  
Confessari  
Parochia

autem sacris quam maxime? Discet magis Populus exemplo Pastoris relinquere Ecclesiam, & ejus loco accedere tabernas publicas, trivia, choreas ac saltus; nec enim sperandum est minores cervos naratu superaturos flumen, quando dux ceterorum ripas otiosus obambular.

## III.

Ad Tempa deinde quod attinet, omni studio ac ardore laborandum est Pastori, ut ibi locorum quam religiosissimè colatur Deus (sicut par est Principem suo in Palatio præquam alibi observari) & ante omnia inde exulet otiosa garrulitas, colloquia & negotia profana, tumultus, joci, indecora alia, sacris legibus ibi locorum vetita; atque hæc etiã est reverentia, quæ omittendo quæ non decent, exhibetur. (6) Cui jungenda est altera, quæ exercitet locis illis sacris propria, & quibus illa sit destinata. Hæc autem quâ ratione obtinere possit Pastor, qui ex eorum esset numero, qui per Templum aperto etiam capite liberè & nullo respectu obambulant, perinde ac si Templum servire sibi vellent pro ampla aula, quam in angustiis suis adibus desiderant: si ex numero illorum, qui in ipso Temple (quod tamen Aulae Cælestis velut vestibulum est) liberius colloquuntur, & garrunt, quam id facerent in officina alicujus fabri, aut figuli? aut si ex illis, qui horarum Canonicarum pensum ad fores Templi persolvunt, identidem alternando colloquia, nunc cum Deo, nunc cum transeuntibus; illorum semivultorum more, qui secundam lucida,

*R. P. Segneri Infirmo Parochi.*

quæ habent intervalla nunc aliquid profanis, mox pro infanis agunt? An hoc esset, speculum se constituere imitationis pro illis, qui nondum edocti rationem colendi in locis sacris Dei, ex solo Pastoris sui aspectu eam deberent condiscere?

Ad alterum quod spectat, quam æstimationem vult Parochus, ut de Corona sanctissimæ Mariæ, per repetitas salutationes Angelicas texenda, subditi concipiant, si advertant, quod quoties id ipse cum suis facit, præ quovis alio, Cursoris instar veredarii, properet, semper ad ejus finem anhelus? An vult, ut eorum è vultu & oculis in ea corona texenda tener quidam pietatis sensus eluceat, cum ejus ne umbram quidem in Parochi sui vultu unquam notarint? frustra est hæc sperare. Aquilarum pulli, teneri etiamnum, vires omnes ad volandum contendunt, sed cum volantes præit mater. Quod si etiam inter se accusantium confessiones excipiendas assideret quis, ut nonnulli assolent, vestitu decurrato, qualis venatoris est, hinc tabacci pixide, inde stabello auræ refrigerandæ instructus, quam is vellel venerationem inde formati Sacramenti tam prodigiosi, quale est Pœnitentiæ? Quantâ etiam erga divinissimum Eucharistiæ Sacramentum reverentiâ eorum animi implerentur, si dum illam Sacerdos accumbentibus ministrat, nunc in hunc, nunc in illam, curiosum obtutum defigeret? An is defiderat, quemquam ad epulum illud accedere ritè præparatum, aut suis ante precibus, aut pœnalibus peractis operibus, si videat Parochum ad se apud Sacerdotem

M rem

sem alium accusandum, ipsum sacrificij peragendi tempus expectare, & non semel stantem, & jam sacris indutum vestibus retro altare confiteri, perinde ac si hic demum habitus reum deceret? Enimvero hoc esset exemplo suo non reverentiam tantorum Mysteriorum, sed eorum contemptum, & ludibrium docere.

Deinde si ipsos Templorum muros omnis ornatus ac splendor decet, illius Majestatis reverentiâ, quâ plena sunt, quid tandem esset videre illos, non nudos, quod citra reprehensionem esset, sed opertos pulvere, denigratos, squalore obritos, & locatos nonnunquam non araneis tantum, sed & hirundinibus, ut suos ibi nidos impediendo nemine construant? An sacro quodam horrore & reverentiâ loci sacri, attoniti quodammodo stare poterunt subditi, si illum stabulis suis non multum ab similem viderint? Idem dicendum, si viderint vestes sacras tam malè factas, tam malè custoditas, ut profanis citra ullam controversiam & ornatu & pretio cedant; multo que magis, si ipsa Divorum lypšana aut serventur in cistis, quas corraserint tineæ; aut prostent in Altaribus sine lumine, sine cultu, sine ornatu, qui ea vel tantillū distinguat à squalidis ollium receptaculis hominum plebeiorum. Nec tamen hæc sunt maxima negligentia & incuria Parochorum argumenta, si enim & sacra Pixides, & Calices, & pannialtaris ac calicum linei, & omnia alia sacrificantium suppellex (quam inter præcipuè sunt Instea Christi corpori subalterni solita) tam sit sordida, tam

immunda, ut peregrinus aliquis prolo religiosior Sacerdos sine ostendi divini Numinis metu ipsi non stineat, quomodo vult tandem Parochi ut majori divini mensam reverentiam populus prosequatur, quam sanctam mesticam? Præterea dum supplicem ad loca sacratiora Populus ducit, libentius garrere ac ridere Sacerdotum quam de plebe quemlibet, aut contra sese subducere, ne cui cedere cogit cum quo de loco priore ipsi contentus est, quostandem pietatis erga funditus has sacras sensus & igniculos etiam poterit? Et quamquam defectus non alij, non minus memorandi, ut non procumbere in genua, cum de paræ salutandæ signum are campo ter de die datur, imò ne curare quod ut hoc signum detur; non meminit Dei, nec cum ad mensam accubant bene precando, nec gratias vel vota persolvendo, cum à summo cibo largitur; Noxarum condonationes seu indulgentias nullo loco ducit, dum nec ipse Pastor, quæ istæ requirunt, paratim peragi à suis curat, aut ignorat, aut eorum obtinendarum desperationes quamquam, dico, hæc & similia peccata prope non pertineant ad cultum Deo in Templis debitum, non tamen non debent etiam summè dedecent eum, qui quod loco esse deberet *Currus Israel*, & *Angeli eius*. (p) Sic ut non solum ad Calicem hat subditos, ut Auriga, monentur docendo, sed ut eos etiam doceat exemplo, tanquam Currus.

IV.

Quod denique ad personas Divorum

SEGNE  
CONCIONES  
INSTRUCIO  
POENITENTIA  
CONFESSIO  
PAROCHIA

pertinet, dubium non est, quin incumbat Parocho, curare ut hæc, siue præsens ipse sit, siue absens, à subditis reverenter habeantur: cum ad eos maximè, qui gradu supra ceteros eminent, pertineat, minores magno amore protegere. (g) Hoc autem quâ ratione obtineretur, si gradu & dignitate superior perpetuis rixis dissideret ab inferioribus, contumelijs eos afficeret, de ijs detraheret, & sine tantillum quidem in ratione cum ijs agendi officijs; humanitatis à quocunque Laico distingueretur? Cupio equidè, ut manu una tubam Pastor teneat, instar Gedeonis, contra tam varios Ordinis Clericalis contemptores; sed ubi alterâ in manu fax est; hæc sine non proffigantur Madianitæ; Quid hic sibi loquendi modus vult? Non satis est alio re è loco invehi in Laicos, eos reprehendere, rusticitatem exprobrare: oportet simul splendere exemplo, ostendendo factis ipsis, quomodo personæ Deo consecratæ sint tractandæ. Solus clamor terret neminem. Sic etiam ut subditi volentes lubensque satisfaciant legatis pijs, & bona fide solvant decimas, primitias, proventus, & cuncta illa, quæ Parocho Dei personam referenti debentur; res postulat, ut Pastor ipse quoque magnâ curâ ac diligentia satisfaciat obligationibus offerendi Sacrificia, aut efficiendi, ut ab alijs offerantur, prout consuetudo tulit: in ipso sacratio catalogum earum obligationum proponendo, ne quis de fide & cura ambigat. Sic tueri licebit Christo Servatori jura omnia, quæ ut Reparator noster ab unoquoque nostrum sibi comparavit, dum ceteris nor-

ma ostenderetur, hæc jura præstandi, Primi cali motu circumaguntur orbis inferiores, ut nemo nescit: non tamen sequerentur hi, nisi illud præcederet, Pastori verba non sufficiunt: opera desiderantur. Id enim si fiat, quomodo implebitur, quod Deus Populo suo promissit, cum dixit: *Erunt oculi tui videntes Preceptorem tuum?* (r) Professores in Scholis publicis, siue Sacra istæ, siue profanæ sint, si loquuntur, partes muneris sui omnes implent. Non ita se res cum Præceptoribus Ecclesiæ habet. Videri isti etiam magis debent, quam audiri: hi enim non docere solum Christianam plebem debent; sed etiam movere. Quomodo autem movebunt, si factis verba non respondeant? *Sacerdos qui in Regno calorum vult esse magnus*, (sic B. Petrus Damiani asseruit) *fit in Populo prævius, ut quod voce se sequentibus dicitur, primus ipse vivit operibus impleat.*

(a) 1. ad Tim. c. 4. l. 3. (b) S. Tho. 2. 2. q. 82. art. 3. (c) S. Th. 2. 2. q. 81. a. 1. ad 1. C. ar. 4. ad 1. (d) Ex. 16. (e) S. Th. 2. 2. q. 60. ar. 30 in c. C. 2. 2. q. 61. ar. 5. ad 3. (f) S. Th. 2. 2. q. 81. a. 7. C. q. 84. ar. 2. (g) Io. Io. 4. (h) dist. 3. de Consecrat. c. Pronuntiandum. Barb. de offic. Cur. c. 10. (i) Suar. de Relig. 10. 1. l. 2. c. 23. Aror. Instit. 2. p. 1. c. 20. q. 6. (k) dist. 4. 4. c. Cotimesationes. Possen. de offic. Cur. c. 12. (l) c. Cum omnes de Constitut. (m) Ambr. in Apolog. Dav. (n) 2. Reg. 23. 16. (o) Trid. sess. 22. de obser. C. evit. V. Barbosa de offic. Cur. c. 13. Suar. de Relig. 10. 1. l. 3. c. 1. (p) 4. Reg. 2. 13. (q) dist. 88. c. Defensores 6. q. 10. c. Sacerdotes (r) 4. 30. 20.

MS (H) 34

M 2

CA.

\*\*\*\*\*  
**CAPUT XIV.**  
*Qua reverentiâ internâ*  
*perinde, ac externâ Parochus in*  
*tremanda Missa Sacrificio uti*  
*debet.*

**S**acrificium istud jure merito automa-  
 tice appellandum est *Opus Dei*, (a)  
 cum sit totum divinum. Divinum est  
 propter causam effectricem, divinum  
 propter medium quo efficitur, divinum  
 propter finem ad quem efficitur. Causa  
 effectrix Deus est; solus enim ipse virtute  
 sua, nullis definita limitibus mutare po-  
 test substantiam panis ac vini in substan-  
 tiam ac Corpus Servatoris. Divinum  
 estratione medij; quia solus Deus, hu-  
 manam induendo carnem poterat se  
 constituere victimam æqualem divinæ  
 Majestati, cui illa immolatur ad abolen-  
 das injurias ipsi illatas. Finis denique  
 Deus est; neque enim cuiquam alteri,  
 præterquam Deo, debentur victimæ.  
 Ad Sacrificium proinde istud, tanquam  
 ad centrum veræ Religionis, propius  
 aut longinquius referuntur omnes planè  
 Ecclesiæ Ceremoniæ: & ad hoc ipsum,  
 tanquam ministerij sui centrum, à Sa-  
 cerdote referri deberent omnes suæ cu-  
 ræ, ut gravissimo illi sacra Synodi mo-  
 nito obtemperet: *omnem operam, ac di-*  
*ligentiam in eo ponendam esse, ut quantâ*  
*maximâ fieri potest interiore cordis mundi-*  
*tiâ, & puritate, atque exteriori devotionis*  
*ac pietatis specie peragatur.* (b) Tres au-  
 tem potissimum intervenire ea in re abu-  
 sus possunt, tanquam magis repugnan-  
 tes, non ijs tantum, quæ spectat S. Sy-

nodus, sed quæ vel ipsa operis tantæ  
 natura exigit: sunt autem sacrificii  
 nimia cum festinatione, sacrificium  
 consuetudine, sacrificare cum gratia  
 conscientia. Atque hoc abutitur Pa-  
 stor quilibet, tanquam Fidei Magister  
 summo planè studio vitare debet:  
 enim nî fieret, & subditi omnibus  
 peccare Parochum cernerent, quæ  
 verum in ijs erga Mysteria tam abo-  
 randa reverentia excitari possent. In  
 nus familia Domini status & ordo ma-  
 ait eadem Synodus, si quod requiritur  
 corpore, non inveniantur in capite. (c)  
 propterea quamvis abusus hi, quos  
 testabor, omnibus planè Sacerdotibus  
 communes sint, non visum est tam  
 omittre in Institutione Parochorum,  
 ut eorum quisque sic fecum ratio dicitur.  
 si morbos hos tam procul esse de  
 qualibet parte corporis, quanto longius  
 à capite eos habere oportebit?

**I.**  
 Et verò gravis abusus, quem non se-  
 mel in aliquibus ex Sacerdotum ordine  
 observamus, ut gloriosum sibi ducant,  
 quam citissimè se in sacro dicendo  
 dire, si divinæ gloriæ studium in nobis  
 non jam moribundum, sed planè ex-  
 stum non est, tantum non exanimet  
 necesse est. Aderat sacro, quid dicitur  
 quis Sacerdos parùm sanè religio-  
 ciebat, magnus ille Dei servus Joannes  
 Avila, quem Sacerdotum normam  
 me opinio non fallit, seculo præterito  
 præterito Deus esse voluit; aderat, in  
 quam, & intus urebatur. Cùm post  
 ferre non valens illam sen Inhumana  
 tem, seu indignam agendi rationem quæ

SEGNE  
 Concionibus  
 Instruere  
 Poenitentiam  
 Confessari  
 Parochus

videbat tractari Corpus sui Servatoris, perinde ac si non aliud, quàm libum, aut frustillum panis esset, surrexit, & Altari modestè propior factus, simulans se cereum ad latus pendentem erigere, ad sacrificantem se convertit, qui tam ipsùm sacram Hostiam in linteum reponebat, voce submissa quidem, sed vultu ignem spirante, sic eum affatus. *Tracta illum reverenter; est enim filius Parentis nobilis, & nobilis matris.* Valuit monitio hæc tam suavis ad suffundendum salubri pudore Sacerdotem; qui proin mox à peractò Sacro ad genua prudentis sui monitoris provolutus, eum deinceps animi sui arbitrium constantem, & melioris vite ducem elegit. Agnoscimus hinc causam, ob quam Filius Dei hac ætate tam inurbanè tractetur; quia nimirum, vel non cognoscitur; vel non perpenditur, quis ille tandem sit? Et verò si Missæ Sacrificium aliud non foret, quàm mortis à Christo Servatore pro nobis obitæ simulacrum, an non tamen pessimè festinatione tam rustica representaretur? Videmus equidem sinistros magnorum viroꝝ casus quotidie in Tragœdijs magna majestate, verborum, gestuum, vestium pompa atque apparatu, spectantibus obijci: quâ proin ratione æquum esset representari Cruciatu ac Mortem Filij Dei, non jam theatri in pegmate, sed in Altari, etsi Missa aliud non esset, quàm mortis olim exantlate tragica representatio? Et tamen non umbratili solùm in ludo scena hæc restauratur; sed reperitur: nec enim Missæ Sacrificium imago tantùm est, & ectypon, sed verum prototypon, velut denuo prælo

subjectum, Tragœdiæ quæ unquam in Mundo data sit maximæ, Reparationis inquam humanæ. *Quoties hæc hostia recolitur, opus nostræ Redemptionis exercetur.* (d) Et sit qui existimet Tragœdiam hanc rectè minore cum gravitate peragi, quàm ab aliquo histrione fictas inter lacrymas Didonis, aut Drusi tristes exitus represententur? Si Laicorum non nemo, attonitus levitate alienius ex horum Sacerdotum numero, ex me quereret Tertulliani verbis, quæ ad rem præsentem egregè faciunt: Quid facit hic? *Sacrificat, an insultat?* (e) Ego profectò quid querenti reponerem, non invenirem. Cogitet secum, quisquis hæc legit, quid demum ipse esset responsurus.

Nec quidquam ad excusandum abusum ejusmodi valet, dicere; illos, qui sacrificanti adsunt, tædio affici, cum is paulo diutius eo in opere moratur. Sanè tædium ejusmodi tunc magis veniè dignum videri debuisset priscis illis seculis, cum multo plus temporis, quàm modò, sacrificando infumebatur. Et tamen S. Augustinus tenere se non potuit, quò minus acerbè quereretur, & tædium ejusmodi, tanquam rationi non consentaneum, in sui temporis hominibus vituperaret. *Dns veniunt ad Ecclesiam, inquit, non sumi devoti ad laudes Dei, sed cogunt Presbyterum ut abbrevies Missam, & ad eorum libitum cantet.* (f) Quanto justius de tædio ætatis nostræ quereretur, si tædium suæ tam molestè tulit? Quæ proinde ratio hodie habenda tædij tam non justij? tam non justij, inquam. Nec enim ignoro, non decere sacrificantem privatæ suæ teneritudini,



& pio sensui sic indulgere in publico, ut pietatem alienam turbet potius, quam promovet. Hac causâ motus est S. Gregorius ad contrahendum Missæ spatum, & Psalmis, qui toti olim initio Sacrificij canebantur, unum duntaxat substituendi eorum versum. Quis tamen non videt, malè, & non justè cupere Populum, ut ætus Religionis supremus, qualis est inventura Sacrificium, ea peragator festinatione, ut jam sit ludibrium & contemptus Dei, quod summi obsequij loco ipsi exhibetur? Alia intrinseca, alia extrinseca quodammodo Sacrificij longitudo dici potest. Intrinseca, ut sic illam appellemus, illa est, quæ ex ipsa rei natura requiritur ad pronuntiandum distinctè, orandum attentè, operandum decenter id, quod in ejusmodi functione sacri Ritus præscribunt. Extrinsecam illam dico, quàm suo quisque arbitrio priori illi potest adjungere. Demus igitur, posteriorem hanc cavendam, quantum potest, ne tædio præfentes afficiantur. Prior certè illa omitti sine noxa non potest. Quid interest, si Populus doleat? injustè dolo. An Regum, aut Principum Convivia finiuntur citiùs, festinantur inordinatiùs, quia Circumpedes, quia Ephebi non sine incommodo adstant? Ad me quod attinet, profusè mihi persuadeo, rationem sacrificandi, quam non unus tenet, omnis expertem reverentiæ, à Tribunali divino multandam supplicio gravissimo, respondente nimirum delicto, quod admittitur in indecora, & omnium oculis exposita genuflexionum, Crucum, cæremoniarum aliarum festinatione, quæ

manifestum est modicæ fidei argumentum. *Male dicitur qui facit opus Dei negligenter.* (g)

Cogitemus unum esse in toto Mundo Sacerdotem, cui quotidie litandum esset ad quatuor illos fines, ad quos tam nobile Sacrificium est institutum: ad exhibendum nimirum Deo cultum nomine totius humani generis in Deum cadentis: ad gratias agendas pro beneficijs, & numero infinitis, & magnitudine immensis, quibus nos identidem cumulatur, & quæ nobis deinceps pollicetur: ad satisfaciendum pro injurijs innumeris, quæ post tot accepta ab eo beneficia, à nobis ille vicissim accipit: & tandem ad impetrandum è cælo largum imbrem benedictionum, loco maledictionum & subminum, quæ meremur. Cogitemus, inquam, unum esse ejusmodi totius Mundo Sacerdotem, & illum tamen in peragendo Sacrificio rusticissimâ illâ inurbanitate, quâ nunc non unus tantum Sacerdos litat, an non effrons iste impudens mereretur nomen non Parentis humani generis, sed Inimici? Nunc, cum tam multis commune Deus esse voluerit officium tam divinum, an contentus esse debet, ut vicissim tam inhumaniter, tam irreverenter habeatur, & sic pro tot beneficijs satis sibi reddimus existimet? Credat, qui volet. Multitudo eorum, in quos beneficia conferuntur, nihil ijs detrahit; nec minorem extigit gratitudinem, sed majorem. Omnis proin Sacerdos, ut animis suorum ab infinuat veritatem tam æquam, tamque proficuum, ita se gerat, cum ad Aram accedit, tanquam si unus ac solus esset in

SEGNE  
Concordes  
Instruere  
Poenitent  
Confessari  
Parochi

Mundo, constitutus ad sacrificandum supremo Numini vice ac nomine totius rerum universitatis.

## II.

Akerabufus, priori non multum ab-  
similis, est sacrificare *ex consuetudine*,  
quod idem est, ac sine ulla præparatione,  
sine gratiarum, à Sacrificio peracto,  
actione; sic ut appareat aliud sacrificando  
non queri, quam stipendium. Obser-  
vatum est; homines eum nascuntur, su-  
periore sui parte majores esse, inferiore  
minores: subinde, cum crescunt, cre-  
scentibus partibus inferioribus, decre-  
scere superiores. Prima Sacrificia à  
Sacerdotibus non sine aliquo pietatis  
sensu peraguntur: deinceps autem sen-  
sim ita redduntur usitata, ut, præpa-  
rationem spectando, nihil jam differant,  
audito horæ sono, accedere ad mensam  
cælestem, & accedere ad mensam pro-  
fanam. Hinc plurimos videas Sacer-  
dotes, quotidiano divini epuli usu nihilo  
fieri meliores, & dape pastos Angelica,  
nunquam pertingere ad mores huic re-  
spondentes alimonix, sed meros homi-  
nes, imò ne homines quidem remanere.  
*Calcabis olivam, & non ungeris oleo. (h)*  
Libenter quærerem ex magna parte Sa-  
cerdotum, jam provektorum in sui gra-  
dus ministerio; an non, cum Laici et-  
iamnum essent, melius præparati ad cæli  
panem sumendum accesserint? Non pu-  
to negaturos: certus enim sum, quòd  
priùs perpendere soliti sint, quid essent  
acturi, curarintque, ut ritè essent præpa-  
rati. Quæro proin ulterius, cur nunc  
aliter nos geramus, cum viciniore su-

mus Deo? illi inquam, cujus Majestas,  
si sacratum testimonio Literarum terri-  
bilis est omnibus, multo terribilior est  
ijs, qui proximè ipsum circumstant &  
coronant. *Terribilis super omnes, qui in  
circuito ejus sunt. (i)* Videtur nobis, per  
gradus, ad quem evecti sumus, sublimi-  
tatem licere intra cordis nostri sinum  
admittere Deum sine ulla reverentis ani-  
mi significatione; & tamen tantum abest,  
ut hæc dignitas quidquam in nobis de-  
beat imminuere de summa reverentia, ut  
geminare potiùs illam debeat; cum jam  
non admittamus tantum Deum intra si-  
num nostrum, cum sacro epulo pasci-  
mur, sed nostris etiam verbis illum Cælo  
evocemus, & evocatum tanquam victi-  
mam victimarum nobilissimam Patri  
Cælesti offeramus. Interim, si teme-  
rarium censeretur accedere ad orandum  
Deum non paratum, propterea quòd id  
sit genus quoddam tentandi Deum: *Ante  
orationem prepara Animum tuam, &  
noli esse quasi homo, qui tentat Deum. (k)*  
quæ tandem temeritas erit accedere ad  
immolandum Agnum, omnis expertem  
labi, eoque pasci quotidie, nec tamen  
se ad rem tantam vel obiter præparare?  
Qui orare vult, non paratus antè, ten-  
tare Deum dicitur, quia ex parte sua non  
ponit ea requisita, quæ necessaria sunt,  
ut quis benignè, sicut desiderat, audia-  
tur: qui autem ad litandum divinà ho-  
stia accedit non paratus, magis etiam Deum  
tentare dici debet, quia illum apparatus  
prætermittit, qui necessarius est, ut quis  
gratiòse admittatur, admittatur inquam  
non solùm propter rem, quam peragit;  
sed etiam propter modum, quo peragit  
& ope-

56  
 & operatur. Hinc satis non est dicere, factis paratum esse, qui gravioris sibi noxæ conscius non sit. Preparatio hæc longinqua tantum est: huic autem par est semper addi propiore, quæ in actibus Fidei, Spei, Caritatis, pudoris, doloris, horroris, consistit, qui nos non habitu tantum, quales etiam dormientes sumus, sed actu paratos demonstrant. Et si nobilis aliqua femina nunquam non pretiosis induta vestibus incederet, plus tamen multo, cultus, ornamentorum, gemmarum, gratiæ adderet nuptiale ad convivium invitata. Non aliter Anima solet, quam viva tam sublimium Mysteriorum fides ad agendum impellit. Non contenta quocunque ornata, quotidiano & permanente, cum has ad Cæli nuptias accedit, magis se ornat ac excolit, ut Domini oculis tanto gratior & amabilior evadat. *Venerunt Nuptiæ Agni, & Uxor ejus preparavit se.* (1) Si abessent cetera, non omitrenda saltem esset intentio, sed ea multo studio quam rectissima elicienda; ne fortè Sacerdotem ad litandum impellant non fines illi, de quibus paulo antè, nobiles & præstantissimi, sed sola lucelli spes: hoc enim si fieret, quid id esset aliud, nisi velle facere ut Cælum terræ serviat? Utinam autem tam sæda perturbatio frequens non esset; sic ut in arboribus pars principis non est cacumen & apex, ut videri posset, sed radices, quæ alimentum è terræ visceribus sugunt, ita & in Sacerdotibus nonnullis princeps causa movens non sit apex, qui cælum, cultum inquam Dei respicit, sed aliquid quod terræ affixum est, modicum inquam illud

paucorum crucigerorum lucellum, qui in oculos inferuntur.


Hæc tam abjecta sacrificando sapienter quæri non immerito quis ex eo suspicatur, quod, ut nulla præcedit preparatio, sic & in gratijs subinde agendis tabula adhibeatur diligentia; eum non desit, qui mox à Sacrificio peracto se effundit in colloquia, nullo affirmativa tunc doni, quod accipere, præbito indicio; id quod perinde est, ac vas, intra quod subtilissimus spiritus receptus sit, non obturare, sed sinere ut nullo fructu respiret: quæ quis re utique proderet, si plus tam præstans donum non fieret, quam liquorem quemlibet commoneat, & hoc ipso ex fonte modicus ille promanat fructus, quem plures è Sacerdotum numero animarum suarum bono percipiunt, qui *calcatis torcularibus vinum*, (m) In quotidiana vini celestis vindemia, quod in tam multis virginibus donum germinat, illi semper aridiores, semper calore magis adusti repetuntur; quia vix hoc poti nequere, alijs animarum rogorijs applicant, pro eo quod nequere hujus suavitate fruuntur, quo & emungere sicut, & calores temperare possunt. Patet igitur ex his, non accedendum è vinam ad mensam, nisi & ante quilibet diligenter pararit, & refectus summo studio gratias agere paratus sit. Hæc autem animi à Sacrificio peracto secum habitantis occupatio, erit illi, cujus non frigeat in rerum celestium sensu, contra utilis coram Sole divino, cujus radijs sensum incalescat; cujus caloris nihil illi sentiet, qui cursim se à Solis horis conspectu proripuerit: erit etiam hoc, nulli

SEGNE  
 CONCIONES  
 INSTITUTIO  
 Pœnitentiæ  
 Confessarij  
 Parochi

Populo ijs, quæ oportet, præire exemplis: Sacerdos enim divino hoc à Sole intimè collustratus, speculi instar erit, quod collectos in se radios reflectat in alios, eòsque illuminando accendat. Certum saltem est, non defore in urbe, aut oppido aliquo tam densis ignorantia tenebris sepultos, ut aliud ad rectè agendū lumen non habeant, quàm quod in eos Pastor transfuderit. Ubi proinde isti observarint insignem illam reverentiam, quæ quotidie Pastor eorum divina tractat Mytheria, cuncti magis, quàm re, aut exemplo alio quovis, moveri se sentient ad Mytheria eadem non dissimili fide ac studio frequentanda: *Ambulabunt genter in lumine tuo.* (n) Si autem ita res se habet, quis dicet, quantopere æquitas postulet, ut lumen ejusmodi semper ardeat, & resplendescat?

Superest, ut agamus de tertio & gravissimo abusu, sacrificandi cum conscientia peccati mortalis. Sed quia causæ gravitas attentionem requirit non jam aliunde fatigatam, illam sequenti capite novo hausto vigore pertractabimus.

(a) Conc. Trid. sess. 22. (b) Sess. 22. de observ. & evit. in Celebr. Missæ. (c) Sess. 24. de Reform. c. 7. (d) In orat. secr. Dom. 9. post Pentec. (e) Tert. lib. de Resurr. car. c. 1. (f) S. Aug. ser. 225. de Temp. (g) Jer. 48. 10. (h) Mich. 6. 25. (i) Ps. 88. 8. (k) Eccli. 18. 25. (l) Apoc. 19. 7. (m) Job. 24. 11. (n) Is. 60. 3.



R. P. Segneri Institutio Parochi.

## CAPUT XV.

### *Horrendum Sacrilegium sacrificantium cum conscientia Peccati lethalis.*

Stultum usquam in Mundo peccatum est, cui nulla statui pœna debeat (ut olim alicubi nulla Parricidio statuta fuit, ne vetando ostenderetur possibile) tale, nisi multum fallor, est audacia Sacrilegorum eorum Sacerdotum, qui manibus, gravi noxâ sordidis, Agnum, omnis labis nescium, in Ara tractare non verentur, non solum in Amoris sui throno, qualem meritò dico species Eucharisticas, sed in ipsa etiam ejus Persona, quam in manibus tum habent, ut quantâ possunt injuriâ ac ludibrio illum afficiant: quod utique plus quàm læsæ Majestatis peccatum est. Igitur & à te, quisquis hæc legis, & à Sacerdote quolibet veniam inprimis peto, si facinus tam atrox admitti te ipsâ posse censui. Parte alterâ scio, quo magis firmâ quis sanitate, & athletico quodammodo robore corporis præditus est, hoc gravioribus, & non solitis, illum symptomatis obnoxium esse, si quando temperatissima illa humorum harmonia in eo fuerit perturbata. Unde nec multi boni injuriam suam interpretabuntur, si suspicer, aliquem eorum in numero tam consceleratum inveniri posse. In oculis igitur hominis tam nefarii (qualem sanè inter millenos ne unum quidem reperiri exoptem) Pastorum omnium, ipsi dissimilium,

N  
lium,

Hum, conspectui proponam atrocis hujus sacrilegij sceleratam, ut illa conspecta se omnes subducant; celerius etiam, quam Africa Leones soleant, cum suo numero aliquem ex arbore pendulum, instar rai extremo supplicio affecti, in silvis suis aspexerint.

Pronuntio igitur, Sacerdotem cum gravis noxæ conscientia sacrificantem, novum Judam esse; nisi fortè etiam hoc sit scelerator: quod dixi sic affirmo. Duorum scelerum sacra in historia Judas reus agitur; furti & homicidij. Furti illum non dissimulanter arguit Sacer Historicus ijs verbis, *Fur erat*. Homicidij reum ipse se sanctus Iatro confessus est, cum dixit: *Peccavi tradens sanguinem justum*, (a) Utriusque hujus culpæ magis reus mihi videtur Sacerdos quicumque, ita sacrilegè ad Aram faciens,

## I.

Et ad furtum quidem quod attinet (non quidem quo terris, sed quo Cælo aliquid auferat) per quem tandem licet hujus furtivis Sacerdoti, vindicare sibi virgineum illud corpus Christi Jesu, quod vel ipsos purissimos Spiritus puritate illibata superat? Non id licet per Spiritum sanctum, qui si sanctissimum illud corpus virginea in alvo formavit, ideo formavit, ut instrumentum esset aptissimum & potentissimum ad nos sanctitate perficiendos; non autem formavit, ut sordidis manibus ludibrium fieret. Non licet per Patrem æternum, qui Virgini Matri Filium suum communem esse voluit, ut per adorandam illam carnem, tanquam instrumentum mirabilissimum, nos filios suos faceret; non ut ejus scædo

abusu antiquam erga Deum inimicitiam & odium geminarem. Nec peritiam denique Dei Verbum id licet; hinc inde, si sanctissimam humanitatem in manibus Peccatorum reposuit, id est, ut peccatum tolleret & occideret, non ut novum illi robur conferret. Verum igitur manet Sacerdotem ejusmodi indignum, dum Filij Dei carnibus pulchritudine, non jure suo, sed injuriâ, illarum pare, & cum illis quidquid carum habet ac pulchri habet; & usurpare invidiosâ sanctissimâ Triade, cujus solus, caro corpus illud proprium sit, sola etiam illo potest disponere, & cui voluerit, jus aliquod in illud conferre. Et quia furtum hoc est rei tanto magis preciosa, quam fuerint pauca: illæ pecunie elemosynæ nomine non sine difficultate corrogatæ, & à Juda Apostolico Collegio ablata, fatere necesse est, quem dicit, Sacerdotem furem esse sine comparatione impudentiorem, & sceleratorem Judæ: *O impietatem puram! Deus Sacrilegio prædare!* (b)

Eadem de causa quodammodo peccata Judæ homicida est. Jam olim Apostolus non dubitavit sacrilegè communicantes conferre cum ijs, qui Christum in crucem egerunt. *Reus erit Corporis & Sanguinis Domini*. Hoc est, ut S. Thomas explicavit *Reus erit, ac si domum ecclesie differet*. Sed in hac etiam morte, quæ Christo in S. Eucharistia in seculum sacrificus iste conviva, aliquid invento cæca Judæ funestius. Illa enim, Calvaria in monte obita, morte solari se, ut sic loquar, Christus Servator potuit, humani generis salute restaurata (que fructus instar dulcissimi Crucis è trunco macta

SEGNE  
CONCIONES  
INSTRUCIO  
POENITENTIA  
CONFESSIO  
PAROCHIA

tura erat) & gloriâ æterni Patris, ex fructu hoc admirabili proventurâ. Ex hac autem tam inhumaniter in Ara illata morte quis demum nasceretur fructus, præter amarissimum illum, quem colliget divina Justitia, cum scelus hoc tam immane suo tempore vindicabit, & merito plectet supplicio? *Heu, consolabor super hostibus meis!* Idque est magis quod inter causas incrementum hoc sacrificium instituendi, quibus permotus Christus est, non ultima fuerit, ut malum illud omne tolleretur, quod ex parte Ministrorum acciderat in illo cruento Crucis sacrificio, & omne illud bonum adungeret Religionis ac Fidei, quod defuerat ex parte Discipulorum, tunc aut ipsum ejurantium, aut ab eo profugientium. Sed pro dolor! quam nobilissimi fines à Servatore Jesu intenti culpâ nostrâ non obtinentur, non quaeruntur! dum quotidie non deest, qui huic vitæ Panem misceat venenum peccati, ut pro Orco gratificetur, nihil magis anhelante, quam Panem hunc toxico inficere! *ventem mittamus lignum in panem ejus.* (c)

Magnis interim clamoribus monet Apostolus. *Non potestis calicem Domini bibere, & calicem Daemoniorum.* (d) Nec tamen interim Sacerdotes Sacrilegi os à Calice isto abstinere. Protestatur idem, omnem, quicumque indignus ad Mensam illam accedere veritus non fuerit, æternæ condemnationis sententiam devoraturum: *Judicium sibi manducat & bibit.* Et tamen gens ista sacrilega hanc ad mensam redit quotidie, itaque perennes, quin & annos nonnunquam, nihil territa, pergit facere. Quid dicam igitur aliud, nisi ut cum doctissimo

Ficino & ipse affirmem: *Bono Angelo nihil post Deum melius, malo nihil peius: ita nihil in terris honesto Sacerdote pulchrius, turpi verò nihil turpius.* Paucis abhinc annis devotæ Deo Animæ objecta est fæditas abominanda Sacerdotis: eo spectaculo sic illa cohorrui, ut in verba prorumperet, quæ enim solum non commoveant, in quo penitus extincta sit Fides. *Nescio, azebat, quomodo Lucifer ipse possit esse turpior. Videbatur mihi miser omnibus in membris Infernum circumferre.* (f) Mox (post alia, quæ brevitatis studio prætereo) cum de Consecratione loqueretur, dolens ad Christum dixit: tremendas illas voces raptare ipsum, *tanquam Agnum ad lanienâ.* Et vicissim ex Servatore suo intellexit; ejusmodi despicationes & ludibria acerbiora sibi esse, quam illa, quæ perpessus est, cum ad mortem raptaretur; in illis enim se Animarum lucrum fecisse, in his earum facere jacturam. Denique triste hoc spectaculum terribilissimum evasit, cum ad Communionem Sacerdotis ventum est; tum enim ad Jesum conversa: Cum teneret ingratus, horrore contremuerunt, qui aderant Beati Cælitæ; ulularunt verò, qui præsentés erant magno numero, mali Dæmones, & tam immaniter sunt vociferati, ut Mundus omnis terrore consternatus in nihilum abire videretur. Concluserit deinde, quod, cum ipsa hæretet aitonita, non videndo ullum supplicium, quo tam immane facinus confestim plecteretur, intellexerit; Divinam Justitiam ferme horum delictorum pœnas alteram in vitam dferre; cum in hac suppliciorum satis infligi non possit,

possit, tam indignis modis Servatorem suum tractanti. Oro obestorque omnem, quicumque admonitione isthac operis habet, ut in se obtutum convertat, & si se vivis coloribus isthac in tela depictum agnoverit, sui ipsius miseratione tangatur. Unde, si non vult desinere esse qui est amore Servatoris sui Jesu, quem hactenus tam barbarè & inhumaniter habuit, metu saltem & horrore æterni sui exitij vitam mutet ac studia; quod quidem exitium tanto esset funestius, quò insanius, dum ipse ad hauriendam mortem ipsam vitæ fontem accessit. *Sumes de Sacrificio penam, que fecisti tibi de propitiatione peccatum;* quibus verbis incredulam Synagogam S. Hieronymus sapientissimè est allocutus. Certum omnino est, quòd quantum bonorum allaturum est Christi Corpus Animabus dignè fumentibus, tantum è diverso malorum ijs sit accersiturum, qui eo fuerint abusi. Unde sicut vinum merum præsentissimum contra cicutam remedium est, cicutæ verò permixtum venenum est insanabile; sic adorandus Filij Dei sanguis, ut se solo præstantissimum est contra peccata antidotum, ita cum peccato sumptus in lethiferum toxicum mutaretur. Evomat proin sincera sui accusatione apud Sacerdotem peccatum: quicumque lateri sui Servatoris os admovere cupit; multò que hoc diligentius Sacerdotes faciant: qui cum sint Ministri publicè ab Ecclesia ad hoc ordinati, ut se ipsos hoc cibo reficiant, multo graviore se obstringent Sacrilegio, quàm homo de seculo, cum & hic indignus accesserit. (h) In Sacerdotum enim Sacrilegio omne malum invenitur, quod

augere peccatum possit, cuiuscunque generis fuerit; provenit namque & ex materia opere, & ex operante, & ex ijs que consequuntur: *Ex materia in qua peccatur, ex parte peccantis, & ex parte effectus consequentis.* (i) Unde per Moysen Aaron, cunctis ejus filijs, & in his toti posterorum stirpi promulgari Deus iussit: *Omnis homo, qui accesserit de stirpe vestra ad ea, que consecrata sunt, in quo est inmunditia, peribit coram Domino.* (k) Scire siquidem ista non illustis tantum, sed sacra, rem istam audendo omnia vitæ malorum jam dictorum capita, usquam monstrosus Cerberus, etæ conjunctura,

## II.

Sed quid illi agendum, qui, cum lecri peragendi incumbat necessitas, Sacerdotis tamen, confitentem aditum, copiam non habet? Tridentina Synodus filum subministrat, quo ex hoc Labyrintho exeat. Hæc cum propitius præceptum, quod latum est, non ab Ecclesia solum, sed ab ipso Deo, exorandè per confessionem omnibus gravibus noxis animum. (l) Nullus sine confessione peccati mortalis, quantumvis sibi committitur videatur, absque præmissa Sacramentali confessione, ad sacram Eucharistiam accedere audeat: mox addit: *modo non desit copia Confessarii.* Quod si necessitas urgente Sacerdos absque prævia Confessione celebraverit, quamprimum confiteatur. (m) Proinde ejusmodi in evento Sacrilegio caveatur, etia conveniant necesse est primum, ut non sit copia Confessarii. (n) Quæ non esset, si aut longo tempore, aut alio gravi incommodo a

SEGNE  
CONCIONES  
INSTRUCIO  
POENITENTIA  
CONFESSARI  
PAROCHI

esset quærendus. Unde consequens est, quod non habere præsentem eum, apud quem aliàs exonerare conscientiam quis solet, si alius adfit idoneus, causa sufficiens non sit, ut Confessarius non adesse censeatur. Alterum est, ut necessitas urgeat, qualis esset, si feriato die Populus aliter satisfacere non posset præcepto de Sacro audiendo; aut si Sacerdos non Sacrificando grave famæ periculum incurreret; non verò si solum amitteret modicum, quod facienti penditur, stipendium. Tertium est, ut actu conteratur de peccato, hoc est, ut antequam Sacerdos ad Sacrum faciendum accedat, peccatum detestetur supra omne aliud malum, eo solum nomine, quòd sit offensa Dei, præ quovis alio bono amati. Doleo Domine super omnia offendisse te, amabilem super omnia. Ejusmodi autem dolor (qui ceteroquin perquam arduus est illi, qui devorat iniquitatem, ut uvam dulcem) duplici ratione facilius reddi potest: primò, si infimis precibus petatur à Deo, cujus unius donum est. Secundò revocando in mentem, à rebus alijs avulsam, causas omnes quibus is dolor excitari potest, quæ ad duas potissimum reducuntur; ad magnitudinem offensis, & ad vilisatem offendentis; quæ sunt duo capita, ex quibus crescit, aut decrescit omnis injuria, cum ejus gravitas ad trutinam vocatur. Et quia prompta habere arma, cum res postulat, animat ad ipsi utendum, non abs te erit, formulam hinc doloris ejusmodi perfecti eliciendi proponere, eorum in gratiam, qui vel per tempus, vel per alium obicem, suo in animo melius illum concipere, & exprimere non possunt,

## Actus Contritionis.

Domine Jesu Christe, respice oculis misericordiae tuae miserum istum Peccatorem, & vide, quibus in angustijs verser. Parte unâ urget necessitas divinum peragendi Sacrificium; parte alterâ me agnosco in profundo peccati mei, ac proinde in statu planè omnium miserrimo, inimicitiae tuae. Quâ igitur lingua ac voce è calo evocare te audebo? quibus manibus audebo tangere Carnem illam purissimam? cuius in cordis sinu te admittam? An non merito timebo, ne me dehiscens tellus absorbeat; ne me Beati Spiritus, qui circumstant, cum ferre tantam temeritatem non possint, precipitem ipsi agant, tanquam novum Luciferum, in Inferni abyssum? An Servator! libenter Confessionis balneo sordes meas abstergerem: sed nec hoc mihi concessum est. Aliud mihi proinde non superest, quàm ut coram te me abiciam, & opem tuam potentissimam quantâ valeo contentione, implorem, ut tu in me destruas execrabile hoc peccatum, quod in tanto odio prosequeris. Da mihi, ô bone Jesu! contritionem Mari non absimilem; tantam enim esse oportet, qua ad sceleratam noxarum mearum eluendam sufficiat. Da mihi hanc per amorem illum, quo te ipsum amas, per illos cruciatus, per illa vulnera, per illam Crucem, quam tulisti propter me: & non permittes, ut te prodam, ludâ deterior, dum indignus te sumo. Spero hanc gratiam à Bonitate tua infinita; & interim protestor, me nihil desiderare magis, quàm ne te pro ulla re totius Mundi offendissem. Detestor hoc malum à me admissum super omne aliud malum, quia illud agnosco esse



injuriam gravissimam & inexplicabilem  
Majestatis tuae infusa, & quia scio, quod  
in illud odio quodam immenso prosequaris.  
Ratum proinfixumque mihi est, quamprimum  
potero noxam hanc Sacerdoti aperire,  
& si tua me gratia juvat, in hoc deinceps  
voluntate & decreto animi immotus perse-  
verabo, moriendi potius milles, quam do-  
nuo peccandi, Amen.

Nunc, ut in semitam redeamus, sicut  
posita triplici hac, de qua dictum est,  
conditione potest Sacerdos, divinae of-  
fensae securus, ad Sacrificandum accingi,  
ita qualibet eorum deficiente, Sacrifi-  
cium degeneraret in Sacrilegium. Unde  
qui sic constitutus ad Aram faceret, non  
abuteretur se aliqua conditâ, ut abutun-  
tur Peccatores alij, sed Conditore ipso;  
experturus profectò suo tempore incre-  
dibilem temeritatem, quâ se obstrinxit.  
Nonne sciunt omnes, qui operantur iniqui-  
tatem, sic eos Deus allocutus est, qui  
Egenos opprimunt, qui devorant plebem  
meam, ut cibum panis? In re autem no-  
stra non dicit, plebem meam, sed Carnem  
meam, sanguinem meum, spiritum meum,  
Divinitatem meam: (o) neque enim hic  
agitur de plebe infima exactioibus de-  
voranda, tanquam pane (cibo, qui sem-  
per manducatur, & semper sapit) sed  
agitur de devoranda Carne Christi Jesu,  
sanguine Jesu, spiritu Jesu, Divinitate  
Jesu (nec enim hæc jam ulla ratione ab  
eo divelli potest) & devoranda genere  
oppressionis tam notorio, quale est, uti  
illâ, ut cibo vulgari, quando, qui illâ  
utitur, in statu est, in quo vel ipsam eam  
aspicere ingentis foret audaciæ & teme-  
ritatis. Ita certè mos obtinuerat in Ec-

clesiæ omniumque futuræ dedisse; ut  
sinebantur in eodem statu ne ovis  
quidem delibare sacram hostiam, no-  
tium abest ut propius accedere permis-  
terentur.

Tandem tribus conditionibus in-  
memoretis Concilium subiungit, ac  
aliud disertum præceptum, ut, qui ne-  
gente necessitate, & non habita Consti-  
tuti copîa, præmissâ contritione ad  
Aram fecerit, quamprimum confiteatur.  
(p) ipso nimirum illo die, aut intra-  
duum, aut saltem, ut aliqui docent, co-  
tequam iterum sacrificet. Quamquam  
hæc tertia opinio parum tuta videtur,  
siquidem tam diu differatur alterum so-  
crificium, ut pugnet cum præcepto  
termino quamprimum; quæ quidem ve-  
ritas, ut Juris consulti asserunt, detur-  
natam & quasi individuum tempus non  
significat; quid tamen sibi velit, ex ar-  
bitrio prudentium videtur determinandum,  
juxta variam rerum personarumque cir-  
cumstantiam, in quibus aliquid sit determi-  
nandum. Noli hic meminisse illius opi-  
nionis, quæ docebat, quamprimum libet  
esse ac suo tempore: (q) hæc enim doctri-  
na Pontificia auctoritate jam è Schola  
proscripta est.

Atque hic finis sit normæ, quam se  
præbere debet in ijs, quæ ad Deum per-  
tinent, Pastor Sacer. Transfertur tunc  
ad illam, quam se exhibere debet in ijs,  
quæ ad proximum spectant, ideam Co-  
arctatis ac benignitatis se constituendo in  
rebus, quæ corporis necessitatem, & in-  
digentiam concernunt; quibus præca-  
mus urgeatur: unde talem quoque in  
pro-

SEGNE  
CONCIOS  
INSTRICH  
Poenitent  
Confessari  
Parochi

præstare in Animæ necessitatibus, totius  
ferè belli hujus argumentum est.

(a) *Ivan. 12. 6.* (b) *Clem. Alex. Orat. Ex-*  
*hort. ad Geni. 2p. Nic. Digyonum. S. Th. 1.*  
*Cor. 2. 11. 2.* (c) *Ier. 11. 29.* (d) *1. Cor. 10.*  
*(e) Fis. in Epist. (f) In Relat. Rom. impressa*  
*An. 1672.* (g) *S. Hier. in Dav. c. 9.* (h) *Bell.*  
*de Missa l. 1. c. 27.* (i) *S. Th. 2. 2. q. 148. art.*  
*3. c. (k) Lev. 12. 3.* (l) *V. de Longo Disp. 14. de*  
*Euch. sect. 4. n. 69.* (m) *Sess. 13. c. 7.* (n) *Luca*  
*10. sect. 1. n. 82. Or. 106.* (o) *Psal. 52. 5.* (p)  
*V. Luca loc. cit. sect. 7. n. 138. (q) ab Alex. VII.*  
*prop. 39. sub 18. 14 art. 1066.*

\*\*\*\*\*

## CAPIT XVI.

*Qualibus exemplis Para-*  
*chus palam facere debeat, procul se*  
*esse ab omni avaritia, tanquam sin-*  
*gulariter Caritatis inimica?*

Sicut qui è Terra exoriuntur venti na-  
turâ suâ magis sunt stabiles, quam  
qui ex Mari; sic altiotes in hominum  
animis radices agit bonorum radu-  
corum & terrenorum appetentia, quam ap-  
petentia voluptatum corporis; quæ,  
cum annis saltem, multum deperdit vi-  
rium, haud aliter ac venti australes sub  
crepusculum nocturnum; cum tamen  
Avaritia cum annis crescat, sicut ferme  
sub vesperum venti boreales; qui dum  
vapores addensantur, furunt vehemen-  
tius. Hic igitur, præquam alibi, Pa-  
rochi exemplo opus est, quo Populus  
moveatur ad bona caduca, non affectu  
tantum contemnenda, sed ad ea etiam re  
ipsa largè distribuenda, cum id Caritas  
exigit: id enim nî fiat, quomodo sub-  
jecti inducentur ad calcandum id, quod

adorari vident ab his qui præsumunt. Quan-  
do tempestate fervente Navarchus pri-  
mus merces projicit, ut vitam servet,  
quis Vectorum eum non imitatur? ne-  
mo autem nimis facilè credulum se  
ostendit, cum illum in projiciendo re-  
sistantem videt.

Unde perpendendum est, Avaritiam  
Amphisibana, serpenti nocentissimo,  
non esse ab similem, cum & ipsa caput  
habeat geminum. Uno rem alienam  
apprehendit; & hoc est primum Avari-  
tiæ genus, à S. Thoma observatum,  
quod opponitur Justitiæ. (a) Altero id,  
quod suum est, nimis avidè & cupidè re-  
tinet: & hoc alterum Avaritiæ genus est,  
quod pugnat cum beneficentia. Quis  
autem in Animum inducat, è Pastorum  
sacrorum numero aliquem esse, qui pri-  
mo illi Avaritiæ generi obnoxius sit, sic  
ut contractibus injustis, usuris palliatis,  
vi aperta, exactionibus avarissimis, fan-  
guinem helluo fugat aut Populi, aut  
Pauperum, quem fundere pro illis ipse  
deberet? Credat hoc qui volet; ego rem  
tam indignam suspicari nolo. Credam  
potius, ab altero Avaritiæ genere non  
omnes immunes esse, à studio inquam  
nimis tenaci tyendi sua jura, illa nimis in-  
clementer exigendi, nullo miserationis  
sensu à debitoribus extorquendi, torcu-  
lar, ut sic dicam, imitandi, quod pre-  
mere ante non desinit, quam ultimam  
expresserit. Contra hanc tenacitatem  
nimiam obarmare nos Servator noster  
voluit illis verbis; *Videte & cavete ab o-*  
*mni Avaritia.* (b) Sic autem Avaritiam  
hanc, quam dicebamus, nobis proponit  
instar

instar Adversarij non robusti tantum, sed etiam versuti, contra quem perinde opus sit animo & audaciâ ad aggrediendum, quàm viribus ad seuendum. *Videte, & cavete.* Inimicus porro ejusmodi, si rectè rem aestimamus, triplici facillè damnorum genere Pastorem sacrum afficere potest, si rebus ille suis diligenter non invigilet. Exuere illum potest omnibus armis, quibus pugnat: potest hæc illi relinquere, sed hebetata: potest ipsi contra ipsummet uti, & vitam eorum ope eripere. Videamus, quâ ista ratione eveniant, ut periculo animadverso, nemo non illud declinet. Ut ordiamur à primo, quod est auferre arma.

## I.

Videbimus inprimis Paroçiam aliquam, quæ multum numeret Populum, quæque præter Rectorem, seu Parochum, alio ejus adjutore magnopere indigeat: nec habet tamen. Multi, quia socius ejusmodi & adjutor non adest, diebus feriatis sacrificanti non adsunt, multi nec confessione animum expiant, nec sacro Epulo pascuntur, nisi sub ferias Paschales: multi, cum agrotant, neminem habent qui soletur: non satisfit obligationibus Sacra faciendi; non Christiana doctrina explicatur; non quæ ad majus Dei obsequium pertinent, sedulo peraguntur, sed languent omnia; non Deiparæ sua corona textitur, nisi semel quot mensibus. Verbo, multa negotia sunt, quibus unus homo, etsi cetera minime segnis, non sufficit: manus hæc dextra est, qui sociam sinistra:

operam postulat, ut par omnibus gerenda sunt, esse possit. Nominis habendi cupiditas adjutore ejusmodi acciri non sinit; & adjutrice hæc manu privat populum, dum vel moratur, vel salarium pendere cogatur, debetum illi, quisquis eam portexerit; vel tunc, ut stipendium pro Sacris, aliisque ministris, quæ omnia obveniunt Parocho, cum solus est, partiri cum socio debet. Hæc ratione Cupiditas habendi, veritissima in seducendo, facit ut ipsa arma oneri videantur esse, quæ si essent adjumento, utique ea bono publico promovendo non adhibeantur.

Atque hæc ipsa causa est, ob quam odere est Templum eo squalore obditum, quo scænilis aliquod esse solet, qui vel obiter parietes dealbare, & sordes, quibus deformatur, abstergere cura sacrorarium simillimum cubiculo à foribus spoliato, vestes sacras omnes in loco lectas ordine, sine mensis, quibus imponantur, sine cistis, in quibus alterantur: Augustissimum Sacramentum plorumque sine lampade quæ luceat; sacras Pixides, Patenas, Calices, olim candidos auro-illitos, nunc eo absterfo detortos lineæ SS. Eucharistiæ subtiliter, sordida, Calicibus tergendis parata, incera; nullum usquam oi bemo necesse sustinendis; Alcatium velamina lineæ nigis conspurcata, quàm mensarum in cauponis mappas; Parochi ædes vestate & situ propè collapsas; agros multos & steriles: Avaritiæ enim ortus est, quidquid Ecclesiæ bono expenditur tantum abest, ut id gloriæ sibi dicitur. *felix hoc graminis genus non aliud co-*

rar, quam omnem succum ad se trahere undecunque potest. Sint utiles fructus, sint pulchri flores; ubi per ipsum fieri potest, radices isti non agent; nec enim vel guttulam ijs nutriendis relinquere.

Inde si unquam accidat, quod sine horrore non dico, Pastorem fovere choreas publicas, quantumvis Sanctorum effato sint oblectamenti genus tartareum. & fovere eas tam studiosè, ut si qui in Excursionibus sacris Sacerdotes in eas invehuntur, si ijs abrogandis auctoritatem Magistratus Sacri, profani mandata minis armata offerunt, ipse etiam agrè id ferat, quam ejusmodi studij causam esse arbitremur? vera causa est, quod propter ejusmodi choreas publicas diebus solennioribus plures ad templum concurrant, largiores ibi eleemosynas offerant, plus aliunde adventantibus rerum ad victum necessariorum vendatur; atque ita si is, qui liliam est, gradus sui excellentiâ, & esse deberet, illibato morum candore ac innocentia, folia tamen habet peregrinis aspersa maculis, non jam unquam in folijs ipsis ejusce rei causam querite; querite potius in radice infimè, certi quod eam sitis inventuri. Quæ autem est omnium malorum radix? si rectè sentiat Apostolus; *Radix omnium malorum est cupiditas.* (c)

Quis jam speret, si Pastorem viderit totius suæ familiæ & agnatorum curam gerere, omnia eorum negotia administrare, mercimonijs, rerum permutacionibus, vijs omnibus rem & patrimonium augere, eum præcipuo studio militatum promovendæ Dei Gloriæ? *Nemo,*

*R. P. Segneri Instituto Parochi.*

*militans Deo, implicat se negotijs secularibus.* (d) Quis speret, quod librorum Asceticorum lectitationi se sit impensurus; Theologiæ, quæ ad mores formandos pertinet, cujus in tot casibus quotidianus est usus; quod erudiendo suo Clero, promovendo in subditis crebris sacrorum Mysteriorum usui, tollendis abusibus, impuris amoribus extinguendis, dissidijs componendis, occultis pauperibus adjuvandis, ægris visendis, moribundis ad lucram extremam animandis sedulam operam sit navaturus? sperare hæc dementis est; nec enim unquam militem rapiendæ prædæ intentum in conflictu strenuum videris. Meritò proinde jam inde à principio Leges Ecclesiasticæ contra Clericos negotiatores clamârunt: *Negotiatorem Clericum, & ex inope divitem, ex ignobili gloriosum, quasi pestem fuge.* (e) Nôrant videlicet istæ, Dei simul & propriæ familiæ servire eundem non posse. Arborea illæ ac plantæ, quæ verticem porrigere in altum debent, unum stipitem nutriant necesse est. Quid interim? jubet Avaritia, ut permittantur obstrepere sacri Canones, etsi tanto sint numero, quasi igoariæ essent machinæ nullo globo armatæ, interim Dei obsequium negligitur, quia proprijs locum dare debet emolumentis. *Nulla Animarum lucra quarimus, quia ad nostra quotidie vacamus.* (f) Sic apparet (ut redeam ad id quod proposui) apparet, inquam, quomodo Avaritia Christi Sacerdoti eripiat arma optima, quæ vibrare posset, dum tollit tot exercitationes & opera religiosa, quæ innui. Certum equidem est,

futura hæc arma, ut nemo non videt, planè invicta, longèque præstantissima, quæ Pastoris auctoritate, & ducis quasi bellici brachio vibrata, opera in Paroecijs admiranda essent effectura. Facit interim Avaritia, ut hæc omnia omittantur, dum non permittit, ut Parochus illi negotio manum commodet, ex quo lucelli nihil, sed aliquid potiùs damni sit proventurum. Pereant & mergantur omnes Rostratæ & Bellicæ contra stygem naves, dummodo Onerariæ salvæ in portum invehantur.

## II.

Sed pergamus porro. Demus, non obstante hac habendi cupiditate, minime moderata, Parochum diligenter tamen dicere ad Populum, solari, animare morti proximos, monere errantes, litibus & dissidijs tollendis intendere, plura ejusce generis non segniter obire ac moliri; hæc si fiant, Avaritia, si arma non eripit retundit certè. Virtutis æstimatio vim quandam mirabilem Pastorum verbis confert; hæc autem æstimatio non aliunde magis nascitur, quam si bonis caducis non adhærescere deprehendantur, quibus tam impensè addicti sunt homines profani. *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* (g) Possunt his Servatoris verbis certo quodam sensu uti omnes Pastores Animarum. Si unquam verè avellerentur à Terra, prò quam beati forent! Effecturi essent opera illa tam admiranda, quæ effecturum se machinarum suarum ope Archimedes olim pollicitus est, si pedem extra terram figere daretur; to-

tam nimirum terræ molem convelleret, & pilæ instar, quæ vellet, volvens, propellendi. Ubi è diverso animam hæc his caducis superiorem se habere ostenderint, nihil poterunt. Operantur prodigia. Sed cui bono? non erit qui eis fidem adhibeat, Ezelmas, qui ut inter homines famâ inclaret, nihil habuit, nisi quoddam bestia magister, quàm homo; etsi tot quotidia prodigijs Sanctum Antonium Patrum audiret celebrari, ut tamen è ipso sanctum cum Mundo reliquo præstariet, satis causæ sibi non habere videbatur; misit proin è suorum numero aliquos, donis omnis generis onustos, hoc imperio, ut si illa acceperet, nec eum interficerent; si recusaret, in genucoram eo provoluti venerentur, ut eorum dignum æstimatione, quæ dicitur, vulgo omnes conceperant. Et ut amplius pateat. Ponamus Pastorem, lucri cupiditate non intactum, sed componere controversias, quæ inter suos existunt; nemo illum vult arbitrari, tanquam bilancem eò propensam, unde accipit. Si ad Religionis opera non solita invitatur; novam id emendationis artem interpretantur. Si Animæ in flammis lustricis suorum peccati commendat, non has juvandi; sed vitæ loculos implendi cupiditatem suspicantur. Verbo, ut illæ femine quæ in visceribus & denso sunt utero, steriles sunt, ita steriles manent Parochi, absque fructu, quodocunque, ut erogandis, quæ habent valde sancti, di, ita in ijs retinendis tenaces & obstinati. Contentur sanè infelices, quæ

tum volunt, nihil unquam boni pro sua Paroecia efficient, si Avaritiam non oderint. *Provide de omni plebe viros, timentes Deum, in quibus sit veritas*, dixit ad Moysen Deus, *Et qui oderint Avaritiam.* (h) Odium, animi affectio est tam viva, ut occultari non possit. Animarum proinde Pastores non despiciant tantum, ut mortalium ceteri, sed odio habere Avaritiam debent. Hoc si animadvertum fuerit, cuncti eos rectè ad gradum, quem obtinent, evectos existimabunt: si minus, quanti demum fieri poterunt? *Ignominia Sacerdotis est, proprijs studere divitijs.* (i) Si autem, præter ista, graves cum suis lites foverent Parochi, quid tum esset sentiendum? Quomodo tunc Patris ager partes, quem ut communem filiorum suorum hostem contemplantur? Respondere solent: æquitatem postulare, ut quis Ecclesie suæ jura propugnet. Scio equidem, non suadere tantum, sed exigere officij rationem, ut quis hæc jura defendat: dum enim in gradu illo collocatur, jurisjurandi religione se adstringit, quod tueri illa velit: nec par est, metu doloris membris inferendi, mota loco ossa non anxie reponere. Advertendum tamen, sicut ebrietas, vino aquâ probè diluto inducta, difficilius superatur, quàm illa, quæ ex mero epoto secuta est, ita difficilius pravam illam animi affectionem vinci, quæ non ex mero malo, sed malo, quod bonum aliquod admixtum habeat, nata est. Primò igitur in re nostra cavendum est ne quid nimium fiat, ad quod nonnulli naturâ ita vehementer impelluntur, ut

cum ipsa sua umbra lites suscitare parati essent. In his dein litibus, antequam illas quis prosequi decernat, justa primùm lance ponderanda sunt emolumenta, quæ parte unâ sperari possunt, & incommoda, quæ alterâ possunt timeri: nec enim ullum denique pretium est operæ, totam silvam incendere, ut damulam aliquam prolicias: maxime si aut cum omni totius Paroeciae populo, aut cum egenis esset litigandum. Si cum toto Populo, res multâ eget cautelâ: Urso enim similis est Populus, quo fortioribus unguibus, tanto debiliore capite: unde vix unquam induci se sinit, ut credat, Parochum recto studio ad litem movendam impelli, & quæ Ecclesie magis, quàm quæ sua sint, querere. Tanto autem hoc sibi persuadet firmitus, quò videt manifestius, alia Ecclesie jura haudquaquam paribus studijs propugnari; sed fundos, agròsque quâ par est curâ laborèque non excoli, domum non restaurari, supellectilem sacram non refarciri, non custodiri, et si id toties iusserit Episcopus, cum Diœcesin lustraret. Ubi autem cum egenis aliquid controversiæ nascitur, etiam lentius procedendum est: si enim ad subveniendum eorum inopiæ fas est vel vasa sacra frangere, pignori dare, vendere, an non magis eorum miseratione aliqua moveri decet, & non nihil demere oneri, quod ferre non possunt? *Potior apud nos est privatorum causa, quàm fisci tutela.* (k) Sic Constantinus Magnus sensit: & verò quantò rectius ita & sentirent, & loquerentur omnes Parochi? si autem deni-

que, vjs alijs omnibus frustra tentatis, ad Judicem veniendum est fiat id ( ita planè oportet ) sed fiat sereno Cælo, non nubilo: non inquam destruat Caritatem litigandi necessitas, sic ut nemo Parochorum cum Sancto Gregorio dicere possit: *Ego ex Domini largitate hoc habeo, quod sic ea, que iustitia sunt, foris exequar, ut que sunt amoris, minime postponam.* (l) Civilis controversia in criminalem non desinat; suos stet intra limites; illius instar flammæ, quæ in vino adusto leniter accensa sic ardet in liquore, ut manum non adurat: nunquam proin illud excidat: *Servum Dei non oportet litigare.* Et quoddam causæ, quantumvis iustæ, si limites rationis excedant, & ipsæ ad examen & iudicium sint revocandæ: *Cùm accipero tempus, ego iustitias iudicabo.*

## III.

Superest, ut & tertium, quod innuebamus, demonstretur; Avaritiam nimirum Pastoribus sacris non solum aut eripere arma, aut hebetare; sed etiam in eosmet vertere, ad necem illis inferendam. Hoc autem tum contingit, cum ipsi alienæ egestati non quantum deberent, subveniunt. (m) Cogitandum igitur imprimis, homines planè omnes teneri lege Caritatis ad proximi inopiam ijs opibus sublevandam, quæ ipsis superflua sunt, sub interminatione, non experienti à Deo illam miserationem, quam nos alijs negaverimus. *Iudicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam.* (n) Cùm ratio postulet, ut sicut Natura arboribus & plantis debilioribus providit de alijs robustioribus, quæ eas susti-

neant; ita de eiusmodi fulcra etiam gratia prospiciat, præcipiendo ditioribus à bonis his caducis liberalibus iustitia, ut ijs destitutos alant ac sustentent. Hæc autem lex, si quos alios, Parochos præsertim, & arctissimè obligat, tam ob id ad quem evedti sunt, quam ob bona que possident. Ratione status quidem, quæ cum legi illi privatus quisque satis obtemperet, si stipem præsentis portigerit, & ob rochus è diverso sæpe illam largiri debet etiam non poscenti, imò illum etiam libidulo investigare. Præterea facilitate invenire superfluum in Ministro Ecclesiæ, tanquam in viro, qui tibi vivens à Mundo avulsus, nec liberorum, nec profapæ curis distenditur; & quantum ad se attinet, non tenetur illas ad pompas & apparatus, quas alius de seculo sine decori neglectu non videtur posse omittere. Multo autem plus tenetur ratione bonorum, quæ possidet Ecclesiæ enim bona sunt pauperum, quod tam est apertum, ut vix quicquam apertius. *Quidquid habent Civis, pauperum est.* (p) Atque hæc causâ toties in iactis Canonibus appellatur *bona pauperum*, ut quisquis ea possidet, rationabiliter colligat; dominium suum ligaturum ad vinculo dandi egentibus, quod quid superest sustentationi congruat, & quod ac statui, in quo quis est, conveniat. Præterquam quoddam nunquam non procedendum sit sumptibus ad procurandum, promovendumque bonum spirituum doctorum, quorum Parocho cura commissa est. An enim pauci sunt illi milites, qui sibi persuadent, ea, quæ malè administrant, aut ex toto, aut parte satis exculant, &

SEGNE  
Conduces  
Instruere  
Poenitent  
Confessari  
Parochi

vitz sustentandæ necessitate ad ea se impulsos dicant? *Nihil turpe, nihil vetustum esuriens credit.* (q) quàm multa proin peccata impedirentur, si essent, qui beneficentia suâ occuparent? Et verò hæc ipsa beneficentia mirâ quadam ratione auget subiectorum erga suum Parochum voluntatem ac studia, haud aliter ac pinguis humor flammam accensam nutrit. Hac etiam fit, ut præ ceteris feri mansuescant, duri emolliantur, contumaces cedant, insolentes modesti fiant, & nemo non bono animo accipiat & admittat monita seu privata, seu publica, quæ aliis tam solent esse ingrata ac molesta. Et sanè, non est aliquando alia ratio quosdam cicurandi, quàm si cum amore paciscantur: tam illi Crocodilorum & serpentum indolem imitantur, quos frustra speraveris aliter mansuefacere, quàm si multâ escâ eorum fami prospiciatur.

Hæc sunt veritates, quas oporteret non obiter, sed maturè lentèque perpendi ab ijs, qui aspirant ad Beneficia pingua, nec mentem advertunt ad onus reddendæ, cum hinc migrandum erit, rationis; quando non pauci mallent mediocri, quàm lauto & opulento donati fuisse. Mare, quod pluribus Insulis distinctum est, parte quidem unâ plura navigantibus præstat commoda, quia sapius exscensione facta parare possunt necessaria; at parte alterâ pluribus exponit periculis; cum ferè, ubi plures sunt Insulæ, etiam plures scopuli lateant, ad quos certo exitij periculo navis possit impingere.

## IV.

Multis, non nego, persuasissimum

est, satis se eleemosynarum erogare, si Agnatos inopes juvent; de quibus ambigi non potest, quin si verè inopes fuerint, præ ceteris eos deceat adjuvari. (i) Sed hic enim vero inter syrtis navigatur. Et si qua est occulta ac fallax tentationis anchora, hæc profectò una est; cum tam difficile sit eam discernere: haud aliter ac nonnulla semina cum frumento nata tam illud & mole & figurâ imitantur, ut vix tandem à grano, cribrando secerni possint; si tamen ullum est cribrum, cujus ope satis secernantur.

Observandum ante omnia, vix ullam esse Parochiam, in qua si non plures, unus certè aliquis non inveniatur, quem vel extrema, vel extremæ proxima indigentia in ope ipsi ferenda non jubeat præferri cuicumque Agnato (siquidem verè Caritatis legibus stare placet) quem communis tantum, aut certè non tanta egestas premat. Imò his Parochum singulari curâ providere necesse est, tanquam ovibus, quæ languentes, cum alijs gregatim in pascua duci non possint, sed humeris deferendæ sint. Huic autem obligationi si fiat satis, non multum supererit, quod identidem Agnatis egenibus subministratur.

Præterea diligenter discutiendum est, verène Agnati inopes sint, ut eos Parochus judicat; an verò tales solùm videantur, ut enim flante Euro majora apparent oculorum objecta, quàm alijs temporibus, sic accidere non rarè potest, ut cum tenerior ille, & sensibus agnatus erga sanguine junctos affectus



fectus dominatur, majores multo eorum necessitates videantur, quam vera sint, si animo ab affectionibus inordinatis libero considerentur.

Deinde curandum, ut, quod Tridentinae Synodi Patres monent, si Agnati verè Pauperes fuerint, subveniatur illis ut egentibus, non ut Agnatis. *Si Consanguinei pauperes sint, ut ut pauperibus distribuano?* (f) Unde consequens est, quòd ubi aequalis eorum necessitas est, praeferti alijs possint, non autem cum inter eos, & alios notabile discrimen est. Hinc prius juvandi, qui sibi ipsis prospicere non valent, quam ij, quibus cum prospectum fuerit, otiose dant, nihil dubitantes, (t) quin futuri sint, qui etiam dormientibus necessaria subministrant, & de ipsis solliciti sint. *Utilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus, justitiam negliget.* (u) SS. Canonum effatum est. Et tamen, quoties Agnati Parochorum ita se gerunt? *Justitiam negligunt, quia de cibo securi sunt.* Adde, quòd si Agnati verè egent, soli tamen non egent; unde etiam solis ipsis totum dandum non est, sed proportione servatâ alijs quoque succurrendum. *In ipsa liberalitate modus adhibendus est, ut non omnibus, sed singulis quadam praestentur.* (x) Hoc autem si ita faciendum est omnibus, multò magis Parochis, qui cum sint Patres, non unus tantum Pauperis, sed omnium Patres sunt. Atque hâc causâ, si quilibet, *justus distribuere inter pauperes, non potest totum uni conferre, ut lex ait, quomo-*

*do totum uni conferre* (y) poterit ter, qui plures filios habet, quòdem egestas premit? idque tanto plius, quia etsi id Parentes nullò offendendi Nummis metu fieri possent, id tamen facere Parochi deberent, quibus id incumbit, ut tanquam Patres in Spiritu peccati & communis Caritatis normam illis exhibeant?

Denique, quid est, dare Agnatis Pauperibus ut Pauperibus? Est, ut ipsis tantum, quantum sufficit ad presentem eorum indigentiam subministrandam, non daretantum, ut dicitur illud enim, non hoc, cum Pauperibus alijs fieri solet. Et hoc tamen finis est, qui saepe titulo elemosinae agnatis praebitur honestatur; verè exinopia, in qua nati sunt, pervenire ad commoda, quae antea fuerant experti. Unde Synodus, quae si praefaga hujus eventus, cum praemississet Ministris Ecclesiae, ut Consanguineis, si pauperes sint, ut pauperibus distribuano, moradit, quòd hoc affectu eos planè liberos cogit. Imò quàm maxime potest, ut Synodus monet, ut omnem hanc hunc erga fratres, nepotes, pro quòsque carnis affectum, unde multum malorum in Ecclesia seminat exeat, penitus deponeat: Satis quoque gnara, ad persuadendum hanc tam non arduam datu, freno paratam quàm stimulo opus esse. Et non quàm egregio tandem alijs exemplis praëlucet, qui suos locupletant. *Nonne & Ethnicis hoc faciunt?* Hic est

SEGNE  
CORRUPTIO  
INSTRUCIO  
POENITENTIA  
CONFESSIO  
PAROCHIA

causâ, etsi Parochos ad subveniendum Agnatis, sola intus vera ac Christiana Caritas impelleret, vulgo tamen id haud facile crederetur. Ea propter ut, quo debent, alijs exemplo præluceant, palàm omnino ostendant necesse est, se, præ Agnatis, Pauperibus bene velle; quod se citra jactantiam facere S. Augustinus professus est, cum dixit: *Gratia DEI, & vestris orationibus, nondum datur quinquam consanguineum, quia cariores mihi reputo pauperes.* (z) Quòd sibi illi quoque, quos ob egregiam vitæ sanctimoniam veneramus, timuerunt, ne Agnatos juvarent potius ut Agnatos, quàm ut re ipsa inopes, quis id sibi facillè de semetipso promitteret? Quàm non difficulter genuinus est adamas, qui asperis in rupibus crevit, tam non facillè maculis caret, qui in vallibus concrevit. Nimis quàm conformis est hominum genio, suam ad carnem & sanguinem adhesio. Quare si inopes alios beneficè & largè quis juvat, quid aliud inducere ad id potest, quàm sincera caritas? at suis multa largientem quis securum reddat? *Causam*, ejusmodi in eventu, *natura præstat, non gratia.* (aa) Christianum Sacerdotem oportet esse sacerdotem secundùm Ordinem Melchisedech; de hoc autem affirmant sacræ Paginæ, quòd sit sine genealogia, *sine Patre, & sine Matre*; Debet etiam animus ejus moveri motibus, qui siderum motibus respondent; nam hæc motu suo contra supremæ spheræ & Mundi motum pro-

grediuntur; tendunt enim ab occasu in ortum, cum Mundus, & quod ajunt, primum Mobile ab ortu in occasum ferantur. Sequi, inquam, eos oportet, non quæ alij passim sequantur, sed aliorum minùs recta studia melioribus exemplis emendare. Ubi verò Agnati molesti fuerint, suâque miserias ac inopiam exaggeraverint, illius meminisse tum Parochum decet, quòd de Levitis Moyse ad DEUM dixit. *Qui dixit Patri suo & Matri sue; Nescio vos: & fratribus suis: ignoro vos: hi custodiunt eloquium suum Domine: ponent thymiam in furore tuo, & holocaustum super Altare tuum.* (bb) Quid enim aliud Agnati & sanguine juncti à DEI ministris petunt, quàm ut majorem ipsorum, quàm suimet rationem habeant? pluris propriam quàm DEI domum & familiam æstiment; pluris caduca quàm æterna, pluris fœtida illorum corpora, quàm Animam suam immortalè? Hinc rectè quidem habet, si quis erga eos indigentes existat beneficus; *Est probanda illa etiam liberalitas, ut proximos seminis tui ne despicias, si egere cognoscas; non tamen ut illi ditiores fieri velint ex eo, quod tu posses conferre inopibus: Neque enim te Domino dicasti, ut tuos divites facias.* (cc) Sinat igitur, ut quantum lubet conquerantur. Ecce autem, quid querantur: *Accusant, quòd eos divites non feceris, cum te illi velint æterna vita fraudare mercede.* (dd) Et tantum animi viro Ecclesiastico non sit, ut eos à se cum indignatione rejiciat?

Ad

Ad istud quoque, quod dicam, mentem advertat. Si, quod vix unquam continget, nemo esset in tota Paroecia ab opibus & facultatibus non magis instructus, quam ipse sit Parochus, ne tum quidem ea, quæ convenienti sustentationi superflua, nulla religione in Agnatos conferri possent: (ff) non inquam possent. Proventus siquidem Ecclesiastici sicut in dotatione ac fundatione Beneficiorum divinum ac cultum destinati sunt, ita profusus ad illum, & non ad alios fines serviant necesse est. Non est humana vis aut brachium, quæ aliorum derivare Jordanem hunc possit, ut alias terras, alios campos irriget, quam campos Palestinae. Qui Ecclesiae proventus possidet, ut Christi Administrator possidet, (gg) & propterea si inde acceperit, unde ipse non fordidè & parè vivat? (Quis enim militat suis stipendijs unquam?) (hh) reliquum inter egentes partiatur oportet; qui si defuerint, Christo totum reddat, in sua Ecclesiae emolumenta, in vestes sacras, in vasa, & ministeria sacra, ringatur licet Avaritia, quæ hinc magis quam unquam fremet, nec volet permittere, ut Parochus in sua administratione tanta se erga fundi Dominum fide gerat. An autem manus ipse dabit? Tum enim verò illa obrinebit, quod dicebam, ut sua cujusque arma contra ipsum vertat, efficiendo, ut ipsi ipsis bonis animam tradiderit propriam, quibus tot ipsam bonis cumulare ac locupletare poterat. Ut autem desint inter subditos Parochi aliqui in-

opes, id verò nunquam fiet. Sed haec de re sufficient: forsan enim Ecclesiae census ac proventus vix ipsi Parocho alendo sufficient (quod quidem miserum est, sed pluribus, quam volem, Paroecijs commune) & quamquam Pastor suis exhibere se debet omniam Caritatis erga proximos, non tamen ea re totam officij sui mensuram implevit. Res postulat, ut non minus suis ipse moribus ideam repraesentet Puritatis; id quod jam nunc demonstrare aggredior.

(a) S. Th. 1. 2. q. 118. ar. 3. (b) Luc. 14. (c) 1. Tim. 6. 10. (d) 2. Tim. 4. (e) Dist. 86. c. Negotiatorem. (f) c. Multi, de Clericis & Monachis. Dist. 88. c. Decretum. (g) Canonum & Conciliorum seq. 17. q. 4. c. Canonum & Conciliorum que 16. q. 7. c. Et hoc diximus & c. Greg. 17. in Evang. (g) Jo. 12. 32. (h) Eccl. 21. (i) 12. q. 2. c. Gloria. (k) 1. Sacramentalium de Sacros. Eccles. & 12. q. 1. c. Appositio in Cod. Theodos. (l) S. Greg. 1. 6. ep. 2. in 2. 24. (m) S. Th. 2. 2. q. 33. ar. 1. (n) Luc. 11. v. 13. (o) S. Th. 1. 2. q. 71. ar. 1. in 2. Dist. 8. c. 35. n. 2. fin. (p) 10. q. 1. c. Quoniam 17. q. 7. c. Quod autem 12. q. 1. c. Indigne. 7. Dist. de Inst. L. 2. c. 4. n. 47. 48. Dist. 42. 3. Hospital. Dist. 47. c. Sicut 3. (q) Leg. 1. 2. 4. ar. dub. 6. n. 47. Valens. in Novell. 117. 11. (r) S. Th. 2. 2. q. 32. ar. 9. & q. 63. ar. 2. (s) Dist. 23. de Reform. c. 1. ex 12. q. 2. c. Quoniam. (t) Dist. 83. c. Generaliter. (u) 3. q. 82. Novell. nem. (x) Dist. 86. c. Fratrem §. in ipsa. & c. Dominus. & S. Th. 2. 2. q. 32. ar. 10. (y) Dist. 11. ff. de opt. Leg. (z) S. Aug. ad Evem. ser. 11. (aa) Dist. 86. c. Est probanda. (bb) Dist. 86. (cc) Dist. 86. c. Est. probanda. (dd) Laym. 1. 4. tr. 2. c. 3. n. 3. §. tertio. (ee) 12. q. 1. c. Si privatim. (hh) 2. Cor. 9. 7.

❖ (o) ❖

CAPIT



I.

## CAPUT XVII.

*Quantopere cum Pastoris  
munere pugnent prava Impu-  
dicitia Exempla?*

**S**I rectè sanctus Bernardus pronuntia-  
vit, *Monstruosa res est gradus sum-  
mus, & animus infimus: sedes prima,  
& vitissima.* (a) Istud autem, si un-  
quam aliàs, tum certè contingit, cum  
Pastor sacer miserè lapsus in cœnum li-  
bidinis, in eo ita sese volutat, ut sen-  
sim evadat minùs quàm homo; quem  
decebat inter homines non minùs esse,  
quàm Angelum. Quia igitur tanto de-  
formius quodvis monstrum est, quo  
ex partibus magis inter se pugnantibus  
componitur, videamus, quàm  
inter se pugnent hæc extrema, Impu-  
dicum esse, & esse Rectorem Ani-  
marum.

Duo potissimùm sunt, quæ ipsis ad-  
dèd Beatissimis Spiritibus venerabilem fa-  
ciunt Pastorem sacrum; Primum est,  
quòd quotidie in Altari pascatur puris-  
simis carnibus Agni sine macula: alte-  
rum, quòd ut Parochus Animas regat,  
illius ipsius Agni sanguine, pretioso  
sanè lytro, recuperatas. Quis jam ex-  
plicet, quantum duo hæc prærogativa  
jura repugnent fœdæ Libidini, cum  
magis ab illa distent, quàm Polus Ar-  
cticus ab Antartico? Libeat primò  
mentis obtutum defigere in jus præro-  
gativum regendi Animas.

*R. P. Segneri Institutio Parochi.*

Quid aliud tandem est Parochus,  
quàm arbiter & sequester inter DEUM  
& Homines, ad id constitutus, ut  
dissidentes inter se conciliet; concor-  
des verò in pace conservet? *Ego seque-  
ster & medius fui inter Dominum, &  
vos, in tempore illo.* (b) Porro, ut  
quicumque arbiter suo rectè fungatur  
munere, utrique partium gratum ac-  
ceptumque esse oportet. Illa proia  
peccata & vitia, quæ uni alterive par-  
tium invisum reddunt, rectæ etiam  
muneris ejus administrationi repugna-  
bunt. Talis autem in re nostra est Li-  
bido, in DEI oculis turpissima, in o-  
culis etiam hominum non minùs fœ-  
da. Quid est igitur, quod porro qua-  
ramus?

Quod in DEI oculis fœda sit, dubi-  
tari non potest; neque enim, ante-  
quam humanos artus indueret, contra  
ullum peccati genus animadvertit sup-  
plicio magis publico, & tumultuoso.  
Contra hoc aquas, & ignem armavit  
Aguas quidem in Cataclismo Mundi to-  
tius, quo parum absuit, quin cuncta  
manuum suarum tam pulchra opera  
penitus destrueret; ignem verò, in  
pluvijs illis horrendis, quibus exul-  
sit Pentapoli, Regionem totius Pa-  
læstinæ longè pulcherrimam. Cum  
verò nostris se exuvijs induit, non tu-  
lit unquam, vel sibi, vel suorum cui-  
quam hujus flagitij probrum affrica-  
ri: nec permisit, ut malus Dæmon  
alias inter tentationes, hac quoque vel  
tenuiter ejus animum infestaret: nec

P

un-

unquam de eo ipse loqui dignatus est, ut de eo cum audientibus conferret, de vobis eo disceptaret (id quod tam multi alij sanctissimos ob fines factitauerunt) sed ne quidem exprobrare id cuiquam sustinuit; quod est argumentum odij contra hostem insensibilissimi; ne suo quidem nomine illum compellere dignati. *Nec memor ero nominum eorum per labia mea.* (c) Ex his autem pronum est colligere, quam Pastor Animarum, qui in animo suo locum det vitio tam abominabili, parum perspectum habeat sensum & genium Principis, cum quo, tanquam Arbitro, ipsi tam crebro multumque agendum est. *Sacerdotes tenentes legem nesciunt me.* (d) Si autem perspectum habet, quam demum fronte ita foede conspurcatus quotidie illi se sistit ad causas aliorum agendas? *Cum is, qui displicet ad intercedendum mittitur, irati ad deteriora animus provocatur.*

Quantum autem Pastor ejusmodi prodit, se DEI genium ac propensionem non agnoscere, tam ignorat genium hominum, cordatorum saltem ac sensatorum, quorum in oculis tam foeda est Impudicitia, ut non aliam magis labem in eo notent, cui regendi traditi sunt; nec eam minus valeant dissimulare. Historiarum monumenta lustranti, non facile aliud occurrerit, quod tot seditionibus ansam praebuerit, quam multas foeda Regnantium libido concitavit: sic ut Gentes illae ipsae, quae quiete ferunt se exactioibus ad extremam usque inopiam, & sanguinem adeo, exugi vexarique, vi tandem & armis

ulciscantur injurias, quas in suis coniugibus aut parientibus, aut tunc. Quid igitur boni unquam suis ex laedit colliget Pastor hac pie iniquitatis? *Cujus vita despiciatur, si Sanctus Gregorius recte sensit, restat, ut praedicatio puniatur.* (f) Nec est quod sibi quilibet imponat, cogitando se sordes has abiciere posse a tot oculis, aut censuribus curiosis, qui neminem observant diligentius, quam qui sublimes in loco consistit. Praeterquam quod difficile nimis sit, venenum habere intra vitam, & illud occulere; prodit se in multis occasionibus, publicis etiam, quare tunc nullo modo liceat. Unde haec ce sortis peccata semper in Animarum Pastore conjuncta sunt cum scandalo directo, quod ajuunt, vel indirecto, quo Grex offenditur. (g) In talibus facile est distinguere maculas a facula, quas in vultu circumfert. Non ita in Pastoribus se habet; in his omnia macula facula est, dum pravo, quo offendunt, exemplo alij etiam peccandi modum ostendunt. Igitur hoc quoque ex capite major est deformitas, quae nascitur ex geminis his vitis, Pastoris Animarum, & Impudici: qui quidem simul collati eundem, in homine minime fallaci, constitunt Lupum ovilis Custodem, Latronem Gubernatorem, & Medicum Homicidam: quod monstrum tam est horrendum, ut Ecclesia vehementer conseruetur, satis gnara, non alias clades sibi inferat magis luculentas, quam quando habet *Lupum pro Pastore, Pradonem pro Gubernatore, Carnificem pro Medico.* (h)

(h) Quibus ipsis vocibus Sanctus Joannes Chryostomus in re non dissimili est usus.

## II.

Hæc tamen minor est monstræ fedditatis pars, quam detestabilem reddere constitui, quæ ex eo nascitur, quòd Impudicus pascat Animas: fedior est altera, quæ est, pascere se Christo JESU. Hanc quis pro rei gravitate explicet? Secum quisque perpendat, quomodo tandem rectè hæc coherere possint; Luxuriæ esse mancipium, & tractare Corpus Servatoris, eoque quotidie pasci? Enimvero cæca animi affectione delirat penitus, quisquis non videt, par esse, ut Sacerdotum quilibet, si fieri id ulla ratione posset, ad officium suum pro dignitate implendum, ex homine mortali mutetur in cælestem, vitâ illi alimonix nobilissimæ proportionatâ, quâ nutritur. *Qui manducat me, & ipse vivet propter me.* (1) Hoc sanè præcipuè spectavit Servator noster, dum nobiscum conjungi voluit ut cibus; ut sui Corporis puritate nostri corporis putredini mederetur. Unde non dissimili ratione de Eucharistia affirmare possumus id ipsum, quod de Mysterio Verbi carne nostra vestiti pronuntiavit Sanctus Augustinus. *Ad hoc Verbum venit in Mundum, ut vitia Carnis extingueret.* (k) Hinc est, quòd cum Mysteria Ecclesiæ alia solam fœrme animam Sanctam efficiant, Eucharistia cum Anima ipsum etiam Corpus sanctum reddat: atque idèo Corpus particeps reddere vo-

luit conjugij, seu Desponsationis admirandæ, quo Animæ sumentis jungere se voluit in SS. Eucharistia sumentis, ut sic totus quodammodo homo DEO plenus hac admirabili conjunctione efficieretur: id quod non solum fit ijs operationibus corporis, quas ibi necessariò ex parte nostra exercitare oportet, quales sunt, pasci, concoquere, ali speciebus illis Sacramentalibus: sed multo magis propter illam altissimam conjunctionem spirituales, cujus virtute re ipsa, & actu misera nostra caro particeps redditur bestiarum illarum proprietatum Carnis Christi Redemptoris nostri: quæ quidem attributa ac proprietates geminis maximè effectis cognoscuntur: quorum unum præsens est, futurum alterum. Præsens consistit in moderatione effrenatæ licentiæ appetitionum nostrarum infimarum, quàm repente efficit. (1) & in mitigandâ malignitate pravarum assuetudinum, sicut balsamum mitigat vim veneni viperarum, si hæc isto frequenter pascantur. Futurum, autem est, quòd jus nobis speciale conferat ad corporis nostri gloriosam Abastasin, sic ut quamvis æterno DEI decreto stabilitum non esset, ut mortaliū quisque supremo illo Mundi die suo in corpore ac membris denuo viveret, deberet tamen, quisquis vel semel divinissimo Eucharistiæ Epulo dignè partus fuisset, redire ad vitam corporis; cum æquum non sit, carnem illam, quæ tam arcta necessitudine conjuncta fuit triumphali Servatoris nostri Carni, perpetuam mortis prædam permanere. Hic igitur fines

tam sublimes Christi JESU, & hæc dotes, ac jura prærogativa corporis nostri tam magna, parùmne monstruosam reddunt Impudicitiam ejus, qui identidem Mysterijs tam tremendis pascitur? Quodnam majus probrum ac dedecus humani corporis esse potest, quàm subjectum esse vitio, quod à capite ad calcem illud inficiat? *Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est,* (verba sunt Apostoli) *qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.* (m) Non solum corpore suo peccat, id quod etiam Gulæ peccato fit, sed in corpus suum; (n) cum enim tota Corporis gloria in eo consistat, quod Rationis sequatur imperia, Impudicus vult ut, vel ingratijs Rationis, corpus operetur ut bestia, eundo non quò suadet Ratio, sed quò brutalis libido impellit. Si corpus Humanum re nulla alia nobilitaretur, quàm quòd sit domicilium Animæ immortalis, magno tamen, quin supremo honore dignum foret, si Legibus fides, ita pronuntiantibus. *Sacrosanctum cunctis esse debet hospitium virilis animæ.* (o) Judicet jam quisque, an non postquam, insuper factum est vas sacrum, quod nulla non die manè impleatur Sanguine Christi JESU, judicet inquam, an sit abusus ferendus, replere illud identidem fœdissima putredine, vel ipsis nonnunquam Jumentorum stabulis ignota! Exigit Apostolus, ut purus sacri Lavacri sal ita nos ab omni præservet corruptione turpitudinis sensualis, ut ne nomen quidem, ejus Baptismi undis tincto, notum sit: *Fornicatio autem nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos.* (p) Quem pro-

in latere potest; quid idemmet Apostolus de Eucharistico Pane sentiat, an non major hujus vis esse debeat? An suo se moderari ardori poterit, ubi nos videbit agere de injuria tam palmari Christo inferenda; qualis procul dubio est, conspuicare Carnem nostram, postquam illam tam intimè Carni ejus in Altari convivio conjunximus? Non inveniemus unquam aliàs in tot suis Epitheta ita exarsisse Apostolum, & tanto cum impetu fulmen contorsisse, quàm contra hujus generis peccatum. Corinthiorum Christianorum aliquis hoc flagitio infamis, dignus vilis est Apostolo Anathematis fulmine, tanquam membrum ad nihil jam profuturum, quàm ad pestem in reliqua propagandam, nil abscinderetur: *Tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit.* (q) Quin non tantum brachio, quod vocant, seculari traditus est, quod pro arbitrio peccatis tam fœdi facinoris ab eo repeteret, sed ipsi ad eò brachio mali Dæmonis. *Judicet, tradere hujusmodi Sathana in custodiam carnis.* (r) Palàm professus est, non esse cur quisquam simili labe aspersus, si vivendi rationem non mutaret, celestem gloriam speraret: *Fornicari Regnum DEI non possidebunt.* (l) Varijs etiam alijs modis suum de flagitio tam abominabili sensum prodidit. Quæ autem quæso id de causâ, cum imbecillitate illâ nostrâ tantâ excusari non nihil potest videatur? en causam, quam hujus præsertim affert Apostolus: *An nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi?* Christo igitur gravissima infertur ignominia, si sordibus maculentur. *Tollens ergo mem-*

SEGNE  
Conciones  
Instruere  
Poenitent  
Confessari  
Parochi

*membra Christi faciam membra meretricis?*  
 Non sinit id Deus. *Abstine.* Horror est, nō dicere tantum, sed vel cogitare aliquid tale. *Abstine, abstine, hoc enim est horrendum sacrilegium* (ut vocem illam explicavit Angelicus) propter eam, quā corpus DEO sacrum contaminatur abominationem, *Contaminavit Iudas sanctificationem Domini, quam dilexit.* (t) Nec imbecillitate rectè purgatur hæc sorditas: nec enim imbecillis dici debet is, qui quotidie Angelorum cibo vescitur: *Panem Angelorum manducavit homo.* (u)

Ubi est igitur Parochus ille, qui ob ejusmodi delicta reprehensus, respondet statim; aliter se facere non posse, cum carne & ipse constet? Si carne etiamnum constat, ponat igitur sacras illas vestes sacerdotales, quibus amicitur, recedat ab Altari, & pedem in Sanctuarium ultra non inferat. *Homo de semine Aaron, qui habuerit maculam, non offerat panes.* (x) Quin parum abest quin dicam, deleatur si fieri potest, character ille sacrosanctus, quo notatus est; cum enim hic in Animabus Sacerdotum, æternis supplicij addictorum, intactus perseveret, eo vel maximè superbus Lucifer in illo damnatorum ergastulo sese jactabit & gloriabitur. Quicumque igitur Animarum Pastor ludibrio tam funesto obnoxius esse nolet, inducat in animum oportet, se jam ampliùs carne non constare, sed ab omni carne divisum, separatum, se junctumque esse. *Elegit eum ex omni carne.* (y) Talem certè illum supposuerunt Sanctissimi illi Synodi Gangrensis Patres, qui cum parte una mitigatam vellent Canonum

Apostolicorum severitatem, qui jubebant sacerdotem fornicarium gradu moveri, statuerunt tamen parte altera, ut si ille in vitio non perduraverit, sed sua confessus adiecerit ut resurgat, (z) decem tamen annis pergeret pœnitentia seriz noxam abolere, crebrò admodum pane tantum & aqua victitando, Psalmis assidue repetendis, setosa veste se induendo, prono in terram corpore divinam diu noctuque implorando misericordiam. *Sacco indutus humi adbareat, die ac nocte misericordiam DEI omnipotentis imploret:* (aa) pergit Synodus plura ejusmodi pœnalitatum genera enumerare, quæ suo loco legi poterunt. Sed quid ista miramur, si ipsa orientalis Ecclesia pari ferè severitate erga Laicos similis flagitij reos se gessit? jussit certè, ut fornicarius annos ipsos quattuor, quin & nonnunquam septenos in Pœnitentium numero & ordine perseveraret. Adulter verò ipsos quindenos, priusquam vel semel permitteretur denuo cælesti illa dape se reficere, quam secundo illo factore profanasset. (bb) Unde apertum sit, an satis se purget sacerdos, qui se ex carne constatum asserit, si ne homo, quidem de seculo hoc prætexens auditus est; etsi tanto rariùs divinam ipse ad mensam accumberet. Si autem malè se purgat, qui hanc imbecillitatem prætexit, an rectiùs alius mala assuetudine causam suam tuetur? An non autem solitus est etiam Pastor sacer nulla ferè non die sacrum facere? quomodo igitur stare simul possunt assuetudines tam inter se pugnantibus? Hoc enimvero monstrorum est monstruosissimum,



num. Et propterea si ex assuetudine peccare tam non minuit peccatum, ut augeat etiam, quanto id minus in re nostra fiat, ubi qui assuetudine peccat, argumento non dubio prodit, (cc) se tam divino cibo toties sacrilegè potiùs, quàm rite pastum esse; qui enim aliàs fieri potuisset, ut adhibito licet toties medicamine dararet nihilominus morbus? Hæc autem cum ita se habeant cogitet quisque, quæ tandem sit conditio Sacerdotis non impudici tantum, sed in his impudicitæ sceditatibus inveterati? Nihil penitus ulla valet excusatio: emendandi mores sunt. Ad hoc autem consequendum procedamus ad rationem ægrum ejusmodi persanandi, quæ quàm in hoc negotio est unica, tam est potens, & haud quaquam incerta.

(a) *L. 2. de Confid.* (b) *Deut. 5. 5.* (c) *Pf. 15. 4.* (d) *Ier. 8. 2.* (e) *3. q. 7. c. In gravibus.* (f) *S. Greg. h. 12. in Ev.* (g) *Ricciol. in Almag. l. 3. c. 3.* (h) *S. lo. Chryf. ep. 2. ad Olymp.* (i) *Jo. 14. 57.* (k) *S. Aug. tr. 2. in Ioan.* (l) *Suares. 10. 3. in 3. p. disp. 64. Sect. 1. (m) 1. Cor. 6. 18.* (n) *S. Th. 2. Cor. 6. l. 3.* (o) *C. Theodos. ad leg. Jul. de Adult.* (p) *Ephes. 5. 3.* (q) *1. Cor. 3. 2.* (r) *1. Cor. 6. (s) 20. 11.* (t) *Pf. 77. 25.* (u) *Leo. 21.* (x) *Ecc. 4. 4.* (y) *Dist. 82. c. Presbyter.* (z) *in Con. cit.* (aa) *Refs. in Epist. 2. S. Basil. ad Amphilocho.* (bb) *S. Th. 2. 2. q. 256. art. 3.*



\*\*\*\*\*  
CAPUT XVIII.  
Quibus remediis utendum  
sit Parocho, libidinis forditatis  
inquinato?

NON arbitror, quemquam tam nulli esse prudentiã, ut exulem caelo Lianam velit, propterea quòd Eclipsin nunquam misera patiatur: quis tam illam æquo animo tolerare possit, si semper hæc eret in tenebris, nihil unquam lucis in terras propagandæ? inde in Sacerdotum aliquo via omnia scateret operibus, quæ Apostolus vocavit, *Opera tenebrarum*, (a) per facta ego illum omnia obtestatur, ut obtutum in animam suam defigere velit, & observare diligenter, an visis satis coloribus illam ego hîc exprimere videat.

I.

Igitur ante omnia negari non potest, quin Pastor Animarum Impurus, sic magnus Peccator. Et tamen pariter hoc foret, nisi etiam ille toto suo in Grege non numeraret ovem se scabiosam. Cur Philosophus hominem malum omnibus alijs animalibus peiorem dicit, id inde fuit; quia homo & mentis manibus præditus est: mente quidem ad malum excogitandum, manibus verb ad exequendum. Nec dispar est ratio Pastoris conscclerati. Nequior est omnibus nequam, quos suæ curæ creditos numerat: nequior propter mentem, quâ præditus est, majorem scilicet notitiã rerum divinarum, quas contempnit; nequior propter manum, majorem nimirum auctoritatem ac potestatem

faciam.

SEGNE  
Conciones  
Instruere  
Poenitentia  
Confessari  
Parochi

Facilendi quod lubet. Ea propter paucis admodum mutatis pronuntiar de illo potest. *Samarita dimidium peccatorum tuorum non peccavit, sed vicisti eam sceleribus tuis, & justificasti oves tuas in omnibus abominationibus quas operatus es.*

Sed nec hoc est, quod præ ceteris me terret. Pessimum est, quod hujus generis Pastor raro admodum ex magno Peccatore mutetur in Pœnitentem, si non magnum, saltem verum: Ut quis peccatum derestetur, necesse est illud cognoscere, cum ne unum quidem passum progredi possit voluntas. Nisi faciem illi intellectus præferat. Et tamen ego obfero Sacerdotem, fœdæ libidini deditum, tanquam hominem abjectum à Deo, crassissimo ad omnem remorsum callo obducto; & triplex horrendarum tenebrarum barathrum ejus in animo deprehendo: tenebrarum videlicet interiorum, tenebrarum exteriorum, & ut sic dicam, quasi manufactarum.

Tenebrarum interiorum: ille siquidem vitæ suæ sordidæ ac lutulentæ assuetus siquando animum suum intuetur, perinde se habet, ac si quis vultum suum exploraret ad speculum cœno probe oblitum: non agnoscit ille deformitatem suam, eaque causâ neque illam horret. Tenebrarum exteriorum: neque enim quisquam eum aliquando corrigit. Si canis vulneretur parte corporis, quam linguâ suâ contingere possit, facile seipsum sanat: at si in capite plagam accipit, nullum malo remedium

habet. Idem in re nostra accidere solet. Si quis ex Populo alijs exempli pravitate sic offendiculo, habet qui moneat; non ita Rector ceterorum: de quo, quam non parè murmuratur cum abest, tanquam de eo qui omnium aspectibus expositus est, tam silent omnes cum adest, gradus, in quo est, reverentiâ elingues: unde fit, ut malum ipse suum occultum semper existimet, quando in omnium notitia, & ore versatur, atque de illo emendando non cogitet. Tenebrarum denique, industriâ accersitarum, seu plenè liberarum: quia Sacerdotes ejusmodi peccatis assueti fermè pro animi sui arbitro & Medico eligunt simili peste laborantem, qui benignius ipsum tractet; quin & mutuo tractetur ab ipso; cum suas sibi noxas aperiant, & nulla religione facillimè eas mutuo condonent, quin aut hic illi, aut ille huic ullum remedium suggerat, quo curari possit & sanari. Unde fit ut sicut in tenebris mortales alitius dormiunt (*qui dormiunt, nocte dormiunt.*) Ita miseri isti in densissimis tenebris suavissimè dormiant, quin unquam evigilent; sic ut denique longissimum producendo somnum ad eam perveniant execrabilem immunditiam, quæ quamlibet potentibus divinæ gratiæ auxilijs resistit, quin unquam aliquid ex Ijs decerpit emolumentum: eò nimirum concumaciæ profecit. *Immunditia tua execrabilis, quia mundare te volui, & non es mundata.* (d) Inde est, quòd magnopere dubitem, an non illa sui accusatio & Confessio plerumque rectè appellari possit à Ruperto Abbate, *peccati confessio potius, quam*

Con-

*Confessio* : cum enim mox ipsi ad vomitum redeant , non obscure ostendunt , cuius generis fuerit illud vitæ corrigendæ decretum ac propositum ; quàm item seria admissorum pœnitudo. Quæ ad primum venti statum prosteritur arbor , ostendit se radicibus putridis fuisse innixam.

Verùm cum mihi propositum sit manum ad iuricem prolapsio porrigere , quâ demum prudentiâ id ago , ut omnem illi denio surgendi spem ac fiduciam adimam ? Imò verò , hæc ipsa est ratio humo prolapsam attollendi ; ostendere illi statum miserandum , in quo jacet. *Fili hominis : notas fac Ierusalem abominaciones suas : (e)* Quæ sunt Dei ad Ezechielem verba , cum urbem illam miserè deformatam meliorem ad vitam & formam revocatam veller. Nec id mirum. In corporis morbis satis est horum naturam medico perspectam esse ; at animi morbos , ut aliqua sanitatis spes affulgeat , ipsis magis ægris intimè notos esse oportet : cum enim horum nullus sanari possit , si sanari non desideret , magna sanè jam remedij pars est , probè intelligere , quanti ipsius interit , sanari. Eam ob causam præmittere volui hæc omnia , ut quemadmodum pharmaca nihil utilitatis afferunt corpori penitus frigido , ita nec Animæ , nisi in ea aliquod salutem recuperandæ salutis desiderium accendatur. *Remedia non agunt , nisi calore vincento.* Si igitur ponamus , quod Pastor facit non sit ex eorum numero , qui desperantes , semetipsos tradiderunt *Impudicitia* , (f) sed qui cum aliquamdiu

habenas permiserit cupiditatis perverfis , frenare nunc illas quantum desideret , dico , remedia , quibus illi utendum sit , secundum Angelicam doctrinam , ad tria capita esse revocanda. *Unum ex parte corporis , aliud ex parte Animæ , tertium ex parte exteriorum , hoc est personarum vel rerum.*

II.

Primum igitur remediũ ex parte corporis sit , in quo hæret radix omnium præteritarum nozarum ac perturbatorum. Daniel primò Idolum destruxit , postea verò Draconem occidit , qui in eo , tanquam Asylo , securus latuit. Certò igitur secum statuat , donec penarum aliquo operum genere corpus edometur , vanam omnino esse præ illa superandi vitia , quæ in eo robustiora semper , tanquam proprio modo , dominantur. Desiderare Paritatem , & fugere quidquid asperum est , est velle vineam fertilem , nolle autem spinas , quibus illam sepit. Unde non nemo è venerandis illis sollicitus in quilibet multo usu edoctus , illud combrò parmix instar usurpabat , *Da sanguinem , & accipe spiritum* , (g) isto loquendi modo ininvans , quod quantum tollitur corpori vitæ animalis , tantum illi de spiritali addatur. Si Parochorum nonnemo vel ad modum asperitatum penarum commo horresceret , non flagri , non vestis aut cinguli , non ieiunij applicationem , ut nimis horridam ad res admittere veller , sic ut ne rumorem aliquid gulæ subtraheret ,

SEGNE  
Concionibus  
INSTRUCIO  
Poenitentia  
Confessio  
Parochi

abstinendum esse Populo ipse edixit, quâ tandem ratione iste Cistus fiet? Quis unquam nitorem ac splendorem dare argento potuit, nisi illudmet non obiter perficando? *Honestum ei vile est, cui corpus nimis carum est:* (h) hoc vel in densis illis suis nebulis homo Ethnicus perdidit; unde & ipse sic vivendum præscripsit: *Sic gerere nos debemus, non tanquam propter corpus vivere debeamus, sed tanquam non possimus sine corpore.*

Alterum remedium ex parte Animæ se habet. Hoc autem est primò, assuescere rebus divinis meditando, malis præcipuè ac bonis, quæ altera in vita nos manent pro ratione promeritorum. Objicere dein mentis oculis Fornacem horribilem, maximâ parte plenam Animabus luxuriosis, quæ nunc desperato furore execrantur breviam illa temporis momenta, quibus sordidâ & laboriosâ voluptatû se oblectârunt; quis denique liberè effusèque ruere in turpia, ad quæ libido rapit, diu poterit, si obrutum & crebrò & diligenter hanc in fornacem defixerit? Quisquis insuper attentè contemplatus fuerit, & velut degustârît stillulam unicam suavitatum illarum inexplicabilem, in quibus per omnem æternitatem felices Animæ in Cælesti Solyma innatabunt, haud aliter ac immenso omnis dulcedinis Pelago, quomodo non cum fastidio & indignatione rejiciet venenatum illum Calicem Babylonica à meretrice sibi blandè propinatum? Hæc malorum radix est, quod cogitationes ultra id,

R. P. Segneri *Instituto Parochi,*

quod patet sensibus, non se porrigant. Idcirco sicut illæ aves, quæ humo vix se unquam pennarum ministerio attollunt, magis ad libidinem propensæ sunt (ut egregiè observavit Philosophus) ita ad eandem maximè propendent illæ Animæ, (i) quæ nunquam humo se attollunt ad contemplandas felicitates illas incomparabiles, quas nobis proponit & promittit Fides.

Meditationi jungenda est lectio librorum Asceticorum & Sacrorum, quæ plurimum conducit ad finem propositum. *Ama Scripturarum studia, & Carnis vitia non amabis:* (k) Sic sua doctus experienciâ ad Rusticum S. Hieronymus scripsit. Maximè autem meditationi conjungi debet divinæ opis contenta & humilis postulatio, non tum solùm, cùm re ipsa impugnatur, sed etiam ante pugnam; quod idem erit, ac opportunis sibi de auxilijs ante assultum providere. *Uescivi quoniam aliter non possem esse continens; nisi Deus det, adij Dominum, & deprecatus sum illum, & dixi ex totis precorâjjs meis &c.* (l)

Literarum quoque studia plurimum conferunt ad animum à sordidis his oblectamentis avocandum; haud aliter ac homines, frugibus inventis glandes statim porcis reliquere. Nec sit qui dicat, nescire se, quibus studijs applicare mentem debeat. Illis se quisque addicat, quæ statui, in quo est, magis serviunt. An non Pastori incumbit Populum suum & publicè, & privatim docere? publicè maximè do-

Q cetur

et in factis Concionibus. Hæ autem studium sanè quàm diligens & accuratum postulant; cum nullus fons semper ex se fundat aquam, nisi aliam semper aliunde accipiat. Privatim docetur pro facto tribunali, ubi Pœnitentes audiuntur; in Consilijs, quæ suggeruntur; in Casibus quibus respondetur; & in expediendis controversijs, quæ nullo non die se offerunt. Hæc autem an studium, & assiduum quidem, non postulant? cum hæc præcipuè discere oporteat ex Summorum Pontificum Decretis & Diplomatis, eorum Declarationibus, & alijs Juris positivi fontibus, quæ nec discuntur nisi multo tempore, & etiam probè memoriæ mandata citò excidunt. Tantò igitur diligentius his studijs applicandus est animus. Hac autem ratione Pastor primò ignorantiam, tam suæ vitæ conditioni probrosam, procul habebit: *Ignorantia mater cunctorum errorum, maximè in Sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in Populo susceperunt.* (m) Deinde non tantùm his studijs animus scædis phantasmatis purgabitur, sed petulans etiam caro sic frangetur (n), ut portò tam petulanter calcitrare illi non lubear. *Vigilia honestatis rabefacit carnes.* (o) Si deessent cetera, servient saltem hæc ad otium, tam amicum libidini, propulsandum; sicut enim non putrescunt aquæ in paludibus, nisi situ & otio, ita sine hoc neque Animæ in sceleribus computrescerent. *Otia si tollas, periire Cupidinis arcus.*

Nonnemo otio vitando aliud quid-

piam Pastori suadebit, hand piam jucundius, venationem inquam. Me quid hîc expectatur? generum pronuntio, videre Sacerdotem, venatorum turbâ circumdatum, & cum ijs oberrantem, periinde tibi esse videre Regem inter Babulcor, SS. Leonones hand sanè tacitè in Clericorum netores invehuntur: (p) idque obmorum honestatem ac gravitatem Clericum decet; eam autem potè maximè qui venatorio cum cornu canibus nemora inquitat; & obfructiones sacras, ad quas venator minùs animum applicat, sic ut canino tandem ab ijs abhorere incipiat. Hæc cum ita sint, duo nam Clerici venationem, qui animi laxatione indigeat, excusare non possunt. Primum est, si Venatio sit admodum tumultuosa, quia ubi quæ variz sortis rebus, sicut ubi aves non tam vincuntur, quam ipsæ blandè allecæ se illaqueant. Alterum si non sit nimis frequens, quam meritò venator dici possit. Hæc certè frequentia summè dedecet; maximè si etiam se jactitet exercitatio, quæ propria quidem sit vaganti Esau, dedecet tamen Jacobum, cui Grex pascendus commissus est. Quare sicut hæc exercitatio, ne quidem justâ ex causâ permittenda est, nisi Majorum venia accesserit, sic illi quos pertinet eam concedere, non faciles nimis, nec nimis faciles ad eam permittendam esse, deprehenditur. Non nimis faciles, ne qui exiimmet, tam pronum ad

SEGNE  
Concionibus  
Instruere  
Pœnitent  
Confessari  
Parochi

tiam hanc Magistratum redditum, suorum emolumentorum certius obtinendorum, aut munerum ex præda spe. Non semper difficiles; (q) cum humana imbecillitas faciat, ut nonnunquam minus malum permittere laudem mereatur, dum eo malum majus impeditur. Quis Rivos, ubi prata rigarint, non finit aliquando suo vagari arbitrio, sine alterius emolumentum spe, quam ne ita immoti in putridam paludem degenerent?

Tertium tandem remedium *ex parte Personarum & rerum* erit. Sed ut hoc non emendertantum morbum jam contractum, sed etiam à contrahendo præservet, multa circa illud observanda & monenda sunt, quæ majore commodo speciaim capite sequenti tractabuntur.

(a) Rom. 12, 13. (b) Ezech. 16. 51. (c) 1. Toeff. 5. (d) Ezech. 24. 13. (e) Ezech. 16. 2. (f) Eph. 4. (g) S. Doroth. ser. 11. (h) Sen. Ep. 14. (i) de Genet. Ani. l. 3. c. 1. n. 7. (k) S. Hier. ad Rust. de vit. for. (l) Sap. 2. 21. (m) Dist. 38. c. Ignorantia (n) S. Th. 2. 2. q. 188. ar. 1. c. (o) Eccli. 21. 1. (p) c. Episcopus de Cler. Venat. Dist. 34. c. Quorundam Dist. 86. c. Qui venatoribus c. Esau. c. Quia prodest. c. An putatis & alibi. (q) Dist. 14. c. Sicut.



CAPUT XIX.

Qualis esse debeat Pastoris Sacri cum hominibus Conversatione?

Idem primo aspectu esse videbitur Conversationem reprehendere, ac

humani generis inimicum esse. Homo animal civile est, & sociabile, ac proinde natura à re nulla magis abhorret, quam à solitudine: nec sciret quomodo superare deberet fretum hujus vitæ, nisi in amici alicujus humeros curas suas exoneraret, ut cervi solent; sensa sua, sua suspiria reddendo leviora, dum eorum partem in alios communicando diffundit. Sed hic meminisse oportet, non ea jam hominem sanitate præditum, quâ principio conditus est; æger est; unde multa jam ipsi non parùm nocent, quæ naturâ suâ ad ipsum juvandum erant destinata. In omni proin Pastore Animarum triplex Conversationis genus in rem nostram distinguere possumus: primum *utile* seu proficuum, alterum *Periculosum*, & tertium *Noxium*. De omnibus tribus pro cujusque conditione variè differemus, semper memores, nos de Parocho ægro sanando agere; sed ægro qui ad sanitatem recuperandam anhelet.

I.

Est igitur aliquod Conversationis genus omnibus planè Pastoribus *Proficuum*. Si Parochus solitudinis unice amans, ab omni cum alijs commercio refugeret, silvarum latebras præ hominum conventibus sectaretur, non possem quidem illum appellare feram gregi suo infestam; non possem tamen etiam illum vocitare Pastorem sui gregis amantem; unde nec ipse vicissim amaretur à

Q 2 greges

grege, id quod tantopere necessarium est, ut ad virtutem ardentem incitetur; sed talem eum relinqueret, qualem invenit; nec enim alia tandem nos vestis calefacit, quam quæ corpori proximè applicatur. *Bonum, nisi deleat, non suscipitur.* (a) Si tamen è diverso nullis non conventiculis adsit, nullum non ad convivium invitatus accedat, nullis non in circulis garriat, pluris non æstimabitur, quam de vulgo quilibet; eaque ratione amittet, telum fortissimum ad gradum suum tuendum, observantiam nimirum ac reverentiam; quod tributum non alij pendit solet, quam qui sibi etiam vivere novit, & secum habitare. Sic proinde in suorum medio vivere Pastor debet, ut Navis Prætoria in aliqua classe, quæ ceteras nec tam remotas esse patitur, ut laboranti subsidio esse non possint; nec tam propinquas, ut identidem in eam impingant.

Ad hanc normam quisquis Pastorum volet vivere, procul in primis habeat omne armorum genus, quibus Laici uti consueverunt; ab his enim in omni sua vita plurimum differre, iisque superior videri Pastor debet. (b) Sacerdotis arma spiritualia sint oportet, non constata ex materia: *Non pila querunt ferrea Christi milites.* (c) Non alio proin scuto utatur, quam Oratione, *proferens servitutis sua scutum orationem.* (d) Nec alium vibret gladium, quam Dei verbum: *gladium spiritus, quod est verbum Dei.* (e) Omne aliud ar-

morum genus Pastoris muneris minime respondet, illud præcipue quod accinctus noctu per plateas obambulet, quod Leges manifestum mendacitati facinoris argumentum esse presumunt. (f) *Clericus incinctus non cum armis, presumitur ire ad deum quendum.* (g) Ratio ejus rei est, quia vel Pastor noctu obambulet in Dei negotio, & opere divini obsequij? & tunc armis opus non est, cum quidquid acciderit, Deus ad ipsum defendendum debet esse paratus. *Servum Christi non capitis corporalis, sed Domini providentia inspirare consuevit:* (h) Aut non locum operum gratiæ domo prodit? at si hac non prodit, domi illum deum subsistere, ne si quis ad egrum, aut ejus indigentem, vocaverit, cum hujus damno non inveniat. Eandem ob causam, ne nihil ab alij ex vulgo Pastor differre videatur, veterat etiam leges Pontificiæ, ut generæ vestium utatur, quod conditionem ejus dedecet, quale esset profanum, nimis splendidum, & corruptum. *Omne quippe, quod non propter necessitatem, sed propter venustatem assumitur, elationis habet calumniam.* (i) Multo autem magis prohibent, contrite comam; quam in rem inde à primis Ecclesiæ initijs late sunt leges, ob venerationem Apostolorum, qui ob Evangelij contemptum ab hostibus suis ignominiosè attonsi fuerunt. *Siquis (audite fulminantem in Concilio, à se Romæ in S. Petri Basilica celebrato, Gregorium*

SEGNE  
Concordia  
Instruere  
Poenitentia  
Confessari  
Parochi

Nonum ) *Siquis ex Clericis relaxaverit comam , sic Anathema.* (k) Et sic deinde ex Clericorum numero , qui gloriam in capillorum futili ornatu quaerat , seque nitidulè crispatum jactitet ? Arcet insuper leges sacrae à Clerico omnem superbiam , fastum , supercilium , si enim etiam *in Episcopali cervice nihil splendidius fulget , quam humilitas.* (l) Quanto magis in Cervice Pastoris , Episcopo tanto inferioris ? Quamquam non Pontificum tantum decreta omnem in agendo factum Clericis interdicunt , sed multo magis ipse Deus , cum dixit : *Rectorem te posuerunt ? noli extoll.* (m) Et tamen quoties videre est , sceptrum penitus non meminisse , non ita pridem se in silva à ceteris truncis nihil discrepasse ? Prohibent eadem leges sacrae omnem verborum ac operum simulationem ac duplicitem. (n) ubi enim invenitur Veritas , si à Pastorum etiam linguis exulet , & animis ? quare *Ante omnia verbum verax precedat.* (o) Hoc praesidio Pastor auctoritatem suam communit in omnium hominibus commercio. Hoc si absit , omnis alia auctoritas scopus erit linguarum etiam plebeiarum , quin ulla eam larva objecta rueri possit : nulla enim denique larva totum hominem tegit.

Eundem ob finem , ne Pastor à Populo non discrepet , in conversatione , conditioni ejus interdicuntur , solenni edicto , (p) chartarum , & alearum lusu , quem in Clericis tam

non probant sacrae leges , ut non ludere tantum , sed vel ludentes spectare prohibeant. *Clericis nec participes erunt ludentibus , nec inspectores ludi.* (q) adèd ut olim ejusmodi lusus spectator Clericus triennio à muneris sui functione suspenderetur. Et tamen hodie ludus iste tam non videtur dedecere conditionem Pastorum , ut meminim incidisse me in itinere in bene numerosum Pastorum manipulum , qui post Exequias defunctorum manibus celebratas , sic illam in mortuos pietatem coronarent , ut promptis à prandio , quod Fidelium ijs beneficentia lautum instruxerat , chartis in plures divisi turmas , hilariter lusitarent , crudos illos Josephi fratres imitati , qui dum iste lugebat in cisterna , risui ipsi & jubilis indulgebant , *& nihil patientur super contritione Joseph.* (r) Quamquam hæc Josephi cisterna , etsi squallida , igne tamen plena non erat , qualis est illa flammaram Animas purgantium. Si ab hoc chartarum & alearum lusu in Parochiis mala abessent cetera , abesse tamen nunquam potest exempli pravitas , quæ Populus praesens offenditur & proritatur : unde Vipera dici posset , quæ sibi quidem suo veneno non nocet : sed quid interest , si nocet alijs ? Dicunt hi confestim : si chartas & folia lusoria tractare non dedecet manus , quæ sacra Mystera peragunt , cur nostris illas manibus extorquere nonnemo laborat ? Pastores nostros praesentes sequimur.

Si



Si Sacerdotes, alijs etiam inspectantibus, ludo hoc non abstinent, cur nos abstinemus? Si proinde causæ abessent aliæ, quæ ad ludam hunc animo constanti & generoso posthac vitandum deberent impellere, satis utique monere quemlibet deberet hic timor exempli alijs obfuturi. *Si esca scandalizat fratrem meum* aiebat Sanctus Paulus, *non manducabo carnes in æternum*: non ob aliud, quàm *ne fratrem meum scandalizem.* (1) Et tamen quàm, apud seridè perpendentem, potens est & illa ratio, quòd manus ipse habeat non communes, non viles & contemptibiles, sed sacrosanctas! *Indignum est, ut manus, quæ Sacramenta consumant, aleas trahant.* (2)

Nihil tamen studiosius prohibetur Sacerdotibus, quàm ne choreis adsint, etiam domesticos intra parietes ducendis. Non adsint inquam, & non tantùm, non procurent, non promoveant, non ipsi saltitent, ne oculis meis spectaculum tam indignum obijciam. *Ubi cubare & Chori.* (3) ( Sic S. Ephrem scribit, tantæ Doctor autoritatis, ut viventis etiamnum libri post sacra volumina publicis in templis legerentur ) *ibi mulierum perditio, ibi Angelorum tristitia, & festum Diaboli.* (4) Et credat quis, actorem diabolica hac in scena illum esse velle, qui omnes intendere conatus deberet ad ludos istos disturbandos?

Ut ad propositum redeamus. Ubi Parochi Conversatio vitaverit scopulos jam indicatos, periculum non erit,

ne gradus sui excellentiam ludibundè exponat; erit proinde tunc Conversatio utilis ac proficua subditio, innoxia ipsi Parocho, nec illi, qui in ipso pronus sit ad ejusmodi infortunes: siqua enim in Conversatio est, quæ adicium Libidini pandat, periculosissimum, nimia familiaritas est. Hanc qui vitaverit, relinquet Cibitati custodem fidissimum, potestatem verecundiam peccandi.

## II.

Secunda igitur Conversandi ratio penitus fugienda est, cum sit *periculosa*: & est illa quæ habetur cum personis alterius sexus, intentione eodem non pravâ, non tamen equidistanti, quæ ad tollenda pericula subiciat. *Turbam hominum agere* aiebat Seneca, *qui se pati oportet.* (5) Hinc si Parochus domesticæ Libertudinis fastidio crebro oberrat per forum & compita, per officina, per conventicula, & ibi cura vix otiosis operam daret audienda, narrandis novis nullius momenti utilitatis, id sanè laudari haud poterit, quia tandem, *inter seculares magna, magna sunt: in ore Sacerdotum prophemia.* Hactenus tamen id frivolum benignam in partem accipi potest, dicendo, ejusmodi animi laxationem non recusare, aliud non esse, quàm remittere tantisper arcus chororum paulò post fortius tendatur; tanto magis, quòd remittere nonnisi aliquod de gravitate consueta, non sit illam dimittere, juxta S. Bonaventuram.

SEGNE  
Concordia  
Instrucio  
Poenitentia  
Confessio  
Parochi

turæ, his verbis traditam, doctrinam: *Remitti potest gravitas, non dimitti*: Quomodo autem his prætextibus honestari potest Conversatio cum feminis, contra Divini Spiritus tam disertum præceptum? *In medio mulierum noli conversari*. Et alibi. *Cum aliena muliere ne sedeat omnino*. (2) Novumne est, quod prima deceptio in Mundum per oculos ingressa sit? *Vidit mulier, quod esset pulchrum visus, aspectuque delectabile, & tulit*. Quodque deinceps alij ex alijs per oculos tanquam fures per fenestras ingressi sint? *Per fenestras intraverunt, quasi fur*. (aa) Si proinde solùm non clausisse temporè, aut non demississe oculos tantam malè cautorum multitudinem, obrutu unico in fraudem impulsorum, deslere exitum suum cœgit, judicet quisque, quid sentire, quid pronuntiare par sit de conversatione & continua & comi atque affabili, quod perinde sanè est ac obdormiscere ad extremum marginem formidabilis præcipitij? *Quid tibi cum femina, qui ad Altare cum Domino fabulavis?* (bb) Clamabat S. Hieronymus, ut tanto iudicium nemini non somnum excuteret. *Sistimus, inquit, intra honesti limites*. Opto equidem, ut id ita se habeat, & ne tum satis litasse honestati videantur, si modò ultra desideria progressi non sint, quidquid de istis sit. Elephas, qui vado transire non potest flumen, magnà aquarum accessione auctum, ripas saltem illas obambulat; eaque re monstrat, se non transmittere flumen, non quòd nolit, sed quòd non

possit. Si vitæ discrimen non metueret in transmittendo, si minus rapidus torrens esset, si de fide allicientis non dubitaret, trajiceret profectò confestim, & alteram in ripam evaderet.

Istud porro discrimen, si S. Thomas falsus non est: tum est majus, cum familiaris quis agit cum feminis, quæ vel in speciem, vel re ipsa magis religiosæ sunt. Ipsa illa Ancilla, quæ prima admisit Petrum eò, ubi Christus erat, causa lubinde fuit, cur Christum Petrus negaret. Rectè proin sapiens pronuntiavit: *Melior est iniquitas viri, quàm mulier beneficiens*: (cc) minus enim fermè damna accipit vir ex commercio cum viro nequam, quàm ex commercio cum femina bona. Prodit ex femina, etiam bona, iniquitas, ut ex purpura tinea. *De vestimentis procedit tinea, & à muliere iniquitas viri*. (dd) Mirari proin nemo debet, quòd vir ille candore & vitæ sanctimonia eximius proauntiavit, aliam se tentationem non formidare, quàm quæ boni specie velata occurreret. Et profectò si serpentes omnes igneo colore essent, nocerent minùs; sed quia plerique terræ concolores sunt, facillè non anum incautum veneno suo inficiunt, qui pede eos calcet, terram esse ratus. Quoties factum est, ut juvanda servandaque unius Animæ specioso prætextu perirent duæ; utque qui volebat gemmam Draconis capiti exemptam, dura propius accedit, pestifero halitu afflatus Spiritum efflaret? *Sic stulti estis, ut cum spiritu caperitis; nunc carne consummemini*: (ee) Sic Apostolus increpabat. Sed nimirum pauci ad hanc stultorum claustra per-

pertinent. Sunt enim vero plures, quam vulgò appareat. *Stultorum infinitus est numerus.* Cum hoc proinde hominū genere, præquam cum ullo alio, attendere oportebit Pastorem, ne unquam locus detur affectui fundato in sensu, sive in ipso, sive in illis: cum autem vel in illis, vel in ipso hunc excitari contigerit, nulla in eo restringendo mora trahenda est. Quomodo autē est extinguendus? non aliter, quam sublato penitus omni commercio, quod est unicum incendio huic delendo remedium, juxta vulgatam paræmiā: *Ignis terrā extinguitur, amor absentia.* An satis amari non potest femina, ob virtutē, quam quis in ea suspicit, quin ad illam tam crebrò invisat? *Feminam, quam videris bene conversantē, mente dilige, non corporali frequentia.* (ff) Quod si ipsa Caritas non permetteret, quo minùs is, ad quem id ex munere pertinet, inviseret ad feminam ejusmodi ægram, invisat, sed rarò, sed citò se expediat, sed loco aliorū oculis exposito, nec unquā solus soli loquatur. *Solum ad solam nulla Religionis ratio permittit accedere.* (gg) S. Carolus Borromeus, illustris sanè Pastorum factorum idea, ne sorori quidem sine arbitris loqui volebat, ut subjectis Sacerdotibus eo exemplo sanctum hunc sui ipsorum timorē altè ingeneraret, qui solus nos tutos reddit aut ex toto, aut magna ex parte; cum solus ille præter mediā sui parte desideratam puritatem. *Magna pars peccatorum tollitur, si peccatoris vestis assistat.* (hh)

Si quando autē cautelis his opus non foret ad vitanda pericula, opus tamen illis foret ad summam tuendam, quæ nemini non Pastorum cumprimis necessaria est.

*Oportet autem & illum testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt.* Unde melius sibi noxæ ea in re conscium esse, hoc in negotio non satis est pro plena, quam dicunt, probatione. Nisi accedat nomen bonum, testimonium quidem est, sed minus; atque aded nullum. Non nisi duobus testibus asseritur veritas. *Provincimus bona non solum coram Deo, sed etiam omnibus hominibus.* (hh) Conscientia bona cuilibet pro se sufficit, quis hoc scit? alijs tamen non sufficit. *Due res sunt Conscientia & Fama: Conscientia necessaria est tibi, Fama Proximi, (ii)*

## III.

Hactenus ferè intra limites confisus substitimus, Illius, de quo nunc sermo erit, fuga, ad præceptum pertinet, ad præceptum quidem severissimum; nec enim jam de Conversatione periculosa tantum, sed apertè noxiæ agitur. Videri porro posset parùm necessitatem, revocare in memoriam, quæ sit ejusmodi Conversatio; cum salva effugatione nemo Pastorum hoc ignorare possit. Sed aliter sentiet, qui meminerit, (kk) haud aliter ac somno vade obnoxij sunt, qui locis palatibus habitant, sic etiam qui sancti flagitijs assueverunt, tam altum dormire, ut nonnunquam non evigilent, nisi cum morti proximi sunt. Est igitur tam necessarium vitare comætiarum Personarū, quæ tarpis lapsus causa sunt, ut S. Thomæ videatur vix quidquid amplius liberæ voluntatis in eo agnosceret, qui his laqueis pedem sciens implicavit.

*Id peccatum ita in lubrico positum est, ut nisi aliquis principium ejus vitet, vix a posterioribus possit pedem retrahere* (ll) Et tamen Sanctus Doctor eo loco de principio remoto tantum loquitur, quale est solus Virginis modestissimæ aspectus. Quid ergo ille pronuntiaret de commercio cum feminis, quas experientia multiplex decuit, non periculis tantum, sed lapsuum causas fuisse? Pronuntiaret profecto, non quod futurum esset, sed quod jam sit conjunctum cum culpa, ob evidens periculum, cui se committit, qui sciens volensque illud amplectitur, etiam postquam imbecillitatis suæ non semel periculum fecit.

Si dicere lubet, quod res est, omnis Sacerdos, qui proditorie sumere non vult Panem Angelorum, Angelum vitæ referre deberet. At si quando Naturæ corruptæ onus illum ita deprefferit, ut similis effectus sit abjectissimis campi pecoribus, aut parum admodum ijs superior, ut quid deinde tam cæcus esse vult in Lascivia, ut studiosè ea consecetur, quibus illam foveat ac nutriat? Sed quid dico consecetur, aut quarat, cum nonnunquam illecebræ ejusmodi alantur domi, titulo servarum præ alijs fidarum? An non probrum est, *Ancillas juvenes habere in ministerio, & præter vocabulum nuptiarum omnia esse matrimonij?* ut ad Rusticum Sanctus scribebat Hieronymus? Subinde autem opponitur ut probabilis excusatio, carnis imbecillitas, & vis tentationis. Quæ imbecillitas? Hoc non est fragilem esse & imbecillum, sed valem se facere. Quæ tentatio? Hoc

R. P. Segneri *Institutio Parochi.*

non est tentari; sed velle tentari. Quis non, fortassis tuo malo, didicit & novit, quæ quantaque sit vis objecti delectabilis, cum præsens fuerit? Magnes, qui ferrum paulò longius à se remotum penitus non movet, propinquum toto impetum stringit & amplectitur, & agrè admodum à se divelli patitur. Hinc multis omnino Pontificum Synodorumque decretis jubentur Clerici procul suis ædibus habere feminas suspectas (mm). Suspectas inquam; nec enim Decreta illa progrediuntur longius, verène malum illud, de quo suspicio est, paratum fuerit? satis est, si suspicionibus ansa præbeat. *Abi talis fuerit habitatio, antiqui hostis stimuli non desunt.* Sic Canones. Eaque causâ idem malum aut præsumunt majus, quam appareat, aut supponunt. *Adulterium intercipit cohabitationem: id est,* ( ut Glossa interpretatur, ) *intercipere solet; quia ex cohabitatione præsumitur accessus.* Quisquis igitur his se implicitum laqueis invenerit, non cogitet de ijs, ubi commodum fuerit, solvendis, sed eos sibi confestim rumpendos constituat: nisi enim ictu uno heroico abrumpantur penitus hi nexus, facile omnino fit, ut planè nunquam rumpantur.

Quodsi tandem & illud malum in facti alicujus Pastoris ædibus reperire esset, quod Propheta ut gravissimum malorum, quæ orbem terrarum inundaverant, jam olim deploravit, ut *Sanguis Sanguinem tangeret* (nn), quodnam tandem hoc malo detestabilius esset malum? Sicut tunc illi deploran-

R

do

do nulla suffectura essent lacrymæ, ita nec verba explicando. Heu miseram necessitatem! Nec vitæ commercium ob sanguinis conjunctionem posse abrumperè, nec salvâ Animâ illud proficere! Ignem sinit fovere, nec posse excutere ad se indemnem servandum! Eo venite, ut illa sanguinis necessitudo, quæ tutam semper facere feminam vel inter Turcas ac Tartaros censetur, tutam non reddat in manibus viri DEI obsequio consecrati, & quotidie, ut sic dicam, Deificati in Altari, ubi ipse non ut homo, sed ut DEUS operatur! Enimverò patet, Ebur illud, quod candidissimum erat, cum integrum, igne absumptum sepiam fieri omnium acriorimam.

Denique (quia Luxuria, tanquam cœnosa torrens, quò decurrit profundius, hoc exundat latius) Denique (sit fas proloqui) eò venit, ut pro sacro Tribunali audiantur quotidie misellæ illæ, quæ in facinora tam plena horrore & dedecore confenserunt; & absolvantur. Heu columbas, verè bis seductas! seductas, quia suâ voluntate & arbitrio rebus implicatae sunt; & seductas, quia ad sese extricandas consilium ab Accipitre exquirunt! Libenter equidem intelligerem, quomodo cupiditati effreni frenum esse possit illa sui accusatio, cui omnem pudorem adimit ejusdem culpæ Rei arbitrium? qui tamen Pudor tam necessario ad Pœnitentiam requiritur, quæ umbratilis & ludicra non sit. Multum profectò erit, si Confessio ejusmodi, non uni tantum, stimulo potius sit ad se de-

nuo conspurcandam abominandis infordibus, quas alteri tam sine pudore expoliit, quàm remedio. Lacedæmones antiqui in præliis rubras vestes amabant, ne, quæ acceptant vulnus manante sanguine proderentur. Et hoc nimirum est, quod unum horrentissimè tales sunt; haberi pro talibus, quæ sunt, non esse. Hinc etiam nullo modo quam eorum uruntur remedium, quæ alius quivis arbitet, ab ijs delecta prompta suggereret, qui culpam circumdè reus non esset. In Complicibus earum Diœcesium, quas sacri Eucharistionibus lustrari, observavi magno omnino providentiâ veritas à Pœnitentiis absolutiones Complicum in materia libidinis, & veritas salutari proposita severitate. Ubi autem lex talis non extiterit (et si rectè utique existeret oblique) attendat, quæso, quisquis in hoc lapsum est usus tam abominandis, ad periculum, in quo versatur. Minum sanè abest, quò minus momento unico claudatur os ejusmodi foveæ, ex qua etiamnum exitus patet: *arguat super eum puteus os suum*, prædictissimum sacrorum Mysteriorum prædium in exirium tanto irreparabilem commutando. Profrus si Sacramentum sic administrare, non est Sacramentum proderet (ooo), quod S. Isidorus tantopere detestabatur, quæ alia administratio erit tam proditoria?

Sed satis tandem de re tam abominanda. Equum non est, ut scelus peccatorum, & fortassis ne unius quidem, quod hætenus execratus sum his in paginis, offendant hæc legentis, & cupido

SEGNE  
CONDICTIONES  
INSTRUCIONES  
Pœnitentiæ  
Confessarij  
Parochi

alterius Pastoris aures, qui divini honoris Zelo flagrans, rectissimis vitæ exemplis tam procul abest à commercio ejusmodi infami, quam procul ab illo abest sublimis sui gradus excellentiâ. Propositâ igitur hæcenus normâ exemplorum, quæ dare debet Pastor respectu Proximi, & sui ipsius, nihil potro deesse videtur, quod minus alterum pascendi genus, quo pascere quisque suos debet, omnibus numeris sit absolutum. Transeamus ad genus tertium.

(a) S. Aug. l. de spir. & lit. c. 3. (b) c. Clerici. de Vita & hon. Cler. (c) 23. q. 8. c. Non pila. (d) Sap. 18. 21. (e) Eph. 6. 17. (f) 23. q. 8. c. Convenior. (g) Panorm. ap. Navar. l. 5. conf. 44. n. 3. (h) 25. q. 8. c. Non pila. (i) Dist. 23. c. Clerici. Dist. 41. c. Clericus. 21. q. 4. c. Nullum eorum. 21. q. 4. c. Omnis. dist. 23. c. Prohibet. & c. Clerici. Baron. an. 58. (k) c. Siquis de Vita & Hon. Cler. & dist. 23. c. Siquis. (l) Dist. 100. c. Contra morem. (m) Eccli. 32. 1. (n) 6. q. 1. c. Ex merito in fin. & 16. q. 1. c. Si cupit. (o) Eccli. 37. 2. (p) c. Clerici. de vita & Hon. Cler. (q) Dist. 35. c. Episcopus. auth. de Sac. Episc. 5. Interdicimus. l. Interdicimus C. de Episc. (r) Amos 6. 6. (s) 1. Cor. 8. 12. (t) S. Cyp. de Aleat. (u) Dist. 24. c. Presbyteri. (x) S. Hier. de Script. Eccles. (y) Sen. in Praef. l. 4. N. N. Q. Q. (z) Eccli. 4. 2. Eccli. 9. 12. (aa) Isai. 2. 2. (bb) S. Hier. ad Ocean. (cc) Eccli. 42. 14. (dd) Eccli. 42. 12. (ee) Gal. 3. 3. (ff) Dist. 32. c. Hospitalium. (gg) Dist. 81. c. In omnibus. (hh) Sen. Ep. 11. (ii) 1. Tim. 2. 7. (kk) 2. Cor. 8. 21. (ll) 12. q. 1. c. Nolo. (mm) Arist. Probl. Sect. 14. n. 11. (nn) S. Th. in 100. c. 21. l. 1. (oo) De cohabit. Cler. & Mul. c. Inhibendum. c. Si quisquam c. Clerico. c. à vobis. Dist. 83. c. Si quisquam. Dist. 81. c. Oportet. 18. q. 2. c. Dissimus. Dist. 81. in eod. c. oportet. (pp) Ose. 42. (qq) S. Isid. l. 2. ep. 21.

\*\*\*\*\*  
CAPUT XX.  
Tertium Animas Pascen-  
di genus per Sacramenta.

Et hoc præ alijs. Pastorum proprium, magisque divinam: magis proprium dixi, quia utroque priore non solum Parochi suos, sed & alij pascere possunt; cum nemo sit Christianorum è numero, qui non alijs & hortando, & exemplis præcædendo, incitamento ad virtutem esse possit. Hoc autem tertium Pastoribus solis commissum est (a): nam & illi Sacerdotes, qui Pastores non sunt, siquando Sacramenta alijs ministrant, non tam muneris sui propria, quam alieni delegatâ potestate id faciunt. Dixi etiam esse maximè divinum; in Sacramentis siquidem ministrandis Pastores animata sunt Christi Servatoris instrumenta.

## I.

Christus Servator non tantum fuit Sacramentorum author, dum illa primò instituit; cruoris sui lytro promeruit, eadem numero definivit, ac promulgavit tanquam supremus Paternæ voluntatis interpres; sed eorum præterea author est perpetuus, quando & quotiescunque effecta sua produunt; hæc enim Christus semper efficit, ut DEUS, & ut Homo est (b). Ut Deus quidem effecta hæc producit potestate, quæ autoritatis & principalitatis appellatur; ut Homo verò potestate, quæ



gere Parvulis & istum tam æstimatum Panem: *Sacramenta administraturi, prius illorum vim & usum, profuscipientium captu explicent* (i). Sic, gravibus impulla causis Sacra Tridentina Synodus præcipit: hanc enim tam accuratam institutionem omittere aliud non foret, quàm sanctissimam hæc Mytheria mille contemptibus, mille repulsis exponere; non aliter ac fieret, si ad amantes artificem manu nõ politi & splendidi rudibus proponerentur; vix enim à filicibus eos aut cognitione, aut æstimatione discerneret.

Nunc ad singula descendendo, Sacramenta, ut constat, septem in Sanctæ Ecclesiæ cælo Planetæ sunt: sed Planetæ omnes ac singuli benefici tantum, & qui SS. Evcharistiam ut solem centrum habeant. Horum tria Parochus non administrat; Confirmationem inquam, Ordinem ac Matrimonium. Confirmatio & Ordo, tanquam sidera Sphæræ majoris, Præsulibus, tanquam Intelligentijs Ordinis Superioris, credita sunt. Matrimonij ministri ipsi Contrahentes sunt. Tridentina Synodus huic Parochum assistere tantum voluit, aut ipsum, aut alium Sacerdotem ab eo substitutum (k). Igitur aliorum quatuor administratio Pastoribus minoribus relicta est. Unum horum repeti nunquam potest; Baptismus nimirum, qui dictus est *Sacramentum infantium*. Alterum repeti quidem potest, sed raro admodum. Unctionem extremam dico; quæ est *Sacramentum Exuentium*. De istis igitur duobus agemus primo loco, posterior em alijs duobus relicta; quæ quidem crebro suscipi in vita non

tantum cum laude possunt, sed debent etiam: Sunt autem Pœnitentia & Evcharistia.

## II.

Ad Baptismum igitur quod attinet, observata summa ejus necessitate Parochus non sollicitus modò, sed propè anxius esse debet, ut suis constet, quomodo ritè is, ac ordine conferri possit. Primum igitur diligenter & accuratè pro concione docendus Populus, quæ forma sit hujus Sacramenti, observanda cum gravi urgente periculo vel feminis permissum est, si persona dignior & perita non adsit, sacris undis tingere. (l). Quamquam obstetrices non publicè tantum hanc formam docendæ sunt, sed privatim etiam (m): quin annis singulis vocandæ ad examen, ut certus esse possit Parochus, nullam earum, quæ celeritate didicerat, eadem, ut non raro fit, iterum oblivioni tradidisse ritè baptizandi formam. Docendi subinde etiam omnes, necessarium esse, ut Parochus iterum salutari lavacro sub conditione tingat infantes, (n) qui vel causâ non provisâ partus immaturi, difficilis, & tumultuazij, à feminis privatim fuerint abluti; toties saltem, quoties Parochus non sit plus quàm ordinariè securus, opus totum ritè, & absque perturbatione fuisse administratum. Ratio ejus rei est, quia periculum Matris gravissimè laborantis, & prolis nascentis, fermè ita turbare solet feminas partui intentas, ut nesciant nonnunquam, quid agant: meritò proinde timeretur, ne quid minus rectè sit gestum: nunquam

R. 3



quam enim manus tremula operis ad amissum exacti fuit instrumentum: ubi autem merito timetur, æquum sanè est, ut in tanti momenti negotio etiam sollicitè provideatur, *ne manifestè pereant, in quibus, quod non ostenditur gestum, ratio non finit, ut videatur irritum.* (o)

Tandem quia non rarò accidit, ut uni peccato tegendo aliud hand paulò priorè gravius admittatur, resecando telæ partem, cui iniusta labes aliter deleri non potest; res postulabit, ut Parochus in Institutionibus communibus crebro tonet ac fulminet contra infame illud muliercularum genus, quæ certo destinatòque consilio abortus procurant ad celanda flagitia admittà; & contra illas etiam; quæ si abortum non procurant, permittunt certè, eo tempore quo uterum fetunt, laboribus immodicis se fatigando, aut aliàs nullà aut exiguà fœtus curà; parùm considerantes, quem quantumque thesaurum alvo clausum gerant, qualis est Anima immortalis, omnis sui cruoris inestimabili lytro à Christo Salvatore redempta. Omnibus his Pastor ob oculos ponat horrendam flagitii perpetrati immanitatem: (p) quod Injustitiæ Parricidii addat iniquitatem furti tam atrocis, quale est, furari cælo Animam, & Cælum Animæ. Ostendat, quàm difficile sit suam servare Animam illi, quæ tam nefariè perdidit alienam. Efficiat etiam, ut conscelerata eiusmodi muliercula videantur audire sibi clamores infelicitis sobolis, vindictam à Deo Iudice postulantis, à quo iustissimam fa-

nè est, ut damnetur ad malum eternum, qui, vel quæ, in una sui parte tinxit bonum, quod poterat esse æquum, unde non male in talem quædam illud magni Augustini: *Falsus est malus dignus æterno, qui in se primo bonum, quod esse possit æternum.* Refrictet memoriam Ceasarum veterum minus, quàm novarum, cum has infelices fulminarum. Animo quidem, et si consuetudine abrogati, quales fuerunt illæ Ancyranæ, quod per omnem vitam. Fidem motum illum voluit, qui proli non baptizata vitam eriperet: si novas autem quibus etiamnum confringitur, qui atrociter peccat, ut est, Excommunicatio Episcopo reservata, & Inrogatas, si eius capax sit delinquens, non summi Pastoris autoritate auteretur. Nec omittat commemorare poenas legibus etiam Imperatoris constitutas, in qua capitis poenà plectant abortus, amata jam prole, deliberatam procreationem, etiam effectu non facta: ubi autem proles nondum animata fuerit, decernant poenam exilij, & fisco iudicent bona, si Personæ peccator fuerint Nobiles; condemnationis vero ad metalla, si ignobiles. Tam cocceis studiis profanum æquæ ac factum forum execrantur crudelitatem, quæ feris, cum matres fuerint, et si Luporum & Leopardorum matres, nunquam cum habet, & locum pro dolo habet in Matribus, quæ Christo sunt amara!

Altera Institutionis pars consistit in declarandis effectis Baptismi; in rari-

SEGNE I  
 Conditioes  
 Instruclio  
 Poenitentia  
 Confessio  
 Parochi

ac ceremoniarum explicatione, quibus in illo confereudo Ecclesiae uni placuit; hanc autem, si non alius ex fontibus, ex ipsis certe sacris Canonibus licebit haurire: inculcetur etiam quid quantumque eo nomine Christiani Deo debeant. (r) Sanè nunquam beneficit alicui Deus, quin, velut tributi loco, gratitudinem exigit: *In omnibus gratias agite.* Quomodo autem grati Deo erunt, qui nunquam intellexerunt beneficii in se collati magnitudinem? Videt Servator Christus tam multos, originatè lepra feuda scabie, quacum nati sunt, per lavacrum sacrum liberatos; & non videt è caelo, nisi unum, qui redeat, gratias quas debet acturus. *Nonne decem mundati sunt? & novem ubi sunt? non est inventus, qui rediret, & daret gloriam DEO, nisi hic alienigena.* (u) At si reprehendi meretur, qui non redit, quòd viam forsàn ad reditum nesciat, ego non dispicio quomodo non rectius illius increpanda sit socordia, qui aliis se duceem futurum pollicitus est, & tamen eos non ducit. Quomodo, quae debent, facient Pastorum cura commissi, si quae debeant, ignorant? Quomodo autem scient, si altiore ex loco illa à Pastore proponi non audierunt? *Quomodo audient sine predicante?* (f) Res igitur postulat, ut Pastor suos doceat, quâ ratione sacramentorum undarum beneficio à Deo adoptentur in filios magis ab ipso dilectos, quàm quisquam Parentum in terris possit filios ex se genitos diligere. Curet ut assequantur, tantam esse Gratia, Baptismi undis col-

lata, praestantiam, ut quidquid natura in Mundo toto habet, aut habere potest in thesauris suis, Gratia collatum non plus sit, quàm homo pius homini vero collatus: unde fatius futurum, mille vitas iclu unico amittere, quàm Gratia hujus, admittà gravi noxà jacturam pati. *Melior est misericordia tua super vitas (y).* In eo praeterea elaborandum, ut cuncti nôrnt, quantum Christo DEO Filio debeant, qui, secus quàm alij filij unici factitent, non tantum non studuit solus esse, qui opibus paternis potiretur, sed à Patre suo id impetravit, ut nos filios suos tanto numero adoptaret; nosque vocaret in partem hereditatis illius magna ac caelestis, quam uni sibi jure optimo, tanquam Filio naturali, nulli veto alteri debitam, agnoscebat. Caeter igitur Pastor, ut agnoscat, se hujus ipsius Gratia, in Baptismo collata, auctoramento adscriptos esse militum & vexillis ejus, cujus Meritis nobis illa obvenit, Christi nimirum Servatoris: debere insuper eos omnibus, cum DEI hostibus iniis, pactis renuntiare, quales sunt, Caro, Mundus, Daemon: quin & omnes planè proximos non aliter intueri, quàm ut totidem fratres, quales invicem sumus, subiecti fratri illi nostro Majori. Nec abs te foret, inducere sibi commissos ad agendas quor annis privatim, aut die, quo quis sacro illo Lavacro ablutus est, aut eo certè, qui toti sanctissimæ Triadi sacer & feriatu est, gratias pro hoc tam incomparabili beneficio, & restaurandum fidei, Servatori suo debita, Sacramentum. Lex Civi-

Civilis jubebat, ut cunctis feriatis natalis Caesarum dies esset, (z) itémque ille, quo Imperii fasces illi capessiverant. Quanto igitur majori jure posset lex divina Christianorum cuilibet imperare, ut quot annis solennem agat diem, quo caelo renatus est, & Jus accipit ad Imperium, quod in supera illa regione nullis limitibus clausum est? Si autem illa, ne novi aliquid oneris nobis imponat, tale nil imperat, tanto æquius est, ut Pastor, ad partes sui muneris explendas, diligentem eorum librorum curam gerat, quibus recens ablatorum nomina inferuntur. Facere hoc non æquitas tantum, sed necessitas jubet (ut Tridentini Patres promulgant) ad vitanda gravia incommoda, quæ hoc omisso nasci possent. Sed non nisi hoc agere, esset decimare mentam & rutam, si ijs comparatur, quæ haud paulò gravioris in re ista momenti sunt. *Hac igitur facere, & illa non omittere, erit totum Pastoris officium facere.*

## III.

Transeamus nunc ad administrationem Unctionis extremæ. Non magnus erit labor morti proximos sacro hoc Mystero ad extremam luctam munire; nequaquam tamen parvus erit, sanis etiamnum debitam illius æstimationem ingenerare: cum interim æstimatio ista valde necessaria sit ad illam utilitatem ex eo capiendam, ad quam afferendam institutum est. Imperator exercitus valla & suggestus erigit ad urbem tormentis verberandam; sed hoc factis ipsi non est, nisi etiam eadem contra vim

undique communit. Sic etiam Pallorem quemlibet cum sacrosanctis hinc steris facere oportet. Sunt hæc suggestus tormentarij & machinæ potentissimæ contra stygem, sed sunt machinæ spirituales. Mun'endæ proinde sunt modis variis, ne vulgi non curantia negligentia prostituantur, quæ plurimè non facit, quàm ab alijs fieri adverte. Maximè autem hæc observatio in extrema Unctione locum habet, non tam ex capite. Et eo feliciter præcipit, qui ferme Christiani eo loco hoc Sacramentum habeant, quo ægri amaras Medicorum potionum, aut cataplasma, quæ si non ratio, certè sensus abhorrentissimo momento eodem & acceptantur, & est stidiuntur. Dum parte una cubili intrat Sacerdos Oleum sanctum deiecit simul mors aliunde cum falce sua ad agrum ingredi videtur: Hinc ægri vix aliquando hoc Mystero muniri desiderant: domestici verò moros, quæ possunt, in petendo nequunt, falsa miseratione corporis, & veri pericula Animæ præpedi, ut ad extremam vitam lineam verum sit illud, quod mellos magis inimicos habeat homo, quam domesticos suos: *Inimici hominis, & domestici eius.* (m) Res proinde erigitur, ut Parochus pro concione saepe tractetur in abusus tam detrimentolos, & triplicet effectus Unctionis hujus sanctæ, planè oppositos illis, quæ tam multi sibi stultè imaginantur: cum utilitatis plurimum non Animæ tantum, sed & corpori afferat. *Anima quidem sive præterita spectemus, & præterita quidem, quæ per*

ipsam gratia fit peccatorum, quæ conscientiam fugiunt, & quæ superflua ex alijs notis reliquæ, abolerentur: præsentia, quia novas vires & robur confert contra mali Dæmonis insuleus & oppugnationes. Corpori verò prodest, quia sanitatem illi restituit; siquidem id magis expediat, quam obsit; & quia, si non aliud, leviorum morbum reddit, minuendo eas, quæ comitari ceteroquin solent, angustias; aut rebur subministrat, ad eandem majori animi cum tranquillitate perferendas. *Oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum. Dominus.* (n) In eo proinde diligentissime elaborandum, ut discant, quod æger ad saluberrimi hujus Mysteriorum usum ac fructum parare se debeat doloro, qui detestatur omnes noxas, tam quarum conscientia habetur, quam quarum non habetur, si tamen per morbum præstare hoc potuerit. Hoc siquidem Sacramentum inter ea est, quæ Vivorum appellantur, & divinum quoddammodo ceterorum sigillum, vitæ coronis, victoriarum complementum, & ultima, ut sic dicam, manus, quæ admoveatur perficienda hominis Christiani imagini, ut ad unguem respondeat magna illi Idea sua, quæ est Christus Jesus: & sic nihil remaneat, quod in exitu Anima à corpore, eam possit à perceptione gloriæ impedire. (cc) Honorum autem bonorum quid demum efficit ab illo poterit, qui extremum unguentum jam sui impos, & mortuus propè magis quam vivus. Cælestis Patriæ imagines non ea ratione perficiuntur, quia quæ his in terris; hæc enim, non au-

R. P. Segneri Institutio Parochi.

tem illæ, nihil conferunt ad pulchritudinem, quam ab artifice accipiunt.

Qui plura de hoc utroque Sacramento desiderat, suis ovis exponenda, Christianum sua in lege Institutum consulat, quod à me Opus eo potissimum sine scriptum est, ut facilliores redderem Parochis Institutiones, quæ ad ipsorum munus præcipue pertinent. Inveniet ibi exposita fusiùs, quæ hic compendio dicta sunt; quæ si hic lucis aliquid ipsi attulerunt ad operandum sicut oportet, ibi ea inveniet sic tractata, ut suppleret possint, si modò ipse velit, ea quæ operi eius defuerint.

(a) Suar. in 3. p. q. 52. disp. 72. ar. 3. sect. 2. S. secundum, (b) S. Th. 3. p. q. 64. ar. 2. ad 2. Et ar. 3. s. (c) S. Th. 3. p. q. 64. ar. 7. & 8. (d) Eccl. 15. 3. (e) S. Th. 3. p. q. 64. ar. 6. (f) 1. q. 1. c. Omnia. (g) 15. q. 8. c. Suscipiantibus. (h) Laym. l. 4. tr. 1. c. 5. n. 8. (i) Sess. 14. c. 70. (k) Bellarm. l. 1. de Matr. c. 6. Sanchez l. 2. disp. 9. Sess. 24. c. 1. de Relig. (l) Laym. l. 5. tr. 2. c. 7. n. 3. (m) De Consecr. Dist. 4. c. Constat. c. in necess. (n) De Consecr. Dist. 4. c. Parvulos. c. Placuit. (o) 16. c. Si multa. (p) 27. q. 1. c. Consultasti. 32. q. 2. c. Moyses. Exerav. de Homic. c. Si Aliquis. (q) S. Aug. de Civit. Dei l. 21. c. 9. (r) Can. 21. (s) Si quis aliquid. S. qui abortivus ff. de Pœnis l. Mulierem ff. ad l. Cornel. de Sicariis. l. si ferens. S. si mulier ff. ad leg. Aquil. (t) Laym. l. 5. tr. 2. c. 8. n. 6. de Consecr. Dist. 4. c. Postquam se. Et seq. S. Th. 3. p. q. 66. ar. 10. 1. Thess. 5. 18. (u) Luc. 17. 17. (x) Rom. 10. 14. (y) Psal. 62. 4. (z) l. 2. Cod. Theod. (aa) Matth. 10. 36. (bb) S. Th. Suppl. q. 30. ar. 2. Trid. Sess. 14. c. 2. de exir. Unâ, (cc) S. Th. in 4. Dist. 24. q. 3. ar. 26.

✠ (†) ✠

S

CAPUT



## CAPUT XXI.

*Quanam à Parocho in Sanctissima Eucharistia administranda perpensi & observari debeant?*

**Q**uis putas est fidelis servus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram? (a) Paucis his verbis miro quodam artificio Servator noster complexus videtur, quidquid à Parocho in administrandis sanctissimis Religionis nostræ Mysteriis observandum est: maxime autem, quæ in Sanctissima Eucharistia administrandâ curanda sunt. Vocat illum in primis Christus in administratione eiusmodi, Servum; non quasi id spectet, (b) ut serviliter operetur, ex abjecto inquam timoris affectu; sed ut indicaret, quod quidquid hic agit, quidquid loquitur, quidquid cogitat, imò quidquid est, non suâ jam, sed unius Domini causâ agere, loqui, cogitare, esse debeat. Debet is deinde esse servus constitutus ad curandam Domini sui familiam, sed non ab alio, quam ipso Domino constitutus: quem constituit Dominus super familiam suam. Non debet igitur, nec potest Pastor ad gradum hunc eniti humani favoris auxilio, multoque minus largitionum, pecuniarum, factorum ac promissorum ope. Eniti debet solâ Dei electione. Nôsse præterea debet, quod credita ipsi administrandæ familiæ, & redituum provincia, non Dominum

ipsum constituat, qui arbitrio suo de ijs disponere possit, sed tantum distributorem, seu, ut Sanctus Lucas appellare maluit, dispensatorem.

*Quis putas est fidelis Dispensator & prudens? Ut talis autem, & fidelis esse debet, & prudens: fidelis quidem Christo: Hic jam queritur inter Dispensatores, ut fidelis qui inveniamus? Prudens autem Proximis, ut eorum crederet de necessariis ad vitam tuendam prospiciat, sicut cuiusque condicio requirit, & prout Dominus jussit; hoc enim est illa mensura hic expressa, ut tanto facilius advertatur, ad quid alludatur. Ut det illis in tempore tritici mensuram. Curare proinde, ut mensura hæc justa sit, & cuiusque indigentia respondeat, tam est proprium Pastoralis Officij, ut huc denique & prudentia & fidelitas in Sanctissima Eucharistia administrandâ à Deo requisita videantur recidere. Quare ne hic in ministeris sui partes quis peccet, singulari curâ attendendum erit.*

## I.

Triplex mensuræ genus ad propositum nobis finem considerare possumus: mensuræ Excedentis, & Variæ seu justo Minoris, & Usurpatae. Ut à prima ordiamur, Excedens est, quâ nonnullæ Animæ, magis speciem religiosæ & devotæ, quam caritatis frui cuperent divinâ illâ dape, quâ si penes ipsas foret, vellent esse illæ Olivæ, teneræ etiamnum circa mensuram Domini plantatæ: sicut novelle Olivæ in circienis mensa tui: (c) qua

identidem cuperent admitti ad fruendum tam nobili escâ, etsi non magnopere solliciti sint de proferendis ijs fructibus, quæ tam præstanti alimonix respondeant, quâ nutriantur; sed satis ipsis est, si semper maneant *novella olivæ*, quin unquam ad debitam maturitatem adducantur. Hac in mensura, necubi Pastor hallucinetur, ante omnia inquirendum est sedulò, quid demum sit illud, quo ejusmodi Personæ impellantur ad toties sumendam Filij Dei carnem? & ubi deprehenderit, desideria hæc non nasci ex hujus divini sibi fame, sed ex æmulatione potiùs quæpiam, quâ nollent inferiores esse, aut haberi aliis, quibus sapius permittitur, ut cælesti illo ferculo se reficiant; ex animi quadam elatione, ambituuncula, aut consuetudine tantùm malè consultâ; ad ipsum pertinebit, suo arbitrio ac consilio temperare hanc mensuram; cum & ipse, & alij ejusdem ordinis, ad id à Deo electi sint, *ut sumant, & dent ceteris*, si statutis salubriter legibus stare placeat.

Subinde etiam fructus observandus est & effectus, ex cibo hoc tam crebro sumpto nasci solitus. Non enim desunt Animæ, quæ illis *Ægypti* vaccis similes, quò pascuntur liberaliùs, hoc pinguescant minùs. Hærent semper in iisdem sordibus, iisdem laborant malis: non ijs dico, sine quibus non solet esse luti, ex quo fingimur, fragilitas; sed ijs quoque, quæ deliberata voluntate consciscuntur; murmura contra famam alienam studiosa, vanitates ac mendacia, vindictæ meditatio,

etsi non graves, rancotes occulti, quæ faciunt, ut dubitari meritò possit, an non nimius cibus morborum miseris causa sit. *Si à morbo, belle comedenti, corpus non proficit; malum.* (d) Sed quia facile non est, cognoscere, verè proficiant Animæ, an non proficiant, cum incrementa, quæ illæ in virtutibus & gratiâ faciunt, non sint absimilia incrementis arborum in silvis, occulta & sensibus non deprehensa, hoc agat, & attendat, quâ diligentia Personæ istæ ad sacratissimum illud Epulum se parent; & si adverterit, quòd multo conatu laborent animum purgare omni propriorum commodorum & oblectationum studio, tanquam humoribus, qui non solum saporem & suavitatem pani illi vitali tollunt, verùm etiam impediunt, quòd minùs nutriatur & crescat: si adverterit, quòd operibus & actibus quàm religiosissimis crebrò repetitis & ante, & post sumptum illum cibum dent operam, contenturque excitare in animo suo genuinum Caritatis calorem, si, verbo, deprehenderit, quòd cibum istum non integrum glutiant, sed eundem lentè præmandant, fidei, intimi doloris, & sinceræ demissionis actibus, non temerè, sed magna consideratione præmissis accedendo; tum enim verò plusculum ijs indulgeat; ita enim dignæ sunt, etsi parte altera erratis adhuc minoribus obnoxia. At si è diverso animadvertit, quòd accedant ad Dei mensam pigrâ quadam assuetudine, tum enim verò, quia id æquum est, multo ipse sit in permittendo lentior. Omnis illâ frequentia, si rectè sensit S. Tho-

umas, laudem meretur, quæ tibi illius æstimationem ac desiderium auget, nec reverentiam ullo modo diminuit: *Auget fervorem & non minuit reverentiam.* (e) E diverso ubi non crescit fervor, decrevit autem cum æstimatione reverentia, quid demum in ejusmodi frequentia laude dignum sit? Hanc suos ad limites revocare oportet, sic ut eam suis cum ovibus legem Pastor observet, quam Apostolus indicavit. *Siquis non vult operari, non manducet.* (f) Qui respondente operum, ex virtute productorum, labore ac conatu non lucratur Panem Angelicum, rariùs illo pascatur; ne pro eo quod utilitatis aliquid in eum derivetur, damni potius aliquid redundet.

Quamquam ne hic quidem nimis severum & parcum esse decet: sicut enim in agriculturæ leges peccat, qui aperto facco sementem profundit, ita manuscus seminandum non est. Sunt, qui ad sacram Synaxin celebrandam aliud non requirunt (g) quam ut quis absque peccati conscientia accedat, & quotidie quidem, quin aliter se præparet. Non est probanda hæc doctrina: videmus enim in Sacramenti hujus administratione Ecclesiam non solum commodi, quod in sumentem redundet, sed etiam reverentiæ, sanctissimo Christi Corpori, quod manducatur, debita habere rationem. (h) Hinc etsi Animæ Deum impensius amanti prodesset plus, sæpius etiam eadem die cælesti hac escâ reitici, non tamen id fieri permittit Ecclesia: prohibet etiam Christum sub utraque specie sumi, non tantum Lai-

cis quacunq; occasione, sed etiam sacerdotibus extra ipsum sacrificium vitanda irreverentiæ, sacro Sanguine habenda pericula: vetat insuper et hodie Christiani, quod olim ipsi permittebatur, sacram Eucharistiam seorsum deferant, ut cum res postulare promptam habeant; permittitque rariùs, ut sine Viatico in alteram viam quis migret, quam ut illi manus firmæ, ad hoc ministerium non desinat, idem porrigat. Sic autem jubet Ecclesia non aliis de causis, quam mentalis cultus, (i) nequid reverentiæ Sanctissimo Jesu Corpori debita quoquo modo decedat. Nonne etiam, qui genu non fiterit, nisi id fiat per modum gratiæ dicunt, Viatici, sumere non permittitur, etsi peccati sibi non conscius manifestum igitur est, Ecclesiam sola Gratia præparatione non contentam, velle insuper ut Fideliter se præparet ad ministerium illud tam magnum, et aliquo suo cum emolumento illis defungantur. Alii è diverso alteram ad extremum declinant, voluntque ut qui vel semel ad divinum hoc convivium accedit, ita veniat præparatus, ut non quidem jam sæpius eade ad illud esset missus, melius paratus esse possit. Quaproinde recte navigare vult Pastor, mediam hos inter scopulos viam teneat, & temone recto caveat ne hinc lucve impingat, sic medio tutissimè ibit. Hoc dico: cunctis sufficientibus lore suas noxas detestantibus videtur permitti posse, ut semel quot mensibus ad sacram Synaxin accedant. Aliis, qui majore curâ animi labes vitant, semel

hebdomada id permitti potest; quibusdam etiam saepius, pro conditione qua vivunt, aut conjugio illigati, aut liberati; pro ratione negotiorum, quae ipsis incumbunt, & tenerioris ac solidioris amoris cum Reverentia conjuncti, quem in ipsis liceat observare: ubi enim hic defuerit, prodesse non uni poterit illi uti regulam, quae ad sanitatem certius tuendam praescribi assolet, ut nimirum *cibum minuat, & exercitium augeat*: (k) ut aliis piis actionibus frequentandis studeat, divino vero Epulo rarius fruatur.

II.

Quamquam, nisi fallor, non multum laborandum erit Pastori circa hanc mensuram Excedentem; pauci enim erunt, qui illam praesentent. Pauciores semper erit reperire aegros, qui nimiam ciborum appetentiam, quam qui eorum nauseam laborent. Christianorum plerique stimulis potius opus habent, ut ad hanc Mensuram festinent: *Compelle intrare*. Hoc autem Pastor, quantum in ipso est, pluribus modis exequetur. Primus erit si decutiat illa folia, quibus tegere se laborat languor & somnolentia: sunt autem; non esse se dignos tanto bono, non idoneos ad illo fruendum, negotiis aliis plus aequo occupatos. Detrahat igitur hanc a negligentia vultu larvam, & talem eam, qualis est, spectandam obiciat. Ostendat illi, qui dignum se esse negat, quod non reverentia a caelesti hac esca ipsum retrahat, sed affectio, qua rei cuiuspiam a Deo *veritatem*, tenacius adhaeret; aut *saltem*

quam adhaeret oblectamentis vanis, nocturnis & occultis conventiculis, ludis, comestationibus; unde fiat, ut sic a se arceat ipse cum sua farinae hominibus sacram Evcharistiam, sicut olim Philistaei Arcam; non ob aliud, quam quia haec humi affligebat Idolum, quod adorabant, si cum ipso constitisset. Ceterum si indigni sunt ob peccata, quibus ad eam diem indulserunt, quid tandem exigitur, ut his abolitis evadant digni? Aliud non requiritur, quam sincerus de admittis dolor, deinceps non peccandi decretum, & sui coram sacerdote, prout oportet facta, Confessio: haec, divina adjuvante gratia, in eorum manibus sunt omnia. Atque ita etiam, qui paratum se negat, se parat. Quibus ad eam rem opus est? *Hominis est animam preparare*, (l) ait Sapiens. *Eccur ait Hominis, & non Dei*, cum nihil unquam salutare fiat, nisi Deus sanctissima sua gratiae auxiliis hominem praevenerit? Nimirum Deus ea in re non deficit. Manus eius semper est parata, ad nos humo sublevandos: sufficit nos illam prehendere ac stringere. Qui autem occupationes praetextunt & negotia, quibus distenti sunt, ijs significet Pastor; videre se manes hos ac futiles praetextus: si enim haec negotia non impediunt, quod minus quot diebus tantum cibi potrigant Corpori, quantum illi non nutriendo tantum, sed & oblectando sufficiat, cur impediant, quo minus & Anima, non quotidie, sed semel in mente pascatur?

Alter ad crebro usurpandum caelestem cibum stimulus erit, si maxima

S 3

Pastor



Pastor commoda explicet, quæ ex eo sumpto nascuntur. Totius Mundi Harmonia, S. Dionysii sententiâ, ad hæc duo reducitur: *Ut superiora ad inferiora descendant, & inferiora ad superiora erantur.* Atque ita dum Servator noster Jesus crebrò ad nos, è Cælo delapsus, invisit, nos autem à terra, quantum fas est, avellimur, ut obviam illi digna præparatione eamus, in hoc votum & perenne nostrum bonum consistet: sic enim magis, quam unquam alias, *summa & ima sociabuntur.* (m) Quæ causa est, cur tanto conatu malus Dæmon crebrum hunc usum impedire laboret: scit enim quantum nobis boni tollat, dum istum tollit. Exercitus, cui ab annona malè prospectum sit, quin hostes ferrum nudent, vincetur; fatis sua illum fames profligat.

Tertius ad frequenter se divina dæpe pascendum inducendi modus erit, si Pastor se accusantibus in pænæ partem id imperet. Non nego, hac in re prudenter ac cautè agendum; nam vel Regis arma & lorica, parvulo pastori Davidi gravissimo erant oneri, non quòd bona illa in se non essent, sed quia ipsi bona & apta non erant. Atque ita sacri illi Arbitri, qui quemlibet, qui reum se ipsis sistat, pœnitentem jubent singulis per annum mensibus de noxis se accusare, ignorant profectò, quò illos tandem deducant. Pro eo, quòd assequantur, ut antiqua illi nomina deleant, hoc unum impetrant, ut novis se obligent: cuius rei causa est illa vulgò mortalium socordia, quàm prona ad subeundam cujusvis obligationis onus, quòd imponi

sibi audiat in Pœnitentiæ Tribunali, tam in illo deinceps adimplendo igna & remissa. Si è diverso sacri hi Juri aut numerum sacrarum Communionum minuerent, aut saltem singulis illis mensibus non affigerent (cui proleto obligationi facere satis non possunt, quæ totam propè vitam in itinere consistunt) sed duodenas tantum toto anni decursu obeundas præscriberent, multa utique plus inde traherent emolumentis, apud mediæ saltem conditionis homines, quæ eos multitudine superaberebunt hoc in genere, & securus potest cum ijs, qui eodem Arbitrio perurumque utuntur; tum quia coram vendi ratio magis perspecta est, tum quia magis notum quid ferre illi & velint & possint: nec dispar eorum creditio est, qui Sodalitio alicui nomen dederit, cujus legibus mensura Syracusani alias imperatur. Si proinde nulla esset ejusmodi aliqua in Parochia Cœtus, curet Pastor, ut cogatur aliquis, qualis esset aut ille qui à Corona Deparæ, aut qui à Cingulo, aut à monte Carmelo, aut ab Animarum suffragio nomen sortitus est; tum enim mentis noxarum omnium veniam promulgando, quæ Divinum Epulum, etiam ex lege sui Cœtus lumentibus propiciis sit, id assequetur, ut numerus frequentantium quot mensibus caeleste Convivium semper augeatur. Animæ, quæ nauseâ laborant, omni indultu jure dæ sunt, ne ipsum etiam manna subdiant.

Quid si autem non desissent Pastori, qui tam non solliciti essent de

gentile

gendo hoc numero, ut etiam palam sibi molestum esse demonstrarent? ut adeo pro eo, quod sponte pro sacro sederent Tribunali, expectarent dum vocarentur à subditis, & vocati aut excusarent sese, aut tam lentè, tamque renitentes veniret, quanto nisi naves adverso alveo propelluntur? Quid aliud de his dici potest, quàm quod miseri non cognoscant sui muneris partes, nec perpendant, quod Sacramenta sint remedia ordinaria, quæ Fideles jure suo, in ipso Christi Servatoris sui Sanguine fundato, exigant, ut ijs utantur, cum res postulat: sic ut eorum usum negare, nisi gravis causa excuset, non possit non cum gravi negantis culpâ esse conjunctum. Si enim Medicus Civitatis alicujus stipendio & ære conductus, ut ægros curet, non injuriâ facessere jubetur, si vocatus ad laborantes opem promptus non afferat; nonne & Pastor ille rectè privabitur Beneficio, & in malam rem abire jubebitur, qui in necessitate majoris momenti, ad opem laborantibus ferendam vocatus, vix pedem movere, magnâ sui muneris non curantiâ, aut exiguo in suos amore præpeditus, dignabitur? An tandem Animæ morbi, morbis corporis nocentiores non sunt?

Quid igitur? erit qui dicat; an pro arbitrio suo subditorum quislibet quacunque cum Parochi molestiâ petet sibi administrati Pœnitentiæ & Evcharistiæ Sacramenta? Huic ego affirmo inprimis, plures multo semper futuros, qui nihil, quàm qui aliquid hac in re Parocho molestiæ afferant. Ut tamen hac quoque in re doceant, quod Pastor tu-

to sequi possit, dico; dubium utique esse non posse, quin toties ille ministrare petentibus Sacramenta debeat, sub gravis noxæ, reatu si omittat, quoties subditorum aliquis simili obligatione accipere illa tenetur. Solum igitur ijs in eventibus dubium esse potest, quid officij ratio jubeat, cum subditi nulla necessitate, sed majoris obsequij divini studio ducti, prudenter, & opportunè, non verò pro libito, & nullâ habitâ alieni incommodi ratione petunt? *Quoties oves rationabiliter petunt, & opportunè.* (n) His autem in casibus distinguendum censeo. Si, qui Sacris Mysterijs muniri desiderat, alium non habet, à quo tum id beneficii accipiat, sed solum Parochum, tum communior Doctorum opinio censet, non posse (salvo officio Parochum id obsequij negare. Primò quidem, quia Pastor sua in Paternia Christi vices obit. Unde sicut Christus nullo unquam tempore repellit eum, qui cum ipso in gratiam redire cupit, sic & Pastor hoc facere muneris sui esse nôrit, cum onus, quod deleganti incumbit, non possit non premere delegatum. Deinde si ad Pastorem pertinet, etiam amissas & errantes oves quarere, sic ut Deus, nisi id fiat, queratur, indignetur, & per Ezechielem iratus exprobrat, *Quod perierat non quaesistis* (o) quanto magis exiget ab eo Deus, ut oves sponte redeuntes non repellat? Præterea Sanctus Augustinus hortatur Christianos omnes, ut divinum ad Epulum accumbant, atque adeo ut confessione animum expient, semel quot hebdomadis, idque Dominica ferme

terme die, quod ipsum permittit Ecclesia, & Patrum ac Pontificum decreta suadent (p). Qomodo autem hæc sequi consilia & hortamenta subditi poterunt, si, qui ministrare petentibus ex officio solent, id facere non teneantur? certè, qui non Justitiæ, sed Caritatis titulo hæc mysteria præbent, multo minus tenebuntur. Sic autem an non inanes, & planè irritæ sunt tam multæ ad hæc Sacramenta sumenda invitationes? Quare nisi Parochus aut oppidò sessus sit, aut peius habeat, aut rebus majoris momenti, ad divinum quoque obsequium spectantibus præpediatur, non videtur salvo officio recusare posse laborem, si alius non sit, qui vices suppleat, citra noxam, negligentia, ea in re admittat, respondentem. Minor erit obligatio, ubi alius fuerit, qui Pastoris in hoc munere vices suppleat. Atque hoc ex capite valde expedit, habere Sacellanum: aut Adjuvotem, qui sociâ operâ onus Angelicis formidandum humeris cum Parocho portet, ejusque varijs in occasionibus vices expleat. Ceterum an sola illa Pastori agenda sunt, quæ ovibus summè necessaria sunt? an non & ea curanda, quæ gregi utilia, quæ commoda fuerint? id nã sit, miseræ profectò sunt oves. Quis unquam Pastorum in animum induxit, non alias pascendas sibi oves, nisi cum extrema eas fames urget, sic ut röm non pallas moti necesse sit? Quin imò gaudes, si horâ quavis pabulo se reficiant, dummodo id ipsis condicat; & enim in finem libenter ipsas per pascuâ sequitur, sive

actu interim ipse uratur, seu pascatur. Sic tamen pervenimus ad aliam quibus Parochorum non nemo omnino meritiò negari tam nobilem charitativis est Evcharista; quia nunciamur doceri & capere possunt, quid tam illa sit? Tales autem videntur, præter nativitate, Surdi, & Semihulli. Quæ tamen assero, hanc non esse præbendam Dispensatoris fidelis, sed crudelitatis manifestam. Aliud est, præbere in curâ commissis parcius de frumentis pretioso, aliud petitis id ipsis negare. Cum hi, suâ hebetudine capere plus non possunt, quàm quod Evcharista sit liberrimus animæ cibus (q), ad hoc quibuscunque modis potest Pastor in inculturâ, & ad aliquem pietatis sensum ac reverentiam excitari, cogentere non debet, quin nonnunquam infra anni decursum, diebus nimium proximè solennibus, Christo Nato aut Resurgenti sacris, & alijs similibus, non divina hæc dape reficiat: immo magis quod hi ipsi, observando, quæ reverentia, quo pietatis sensu, qua interioris exteriorisque hominis compositione alij ad adorandum hoc Mysterium accedant, inde colligant, remanque dignam geri, sibi quoque idcirco curam suam faciendam (s). Præterquam quæ non constet, an non DEUS hoc quædam speciali, in animam infusa, impleat suâ ex parte, quando ipsi parochis suis quibuscunque non defuerint. His ipsis etiam amentibus, qui aliquando rationis compotes vixerint (t), Pontificum decreta jubent exhiberi, quod potest pietatis, cum parum a morte

SEGNE  
Concionies  
Instruções  
Poenitent  
Confessay  
Parochi

sunt, præsentem eorum conditionem eum ea, in qua olim vi eunt, conferendo. *Amenibus, quæcunque pietatis sunt, conferenda sunt.* Cum his, quos diximus, moneri et corrigi debent illi Parochi, prioribus crudeliores, qui Adolescentes admittere ad divinam Mensam non volunt, antequam vigesimum ad ætatis annum accedant. Et tamen horum ego non paucos inveni. Sed quæ hujus rei causa? Nam vel adolescentuli illi capere quidem possunt, pro ætate sua, quæ scire oportet, nec tamen capiunt, quia ad institutionem Christianam non ventitant? hoc si ita est, erret Parochus, ut veniant vel inviti: nec enim volenti desse possunt modi, quibus eos compellat. Aut capere non possunt scitu digna? & tum ita cum ijs Pastor se gerat, quomodo de ijs jam nunc dicebamus, qui animo stolidi sunt. Generatim circa adolescentes Sanctus Thomas hæc vult scribere: *Quando jam parvuli incipiunt aliqualem usum rationis habere, ut possint devotionem concipere hujus Sacramenti, tunc potest eis hoc Sacramentum conferri (1).* An autem aliqualem usum rationis ille est, quo præditi sunt, qui & ætate maturi sunt, & judicandi facultate egregiè præditi? Ut aliquo pietatis sentu erga divinam hanc escam Parvuli afficiantur, satis est, ut eam à vulgari, quæ corpus pascunt, discernere valeant; ut omnes ejus excellentias assequantur, necesse non est. Illud verum, prius per aliquot annos Parvulos hos ad Confessionis tantum Sacramentum admittendos,

R. P. Segneri *Institutio Parochi.*

ut ita sensim aptiores reddantur adissimulatissimam Evcharistiam, ad quam deinceps erunt admittendi (x). Quæ autem causa sit tot annos ipsos arcendi à Mensa hac divina ætate omnium maxime idonea, quia etiamnum innocente? Cajetani doctrina est, etsi adolescentuli Parentum suorum auctoritate prohibiti, non peccent si Cælesti hoc terculo non pascantur, cum per ætatem & judicium jam satis maturi essent, non tamen dignos veniam & excusationem Parentes, qui prohibent (y). Ego autem assero; multis locis Parentes ejus rei culpam conjecturos in Pastores, per quos stet, quò minus illorum liberi citius ad convivium hoc Angelorum admittantur. Meminerit præinde Pastor illius, quod dixit Christus: *Sinite Parvulos venire ad me (z).* An verosimile est, cunctos, quos tunc Christus tam blandè complexus est, tenerà illà ætate jam fuisse judicio tam maturo, ut Christum cognoverent eum, qui verè erat? Igitur mensura cibi ac frumenti, quæ adolescentulis danda est, detur tempore suo. Hoc autem tempus magnam partem pendet ex industria Pastoris, quæ hic in ijs institendis utitur; sive spectemus notitiam hujus Mystery sufficientem, sive rationem modicumque, qui in illo usurpando tenendus est: ut nimirum id faciant planè jejuni, summà eam modestiâ, absque eo quòd oculos in eam deligant, qui escam hanc divinam porrigit, sed eos modestè demissos teneant, & in sese collectos: os deinde decenter aperiant, non verò rictum vasto hiatu pandant, multoque minus

minus sumpto sacro Epulo curiosè mox alios contemplantur, quid agant; sed cogitent, habere se tunc Christum JESUM in corde; ac proinde non esse omitterendam occasionem cum eo agendi, intimè se illi meliore, quo possunt, modo uniendi, gratias agendi, se illi magno affectu commendandi.

Curandum tamen ante omnia est Pastori, nulli ea in re parcendo operæ, ut Parvuli isti, cum prima vice hæc cæli dape pascuntur, animum nulli culpa obnoxium habeant. Nimis quàm miserum esset, si infelices isti initium hujus frequentandi à sacrilegio facerent. Parte una advertere licet, de multis Parvulorum horum verum esse, quòd *erraverunt ab utero*. Vix illis Rationis illucescit dies, cum vel pravis suorum sodalium exemplis, vel deterioribus colloquijs, discunt peccare, antequam ferè per ætatem peccare possint. Hinc malus Dæmon est Draco ille exitialis, qui hiantibus faucibus expectat, dum pariat mulier, ut confestim in prolem involet eamque devoret, nisi illum mulier, Dracone solertior, in solitudine abscondat ac protegat. Parte autem altera, cum Adolescentuli nondum peccandi assuetudine aboleverint ruborem illum & verecundiam, quam natura & Gratia certatim peccato aspersere, ut ab eo nos avocarent, primum omnino est contingere, ut sacros Arbitros illa sua errata celesent, quæ vel maximè oporteret reterege: atque ita malè omnino præparati ad Christum Servatorem accedant, eique jungantur. Quis autem explicet, quantum

malorum ex hoc malo scaturire possit? Si parvus initio error in fine fit minus, quid non timendum erit de errore, qui vel ipso in initio est minus? Ajunt, cum subinde Infans in utero plorare auditus est (21), ferè id magnæ calamitatis, quæ eum videret, prognosticon fuisse. Et quid non funestum de illo vaticinari possunt qui opus omnium, quæ his in mentibus hiant, sanctissimum, à peccato auferuntur? In hoc igitur utilissimè Pastori desudabit industria. Quare ubi natus gerit, ut aliquot ante annis Parvulus de noxis ritè ac ordine se accipiat, id deinde incumbat, ut antequam primò ad factam accumbant Mensam de ritibus se vitæ noxis accuratè, quantum possunt, acculent. Et hæc sui actione vel apud ipsum Parochum, vel elium Sacerdotem, cui noti non sunt, facta, curet omnino Pastor, ut Parvuli animum penitus mundent, ut in vitam valis ab omnibus itiripibus & veribus purgati vitæ semen, primò salutem, non intra spinas recipiant, in mortis semine cum gravissimo agri, quin & ejus, quæ eum non coluit, detrimento mundum; cum tot inter documenta, quæ ijs traduntur, qui primùm Sacro Epulo pascendi sunt, nonnunquam hoc preceptum sit, quòd oporteat ad eum commendandum animo à noxis omnibus, quæ ad ejus fieri possit, purgato accedere.

## III.

Superest id, quod Dispensator nostro omnium solet esse difficillimum, negare Sanctissimam Eucharistiam

qui nullo jure illam usurpant, & debita sibi portionem petunt, ut Parrisfamilias domestici, etsi reipsa non solum non domestici, sed inimici sint. *Sunt Christiani mali, qui vocantur Fideles & non sunt, in quibus Sacramenta Christi patiuntur injuriam* (bb). His, si sunt Peccatores vulgo non noti, quales sunt, qui proximas peccandi occasiones non deserunt; qui injuste ablata, cum possent, non restitunt; qui injurias offendentibus ex animo non remittunt, sed indignationem ut ignem in sinu foveant, tanto magis vivum, quo cinere diligentius tectum, his inquam, si privatim petant Sacram sibi Evcharistiam præberi, privatim quoque eadem neganda est, suaviter ijs ostendendo: quod *Sancta malis possunt obesse* (cc): quodque propterea tumtum ipsis malum esca hæc esset accersitura; cum SS. Evcharistia, contra quam lignum solet accedinum, corpora viva seruet sana, mortua verò faciat computrescere. *Mors est malis, vita bonis.* Patent igitur se, & illa dignos reddant, tum verò nequaquam negandam. Si autem occulti isti Peccatores petant publice, tum publice neganda non est: ita enim faciendum Christus docuit, dum Judæ quoque eam potrexit: privatim tamen subinde serio monendi sunt, ut attendant (dd), quid demum agant, cum vel ex ipsis Christi manibus sumpta Evcharistia non cibus Judæ, sed venenum fuerit. Sic age Dispensatorem jubet iste Canon. *Non prohibeat Dispensator manducare pinguis terra in Mensa Domini, sed Exaltorem montas*

*timere* (ce). Sic enim, ut dicebam, Glossa hæc verba intelligit.

Ubi autem Peccatores aliqui ita publici fuerint, ut publicum sit eorum delictum, non autem sit publica emendatio & poenitentia, etiam publicè à divina hac Mensa repellendi sunt; dum ita temerarij sunt, ut non vereantur petere panem Filiorum, etsi Canes esse non desinant. Aliter facientem increparet Deus ut Dispensatorè timidum, diceretque illi: *Et cum adulteris portionem tuam ponebas* (ff). Neque verò satis purgabit se, qui Personæ petentis Nobilitatem, & eminentem in Republica dignationis gradum prætexuerit. Quisquis peccator est publicus, Canis & ipse est, eo solum discrimine, quod si Peccator simul, & Princeps est, non qualiscunque Canis, sed Molossus est (gg). Ne Regum quidem melior hæc in parte conditio est. *Siquis* (aurei oris verba sunt) *diademate coronatus indigne accedat, prohibe illum. Majorem illo potestatem habes* (hh). Et hoc nimirum, ut idem Sanctus inculcat, est esse Pastorem Sacrum: non elegantem è fericis filis vestem gestare, non candidum è lino Clerici amiculum circumferre, non pretiosis & splendidis sacrificantis ornamentis superbire: *Non ut albam, & splendidam vestem circumectis indui.* Aliter se gerere, est Sanguinis Christi reum se constituere. *Sanguis Christi de manibus vestris exquiresur.* Hoc enim est divinum hunc liquorem non infundere in utres novos, sed in putres, & ita putres, ut fetore etiam suo, pravis inquam exemplis, offendant.





## CAPUT XXII.

*Monita Pastori Sacro in  
administrando Pœnitentiæ Sa-  
cramento observanda.*

Pœnitentiæ Sacramentum in se tanquam quinta Cæli, ut dicunt, essentia complectitur, quidquid boni alia ferè habent Sacramenta: est enim Sacramentum Vivorum perinde ac mortuorum: Vivorum quidem, in quantum auget Gratiâ DEI permanentem, in ijs, qui eam possident: Mortuorum verò, in quantum Gratiâ vitam ijs reddit, qui perdidierant. Hæc causa ejus administratio plura etiam videtur postulare monita ac documenta, Pastori sacro suggerenda; eo præcipuè ex capite, quia sicut nullum aliud ex Sacris Ecclesiæ Mysterijs plus opera propriæ ac conatus exigit ab eo, qui accipit, sic nullum est, quod tam multum postulet ab eo, qui administrat. Quia tamen jam aliàs gemino libello, quantum mea facultas permittebat, complexus sum ea, quæ & Pœnitenti, & Sacerdoti Pœnitentem audienti observanda sunt, res pœscere videtur, ut illos ad libellos Lectorem remittam, ne iste plus mole, quam opera pretio excrescat. Hic solum paucis indicabo; ut Parochus rectè & ad amissim Sacramentum hoc Pœnitentiæ administret, perutile futurum, si sibi persuadeat, se uno hoc in opere jungere simul opera omnia miserationis, quæ spiritualia di-

cimus. Hæc autem minutim omnia persequi, non posset non esse molestum; unde ad tria præcipua revocabo omnia, quæ sunt, ut S. Thomas enumerat: *Docere ignorantem, corrigere peccantem, portare onerosos & graves* (a).

## I.

A primo ordiendo, duplex esse solet Pœnitentis Ignorantia: prior Veritatum, quas oportet credere; altera Veritatum, juxta quas oportet vivere. Venient igitur primò ad Pastoris pedes aliqui, Mysteriorum Fidei tam rudes, ut vix, ac ne vix quidem appellare eos liceat nomenclaturâ Filiorum lucis, tam ceteroquin propriâ Christianorum. *Ut Filij lucis ambulate* (b). Toti sunt nox ac tenebræ. Si portò hæc inscientia fuerit geminorum illorum Mysteriorum Fidei, quæ cardinum instar sunt, in quibus tota Religionis Catholicæ machina volvitur, Trinitatis inquam atque Incarnationis, miseror planè sortem Pastoris. Alterutrum enim ipsi faciendum, ut vel tunc confestim hæc talè Mysteria doceat, quantum res postulat; vel si id per tempus fieri nequeat, aliàs redire jubeat ad nozarum ventam accipiendam, ubi priùs opportunè edoctus fuerit, quæ scire ipsum necesse est.

Cùm enim duo hæc Mysteria, juxta communiorem veriorèmq; Doctorum sententiam, fide explicita tenenda sint, ita ut salus æterna obtingere possit planè nemini illa quomodocunque ignorant, consequens est illis non cognitis Pœnitenti remitti peccata non posse.



Ubi autem Ignorantia tam crassa non fuerit, sed solum aliorum Mysteriorum, ad quæ scienda Christiani præcepto tenentur, Pastoris officium non exigit, ut tum ipsum instituat; curandum tamen, ut de negligentia se accuset, quâ discere illa, cum posset, neglexit, utque promittat, se aut Institutionem rudium in rebus divinis accessurum, aut aliud serium & efficax suæ inscientiæ curandæ medium adhibiturum.

Rariùs tam densa nox animos occupat. Crebrò tamen venient ad Pastorem alij, qui funesta caligine laborent inscientiæ eorum, quæ ad ipsam Confessionem ritè peragendam necessaria sunt. Sunt non pauci, qui ignorent, quem dolorem Sacramentum hoc postulet; qui nesciant causas, quæ illum excitent; modum, quo illo uti debeant: nesciant opus esse decreto vitam emendandi, quàm fieri possit, firmissimo, aut si hoc sciunt, non multum in eo eliciendo laborant, perinde ac si totum Pœnitentis opus solis labris perageretur. Multo minùs penetrant alij perspiciuntque gravitatem peccati, quod tamen biberunt ut aquam; aut summum Servatoris nostri beneficium, qui nobis tam promptam paratamque nullo non tempore voluit esse peccatorum veniam: Alij non attendunt, injurias DEO à se illatas, pœnalibus deinceps operibus esse compensandas: non cogitant, quibus medijs tueri se possint, ne relabantur; quibus artibus vitare, aut superare Orci illecebras ac tentamenta; quibus modis emendare pravas assuetudines; atque ita de pluri-

bus alijs, quæ tam sunt necessaria ad Pœnitentiam Christianam, ut sine his Confessio evadat remedium lentum, & tantum potens ad leniendos, non autem persanandos animi morbos. Harum proinde rerum cognitione oportet imbuere mentem eorum, quos vocat Pastor, ut nebulam tam spissam dissipet; & quia ad hunc finem breve nimis est tempus, quo in Sacro Tribunali cum ignorantibus hisce agit, sæpe pro concisione hujus generis argumenta tradenda sunt; atque ita pluribus icibus dociles isti trunci formandi, qui parum vix aliquid de informi sua ruditate mittunt. Sed qua tandem ratione elaborabit, ac perficiet eos Parochus, nisi hanc ipse artem egregiè priùs calleat? eam autem ut calleat, non solum Theologis, qui de Moribus tractant docere debet, quomodo solvenda sint, que in confessionibus excipiendis occurrunt dubia, sed multo magis ex libris Alecticis haurire debet documenta, Sanctorum, ut cuilibet vitio ac peccato idonea possit remedia præscribere: id quod erit doctrinæ adjungere consilium: *Absurdum est saluti Doctorum, atque Antistitem salutis præcepta nescire.* Et tamen inepta hæc curatio ratio pro! quàm vitio nostro jam reddita est familiaris? Audiuntur quotidie, & absolvuntur se accusantes, quin aliquid in id impendatur cura, ut hi malis suis impostetum prospiciant. Quid autem hoc est aliud, quàm ulcus lecare, nec obligare tamen, id prætexendo, quod nesciat, qui curandum agrum suscepit, quibus

dem mediis & emplastris certò, & non veluti casu, per sanare illum possit? Sed quæ tandem hæc est eius excusatio, qui se Medicum profitetur? Imperitia culpa adnumeratur, in eo qui nescit, cum scire deberet. (c) Hinc mirum non est, si tam aperte denuntient Sacri Canonis Pastoribus Populorum, nunquam futurum, ut satis abhorreant ab ignorantia, nisi ab illa ut peste abhorreant, *Elaborandum itaque est Sacerdotibus ut ignorantiam à se, quasi pestem quamdam, abijciant.* (d) Ignorantia popularium ipsis nocet, ac propterea febris similis est, licet maligna & lethali; Sacerdotum autem infectio & ipsi, & aliis detrimentosa est, & hinc Pests appellatur.

## II.

Pars altera est, corrigere & monere Poenitentem. Asserunt Leges, tribus verbis posse aliquem Hæredem institui. (e) Hoc si uspiam, in cælesti sanè hæreditate est verissimum. Non semel tribus verbis admonitionis tempestivæ & inavis, Anima jam diu aberrans in semitam reducitur. Et tamen non sunt, qui tria hæc verba aptè proferant. Quidam corrigere alios verentur, ne eorum damnando facta simul sua condemnent. Nullus sacrorum librorum meminit, Cainum ob Abelis eadem ab Adamo unquam increpitum; quomodo enim fratris unius parricidium exprobrare ille poterat, qui peccato suo parricida fuerat tot filiorum, quam multos Pater totius humani generis numerat? Sic quomodo inveheretur in aliquod

fecunda libidinis peccatum, ab homine profano admissum, Sacerdos, qui tanto ipse in eiusmodi miseriis pronior est? *Quà libertate Praefes Ecclesie corrigere peccantem potest, cum tacitus sibi ipse respondeat, eadem admisisse, qua corripit?*

— Magnopere tamen cavendum, ne ad alterum quis extremum declinet, acerbè reprehendendo, & præcipuè exclamando altiùs & toto vultu iram præferendo; quod foret peccatum multo gravius in reverentiam Sacramenti sigillo debitam. Aqua grandine mista, etsi cælo delabatur, diu tamen in cisterna servari non potest, sed confestim putrescit. *Asperitatis nimia increpatio nec correptionem recipit, ne salutem.* (g) Congit non semel, unum aliquem nimia severitate & nullâ prudentiâ inter confitendum correctum, multis dein annis confessione superfedere, & abhorreie ab omni Medico, quamlibet perito & prudente, eius imperiti & crudi causâ, in quem inciderat. Confessionem S. Augustinus ita descripsit: *Confessio est, per quam morbus latens spe veniæ aperitur.* Si proinde Poenitenti tam acerbè increpando omnis spes ac fiducia veniæ tollatur, quid tandem erit, quod ad noxas aperiendas impellere illâ possit? Ut igitur hac in re prudenter quis se gerat, & temporis, & personarum rationem habeat oportet. Temporis quidem, non reprehendendo quemquam, nisi cum sui accusationem omnem finiverit. *Concocta movere oportet, non cruda.* Personarum verò: quia aliter vites tonentur, aliter duræ jam ac nodis asperæ ligantur.

ligandæ

liganda sunt. Cum juvenibus utendum mansuetudine summa, dum corriguntur; uti & cum ijs, qui indole sunt timidiore & verecunda. Quicumque de deditone appellati statim se dedunt, & quidem ad arbitrium appellantis, vel ab hostibus benignè habentur. Et ratio sinat, ut à sacro Arbitro habeantur inhumaniter? Imò cum hic adverterit se audiri cum animi modestia & demissione, correctionem tempori in solatium mutet. Plus ruboris incutere, quem jam pudet, perinde foret, ac illi extrahere sanguinem, qui viribus exhaustus animo linqvitur. *Qui Penitet, non est dicendus Peccator.* (k) Cum ijs igitur tantum agendum severius, qui tam protrita fronte sunt, ut videantur peccatum triumphali velut in curru advehere, cum illud Sacerdoti aperiunt. His ruborem largè excutere, est eos magnam partem sanare, docendo peccatum non parvi facere; maxime quod longà assuetudine inveteratum est, quod ceteròquin eò hominem adducit, ut vires propè omnes adimat ad abstinendum ab ipso: quæ tamen virium imbecillitas citra noxam non est, quia propria voluntate accersita. *Quod diu nolimus, posse desinimus.* (l) Sic ut illa via quæ initio vicino tantum patebant, paulatim evadant via publica, quas absque tumultu claudere jam nulli liceat. Cura d. m. magnos erant miseri isti probe intelligant, quam malo loco eorum res sint; & ferro utendum, ubi unguenta non proficiunt; sic tamen, ut omnia dicta esse advertant animo potius eorum fortem miserante, quam

indignatione commoto. *Quid in peccatis severius castigari necesse est, non videntis plestatur animo, sed modestia.* (m) Hæc sanandi, non fecendi voluntas facit, ut Correctio non tantum sit Justitia, sed & Misericordie opus sit.

## III.

Tandem etiam molestia & fastidio quæ affert Penitens, toleranda sunt, quo vix aliud in auscultandis his solet esse difficultus. Quamquam in molestia nihil hoc in ministerio est vult, planè se illi ineptum ostendit. Nemo unquam multum mellis ex alvea colliget, qui Apum aculeos formidat. Multo autem magis abs re esset, non temere solum ejusmodi molestias, sed etiam intolerantiam signis prodere, assidendo cum vasica, aut flabello refrigerando, olivando, motorquendo se; identidem tabaco pulveres naribus ingerendo, sedendo inopportune Penitentem, tandem abrumperet, interpellando, etiam cum res non postulat. Qui sic reos ipsorum audit, non ad aperienda; sed etiam peccata invitat. Attendant igitur sebi; qui enim stolidè gregem militiam agit, si hic in latronum castris incidat, ad damni reparationem veniat. Si enim reus iste fugere compellitur, si crilegio se obstringat aut recedat, quod admiserat, aut abrumpendo, aut excusando, quod addendum foret, dumque erat, ad quem alium, quam ad eundem, pertinebit de eo rationem reddere? Hic enim est, qui hæc agendi ratione cum impulit, ut male dicitur

SEGNE  
Concionibus  
Instruere  
Penitentem  
Confessari  
Parochi

plus se quam unquam mali Daemonis potestati permitteret. Eadem tolerantia utendum in audiendis aliquibus parum paratis ( etsi satis appareat, eos tandem suis adhuc innexos vinculis dimittendos ) ut palam fiat, necessitate, non tædio abolitionem negari. Repulsa eiusmodi telum est fortissimum ad complures terrendos: cavendum proinde, ne ante tempus ostensa vim ferendi amittat, instar teli suo mucrone destituti. Quin ne semper quidem hoc telo mox utendum est, sed promere tantum oportet. Primò differenda est tantisper noxarum condonatio, mediis aliquibus Pœnitenti suggestis, quibus rectius sese pareat; subinde cum ista nihil profecerint, neganda erit. Nimia illa & inflexibilis festinatio, quâ nonnulli ad prima verba prolata repellunt reos, non rite paratos, vix unquam cessit feliciter. Conandum potius, ut se parent, remittendo nunc fides, nunc tendendo, donec quem quis optat tonum edant, non autem mox illas rumpendo.

Ad Parochi tamen prudentiam non pertinet, aures præbere Peccatoribus quibusdam publicis, à quibus vix quidquam expectari possit. Horum ( ut alias monui ) catalogus Episcopo dandus est: cum enim suâ Parochus autoritate emendare non possit offendicula, quæ præbent, necesse est ut Episcopus interponat suam. Sed quomodo interponet, quomodo providebit malis, quæ timentur, si illa ignoret? aut quomodo potest non ignorare, si Parochus non indicet; imò subinde etiam interrogatus  
*R. P. Segneri Institutio Parochi.*

celet, & torquere setur, perinde ac si non in ipsum quoque; ut Canem mutum, furis peccatum redundet? scio etiam ad quemlibet ex subditis pertinere, manifestare eiusmodi exempla in publicum noxia: plerique tamen illorum non tenentur ad hoc nisi ex caritate, quæ varias exceptiones patitur; Parochus verò tenetur vi sui muneris. Si proinde in hoc adimplendo Parochus fidem suam probare Præsuli velit (& quidni probeat?) caveat, ne sibi, maximè sub Paschales ferias, à quoquam eorum imponi sinat, qui fide malâ ad Pastoris sui pedes se volet abicere, non ut ab eo, tanquam Medico, curetur à morbo suo, contagione noxio, sed quia ipsum metuit accusatorem. Audire hos se accusantes esset sibi linguam ligare, ubi quam maximè oportet eam habere promptam & expeditam, quin quisquam eorum causari possit, suis se armis, & suo ex armamentario promptis petitur: suâ inquam confessione Parochum ad accusandum esse abusum. Dicat igitur sine ambagibus, fas sibi non esse, utrique servire foro, interno & externo. Ubi constiterit, externo nihil porro cum ipsis esse negotii, tum enim vero redeant, promptè in foro etiam interno audiendi, & omnis sui voti damnandi. Sic benignè dimissi videant miseri, quod etiam Pastor vicem eorum doleat, ut homines sunt, nunquam tamen passurus sit, ut vivant tanquam Peccatores. Hoc nî fiat, quis tandem suos juvandi in Parocho ardet? *Duo ista nomina ( cum dicimus Homo Pescator ) non nique frustra dicuntur.*

cuntur. Quia Peccator est, corripo; quia Homo est, miserere. (o) Quamquam (non enim omitrenda sunt quæ sequuntur) non liberabis hominem, nisi eum persecutus fueris Peccatorem, sic scripsit S. Augustinus.

Sed finis sit horum monitorum: sic enim exposita, ut res exigit, hic locum non habent; paucis autem indicata potius quàm explicata, ad scopum fortassis non faciunt. Aliud igitur fieri nequit, quàm ut partibus boni Confessarii pernoscentis lectorem ad geminos remittam libellos, quorum jam ante memini. Ibi legere erit exposita pluribus monita hanc in rem utilia, quæ hic velut aliud agens attingi, cum aliis quæ brevitatis studio ne attingi quidem.

(a) S. Tb. 2. q. 32. ar. 2. (b) Eph. 5. 4. (c) l. Imperitia ff. de Reg. iur. (d) Dist. 37. q. 1. ad S. ut itaque. (e) l. Qui testatur. S. Qui no- que. ff. de Hæred. Insti. (f) Dist. 25. c. Primum. (g) Dist. 45. c. Cum Beatus. (h) S. Aug. de vera & falsa Pen. c. 10. (i) Aphor. l. 7. 22. (k) 22. q. 1. c. Quod autem. (l) Sen. Ep. 55. (m) Dist. 82. c. Quia aliquanti. Dist. 86. q. odio. (n) l. Quamvis ff. ad leg. Aquil. (o) 23. q. 4. c. Duo ista.



### CAPUT XXIII.

*Quomodo Pastor conferre aliquid possit ad illa tria Sacramenta, quorum minister non est?*

**D**UOBUS modis aliquid Genii cælestes ad Manna illud in solitudine contulerunt; labore, & apparatu: labo-

re quidem, suis illud manibus in- formando; apparatu, non deplumato illud ante, quàm prima candida non solum operuisset, byssine infusa in tellure strata. Cognet Pastorem quisque, eo se Beatorum è numero Geniorum, aut saltem esse contentum. Parte una conficere debet hoc manna cælestis Sacramentorum (hoc autem in his quatuor, quorum Parochus Minister est) parte altera conferre debet operam, ad apparatus præparandum contingere solet in his, quorum minister quidem non est, ad iuvantiam la, dum præparat suscipientem, ut dignè recipiat. De primis jam egimus. De reliquis differendum est, quæ ut jam indicatum est, sunt Confirmatio, & Matrimonium.

#### I.

Non est fortassis aliud inter Sacramenta, pro quo tam turpiter ingrati sint Christiani, quàm Confirmatio; dum non solum non agnoscitur esse beneficium, quale re vera est, sed et quidem cognoscitur. Illacrymatus est Solyman Christus Servator, propter quod cæca non agnoverit bonum in collatum: *Flevit super illam dicens, quia si cognovisses & tu!* (a) Nec mirum hodie plorandum est; imò gemunt sunt lacrymæ: plorandum, quia non cognoscuntur tam excellentia Dei dona; plorandum, quia nemo laborat, ut hæc dona cognoscantur. Cerrim est Confirmationem omnibus hominibus bicultatibus robur conferre; Rationabili, Irascibili, Concupiscibili, & tantum quidem.

quidem, ut homo Christianus hoc destitutus Sacramento absolutus suis numeris Christianus non esse videatur. *Abque huius Sacramenti unctione; perfectus esse Christianus nunquam poteris*, (b) quæ sunt S. Clementis verba. Si Baptismus confert Gratiæ, quantum satis est, Confirmatio tantum confert, ut redundet etiam. *Spiritus Sanctus, qui in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in Confirmatione augmentum præstat ad gratiam*; (c) Sic Sanctus Melehiades locutus est. Si in Baptismo erigimur & construimur in templa viva Spiritus Sancti; in Confirmatione iniciamur, seu conlectamur. *Per Baptismum adificatur homo in domum Spiritualem, per Sacramentum Confirmationis quasi domus adificata dedicatur in Templum.* (d) Ut S. Thomas asseruit. Vera sunt hæc, & plura alia, quæ his addi possent. Quid autem refert? Cum Sacramentum hoc, ut debet, suscipiatur in ætate tenera, quis, dum eius sit particeps, hæc et us dotes cognoscit? & cum is, qui illo munitus sit, maturam ad ætatem provectus fuerit, quem tandem habet, qui dotes illas explicet, qui in memoriam revocet, qui ad laudandum ex iis Deum invitet? *Lauda Deum tuum Sion, quoniam confortavit seras portarum tuarum.* (e) Desiderat Sacra Synodus Tridentina, ut res tam absõna & indigna videretur; ut verba Catechismi eius autoritate confecti docent: *Cavendum maxime, ne in re sanctitatis plena, per quam nobis divina munera tam large impertiuntur, ali-*

*qua negligentia committatur*: (f) Sic ut non solum animo ab omni labe puro accedatur ad illud suscipiendum, sed etiam pietate in Deum singulari, & insigni præmissa præparatione: addit proinde, curandum Pastoribus sacris, & hortationibus ad id Populum excitandum, ut suscipienda Confirmationi præmittat abstinentiam à cibis, aliis actionibus piis comitatam, id quod jam sacri imperarant Canones, jubentes, ut nisi aliter cogeret necessitas, qui Sacramentum hoc ministraturus esset, pridano ad id jejunio se præpararet; idemque faceret suscepturus. (g) sunt autem nunc ista, ut equidem existimo, apud magnam Christiani Populi partem inaudita, eaque causâ etiam mirum non est, si tanti Sacramenti, quod suam ob excellentiam à solis Episcopis administrandum est, virtus paulò minus, apud plerosque, quàm nulla est: dum, perinde, ac si planè nudi essent, & non muniti lorica tam impenetrabili, vel stamineus culmus sufficit ad eos transfodiendos, haud aliter ac si telum esset firmissimum & acutissimum. Olim non pectines ferrei, non scorpiones, non cruces, non catastræ, non ignitæ craticulæ iis pollebant viribus, ut terroris aliquid magnanimis eius ætatis Christianis incuterent, quo minus non de irrisoribus tantum, sed & de Tyrannis triumpharent. Nunc verbum unicum, una irrisio, unus jocus, unicum, *quid dicent homines?* sufficit ut multi erubescant Evangelium, & probro sibi ducant, vivere ex Christi legibus; quasi non & ipsi confirmati

sint ad finem tam nobilem, quam erant veteres illi Christiani. Non parum dein utilitatis afferret, inducere populum, ut quod jam dicebamus de Baptismo, circa Confirmationis etiam Mysterium praestet; restaureret inquam annis singulis, Ferijs divini Spiritus adventui Sacris, nomina cum Christo Salvatore contracta, non erubescendi crucem, sed magnis illam animis ferendi, non in corde duntaxat, sed palam in fronte, eam ob causam Confirmationis balsamo ab Episcopo linita, ut sibi illam decori & gloria duceret (h): utque hac ipsa in restauratione veniam petat praeteritarum imbecillitatum, decernat etiam, superare deinceps strenue ac fortiter pudorem illum, qui tam multis est obex maximus, quò minus è Christi legibus vivant. Foret profectò hoc exequi, quod Apostolus gravibus illis verbis inculcavit Timotheo suo: *admonete, ut resuscitò gratiam DEI, qua est in te, per impositionem manuum mearum* (i). Hoc enim si Apostolus à Timotheo petijt, idèò petijt, ut excuteret ab eo pusillanimitatem quampiam, cujus reum se fecerat Discipulus tam cetera non indocilis, eaque Apostolum permoverat, ut mox & illud adjungeret: *Noli erubescere testimonium Domini nostri, neque me vinctum ejus* (k).

## II.

Alterum Sacramentum, ad quod perquam utiliter suscepturos praeparabit Pastor, est Matrimonium. Parte unà matrimonio juncti sunt in DEI Ecclesia

major pars Populi profani; parte unè altera tenebris, communis omnium alia Sacramenta suscipientibus, ignorantia, accedunt tenebrae concupiscentiae, ignis nimirum tartarei, qui nunquam non in animum exhalat fumum deceptionum & iniquitatum.

Matrimonium igitur, ut Contractum, & ut Sacramentum considerari possumus. Quod ad illud, ut contractus est, attinet, incumbit Pastori, ut impedimenta, quae vocantur dirimentia Populo opportunè pro Concione explicet; quae sunt non pauca, praecipue tamen unum, ad quod multi non advertunt, affinitatis, quod nascitur ex copula prohibita cum persona sanguine juncta in primo & secundo gradu, cum agnata inquam Sponsi, si Sponsam attendamus; cum agnato vero Sponsae Sponsae ratio habenda est. Pluribus etiam vicibus revocandum est Populo in memoriam, teneri singulos manifestare, si cujus horum impedimentorum consilii sunt. Id quoque agendum obdulo, ut Parochus certior fiat de consensu Sponsorum, ne dubium sit, ut volentes contraxerint: non enim ob sunt Parentes, qui illam sibi, quaeque non competit, auctoritatem arrogent, & filiam coactam illi jungant, à qua illa vehementer abhorret: penitus non habentes grave malum, quod ea arrogantia tunc admittunt, & alterum multò gravioris, quod deinceps rationum pronum est ex conjugio coacto, hoc est indomitis juvenibus sub jugum mitti. Quare si Parochus virium satis & auctoritatis non fuerit ad usus haec resolu-

lentos disturbandos, ob conditionem illos adhibentium, ad Episcopum rem deferat, quid agatur cum fide enarret, & opem promptam ab eo poscat. Vicissim, etiam subsistat conjugij contractus, quo liberi se Parentibus non consultis, aut etiam invitis, illigant, non tamen id semper isti salva religione facere possunt. Cum igitur experientia doceat, funestos hocce & male auspiciatos contractus, gravissimorum sepe malorum, magis quam proles, feraces esse, sepe moneat Pastor, cum res postulat, quæ nasci & timeri mala debeant, si tam nullâ & prudentiâ, & reverentiâ erga Majores aliqui invicem copulentur; & per otium perpendere hæc jubeat, ubi animi perturbatio resederit, antequam ad necessarias denuntiationes ipse progrediatur. Subinde & alia, prout rerum feret conditio, intelligere studeat: ætatem v. g. Sponsorum; cum prius promulgari non possit futurum matrimonium, quam Sponsus decimum quartum, Sponsa verò duodecimum ætatis annum expleverint (l); hæc enim est ætas, quam Leges Pontificiæ ad conjugium supponunt sufficere: Conditionem eorundem, ut certus esse possit, neutram personarum contrahentium alto simili nodo esse illigatam, neque in præsentiarum, neque in futurum. Curet etiam manifestari sibi patriam, si aliunde non novit; Si enim essent vagi, ipse Matrimonio eorum adesse non posset, nisi potestatem ad id peculiarem accepisset ab Episcopo (m). Denique, etiam differri possit Matrimonium, si Sponsi deprehenduntur ignorare illa Mysteria Religionis nostræ, quæ præcepti, quam a iure necessitate Christianos omnes nosse oportet, ne postea parentes facti sobolem suam docere non possint; (n) diu tamen differre hoc ex capite denuntiationes non oportet; (o) sic enim iussit Sacra Congregatio; quæ, cum videret providendum gemino malo perinde gravi, Ignorantiæ & Innocentiæ, maluit occurrere prius huic, quod prompto & celeri remedio magis indiget.

derentur ignorare illa Mysteria Religionis nostræ, quæ præcepti, quam a iure necessitate Christianos omnes nosse oportet, ne postea parentes facti sobolem suam docere non possint; (n) diu tamen differre hoc ex capite denuntiationes non oportet; (o) sic enim iussit Sacra Congregatio; quæ, cum videret providendum gemino malo perinde gravi, Ignorantiæ & Innocentiæ, maluit occurrere prius huic, quod prompto & celeri remedio magis indiget.

Plus reverentiæ Matrimonio debent ipsi contrahentes, cum sit Sacramentum; atque adeo magis in id incumbere Pastores debent, ut tanquam tale modo ac forma debita suscipiatur, tam antequam contrahatur, quam postea. Quid juvat Christum Servatorem nostrum Sanguinis à se sparsi pretio, id quod non nisi lutum contractus civilis erat, cælesti velut Alchimia in Aurum Sacramenti mutasse; quid juvat, inquam, si Christiani interim suâ ignorantia vix plus de hujus auri valore intelligunt, quam ipsæ bestiæ? Finis ille abjectus, quem plurimi spectant in conjugio, catenam illam noxarum fabricat, quâ obstrictæ sunt Animæ, atque factosando hoc vinculo corpora connectantur; perinde ac si istud non esset institutum à DEO ad significanda divina illa Mysteria, quæ Fidei animis repræsentare debet Matrimonium; Conjunctionem inquam amoris plenissimam, quâ humanæ naturæ divina connexa est, & aliam illam ipsius ejusdem Christi, non solum quæ



Christus cum Ecclesia sua, sed etiam, quâ idem cum Anima Christiani cujuslibet, quicumque in Ecclesia nullâ gravi culpâ obstrictus vivit, conjungitur. Enormia igitur delicta illa, quæ Matrimonij contractui præmittuntur, valent potius ad dehonestanda, quam ornanda cælestia hæc Mysteria; nec id solum, sed efficiunt etiam, ut id ipsum, quod destinatum erat ad juvandos Christianos, ut salutem facilius consequerentur, jam ipsis potius sit impedimento; utque Matrimonium jam non sit Animabus balsamum, quo severtentur à putredine, sed finis foetidus, ut facilius computrescant; aut saltem viscus, quo implicentur, ne ad DEUM pergant, quando ab eo vocantur. *Uxorem duxi, ideo non possum venire.*

Quisquis igitur boni Pastoris partibus non deesse vult, id agere studiosè debet, ut tam fædi abusus extirpentur, docendo pro Concione, quid spectare oporteat eos, qui hoc se vinculo innodare cogitant; ut nimirum augerent numerum Electorum ad gloriam, sobole rectè educata implendo vacuas Cæli sedes (qui fuit finis DEO ipsi in Matrimonio ante admissum peccatum instituendo propositus) deinde ut callem ingrediantur, qui minore cum periculo ducat ad beatam patriam, qui fuit alter finis post peccatum priori additus. Doceat præterea, ad fructum hujus Sacramenti percipiendum, illa maxime divina gratiæ auxilia, quæ necessaria sunt ad mutuam in conjugio amorem, ad societatem à virtute com-

mendatam, ad sobolis rectam educationem) opus esse, ut suscipientes licitari gratique sint. Ostendat, quam immanis sit error, ad Sacramentum suscipiendum præparare se peccato; hæc siquidem radice tam putente & tida quinam alij, quam venerari debent expectentur? Tandem nihil commutat eorum, quæ conferte possunt ad magnam Sacramenti huius administrationem concipiendam, præ aliis fect, quod Apostolus non dubitavit magnum appellare; magnum nobilitate matris, quâ constat, quæ sunt, corporum hominum sacris undis tinctorum; magnum vi significandi ipsa adeo angelicissima Religionis nostræ arcana: magnum effectus, quæ non ad solam progenitorum vitam se porrigit, sed læpe per særa lustra durat vel in præmiis vel in præmiis libertorum. Ex hoc turpitudinem perfidiz, quæ contra conjugii fidem datam violat. Et quæ viri, ad superbiam proclives facile barbaris modis tractant feminas, quæ ipsis data sunt vitæ & laborum loca, disertè edicat, socias omnino esse oportere, non mancipia, eaque causâ esse excipiendas verberibus, non mandandas fustuario, multoque magis permittendum, ut moriantur fame, aut mariti alienis amoribus, ludis, conviviis, commellationibus abligantur, quod alendæ familiæ necessarium erat commendanda autem & crebrius & diligenter recta librorum educatio, inquam princeps conjugum negotium, cum ceteroquin hæc dubiè prætereborem esse sterilem & silvestrem, quæ

SEGNE  
Conciones  
Instruere  
Poenitent  
Confessari  
Parochi

arborem securi destinatum ob pestiferos fructus, quos educat. Atque hæc omnia publicè pro concione doceri possunt. Subinde autem antequam ad publicas illas denuntiationes veniatur, exploret speciatim; an anno illo sub Paschales ferias Sponsi posita peccatorum sarcinâ divino Epulo sint refecti? id enim si factum non sit, in Parochi arbitrio non est longiùs progredi. Hortetur insuper Sponsos ad id, quod suadet Tridentina Synodus, ut non tantum à confessione postrema, (q) sed inde à conficijs annis vitam omnem sincera sui accusatione expient, siquidem id expedite videatur; idque vel antequam Matrimonium contrahatur, quod præstat, aut certè tribus ante ejus consummationem diebus; robur autem uterque conjunx deinde accipere cuet cælesti dape se pascendo, ut sic majori fiduciâ procedant ad opus, ex quo magnam partem dependere potest, aut beatitas, aut miseria, vitæ eorum caducæ perinde ac æternæ. Neque abs re erit, in memoriam revocare utrique Sponso, ne, ante quàm ritè illis ac bene precetur Sacerdos in Ecclesia, simul habitent, (r) Sacra Synodi directionem ea quoque in re sequendo; quæ hoc unicè sibi cordi habuit, (s) ut omnibus modis testatum faceret, felicem Matrimoniorum successum unicè dependere à DEO, qui ut in Paradiso terrestri primus Matrimonij author fuit, ita & semper deinceps ejus diligentissimus custos fuit, (t) ut eum Sanctus Ambrosius appellavit: quid proinde boni speret ex Matrimonio, (u) qui

istud ab injuria custodis ejus exorditur?

III.

Major denique, quàm uspiam alibi, industria Parochi requiritur ad teneros adolescentes ad Sacramentum Ordinis præparandos, peritorum olitorum motem sequendo, qui surculos silvestres, & noxtos sedulò excludunt è Seminario; utiles verò & frugiferos omni arte excolunt; idè enim Clerici dicti sunt; quod idem est ac sorte electi. Nescio, an quidquam sit, quod tantam Ecclesiæ lacrymarum vim elicere jure debeat, quàm quòd videat numerosos eorum greges, qui non vocati à DEO certatim currunt ad Sacerdotium; quin cogitent, quantum sit & quàm grave onus, cui humeros supponunt; quanta obligatio, quâ se devinciunt ad vivendum, sicut gradus, ad quem anhelant, exigit; ad vivendum inquam vitâ, si non perfectâ, ad perfectionem saltem semper aspirante: *quâ in divina semper ascendat.* (y) Olim ex omni numero eorum, qui Minoribus, quos appellant, ordinibus erant initiati, legabantur nonnulli supra ceteros eminentes, & in Subdiaconorum ordinem cooptabantur. Ex his delectu severiore ad Diaconi dignationem pauculi evehebantur; & ex his ipsis paucis pauciores etiam ad Sacerdotij apicem admittebantur; sic ut idem in Ecclesiæ corpore, quod in humano, fieret, in quo alimentum, quod sumitur, alijs aliisque vijs semper subtilius redditur, donec tandem mutetur in Spiritum tenuissimum,

mum, magnâ agendi & operandi vi præditum. Sanctus Victor Summus Pontifex, post secundum à Christo nato seculum, decem, quibus ad clavum fessit, annis nisi quaternos initiavit Sacerdotio; (z) Sanctus Zephyrinus autem annorum septendecim spatio novenos duntaxat; Sanctus Soter novem annis octonos. Neque est quod quis suspicetur, id inde factum, quod parvus tum esset Christianorum numerus, qui tanquam grex non magnus Pastores non multos requireret: cum potius tantâ jam essent vel intra Urbis Romæ mœnia multitudine, ut Tertuliano teste, occuparent omnia, Porticus, compita, decurias, palatia, Senatum, sic ut aliud Ethnicis non relinquere vacuum, præter delubra, intra quæ pedem inferre non dignabantur. *Sola vobis reliquimus templa.* (aa) Hodie quisquis se vel primæ tonsuræ Candidatum profiteretur, nihil dubitat, quin Sacerdos futurus sit. Unde sicut Salomonis ætate gemmarum multitudo illas, quamlibet pretiosissimas, æstimatione silicibus æquaverat; ita parùm sanè abest, quin hodie, qui gradus dignatione Cæsares superant, à plebe vix factis suâ multitudine discernantur. Et, quod magis dolendum est, ex ipsis initiatis complures non Sacerdotium, sed partem Sacerdotalem inhiant: *Dimittite me ad unam partem sacerdotalem.* (bb) Nec quatit dignationem, nisi propter sustentationem, perinde ac si & ipsum Sacerdotium res foret, de qua deliberanti Avaritia maximè audienda esset: Unde nunc quoque non desunt,

qui ad gradum illum nulla religione absterri enitantur, Patrocinii titulo, quod nullum est, nisi in tabulis confectis; quidquid concitameat Pontificum, Conciliorum, Synodorum Diocæsanarum, iocundè repetita & inculcata decreta ac laudationes, nec verentur, iisdem laqueis implicare alios minùs cautos, quos incunt ad asserendam perjurio coram Episcopi tribunali eam patrimonii integritatem, quæ nuppiam est; & dehis vanissima persuasione, non solum nullè esse peccati timendum in eiusmodi iuramento; cum nemini quidquam inde existat detrimenti, sed obsequium non parvum ea re præstari Deo; magisque mercede compensandum, dum Sacerdotum, qui Deo servant, augeretur numerus: eumque ipsum, qui sic obsecutus est, in suis ad Deum precibus nulla non die memorem futurum & ipsius quoque tam luculentum beneficium acciperit, & vitæ functorum, qui aliquâ ratione ad eundem pertineant. Non dico autem ista animo damnandi maiorem illum splendorem, majus illud subsidium, quod Ecclesia consecuta est et aucto Sacerdotum numero: nec enim ignoro, non eadem omnibus convenire temporibus. Non idem est damnare prodigaliter, & damnare copiose. Eum tantum in finem hæc commemoratio, ut eorum inepta detestetur studia, qui tanto numero ad Sacerdotium anhelant non vocati; qui urgent importunè; qui molesti sunt, & vim propè inferunt, ut ipsi quoque admittantur, etsi parum digni; cum in finem duo, ut celebrantur.

dam eadem me fovere sensa, quæ Tridentina fovit Synodus; (cc) quibus etiam invictò animo inhæret, quem hodie Petri in sede veneramur, Pastorum Princeps Innocentius XII. & cum eo complures Præsules, quos ipse novi, magno boni publici studio limites ponere studiosè mundanti huic initiandum inuicili turbæ: contra quàm alii quidam faciunt, qui gloriæ sibi ducunt, ingentem habere numerum attonfortum, qui ab ipsis jura perant; cum tamen legamus ex ore Zosimi Pontificis profectas querelas, in Decreto hodiè quæ superstites, quas hic verbatim proponere juvat, etsi longiusculas; nihil enim iniis est, vel redandans, vel minus æstimandum. *Facit hoc.* (verba sunt Pontificis) *facit hoc nimia remissio Consecratorum nostrorum* (Episcopos intelligit) *qui pompam multitudinis quarunt, & putant ex hac turba aliquid sibi dignitatis acquiri. Hinc passim numerosa popularitas* (etiam his locis, ubi solitudo est) *tantum reperitur, dum Parochias extendi cupiunt; aut quibus aliud prestare non possunt, divinos ordines largiuntur: quod oportet distrikti esse iudicii. Rarum enim est omne, quod magnum est.* (dd) Et ego illud legi; quod Sapiens scripsit: *In multitudine Populi dignitas Regis:* (ee) nec in controversiam voco. Meminisse tamen oportet, quòd si profani Principes numerum quarunt, jure id faciunt; in hoc enim eorum opes consistunt ac potentia. Non ita se res cum Principibus sacris habet. Multo igitur magis spectandum ipsis est, ut quos ha-

R. P. Segneri *Institutio Parochi.*

beat Ecclesiæ obsequi devotos, boni sint, quàm ut multi. Multitudo sæpe contemptum parit: *Presbyteros turbæ contemptibiles facit.* (ff) Nunc ut ad id revertamur, quod in hac re Parochorum est; omnino mihi persuadeo, eorum quemlibet non parum ad hoc conferre operæ posse, ut Ecclesiæ suæ lacrymæ abstergantur: idque, si geminas illas, quarum ante memini, solitorum singuli regulas observent, ut Plantas noxias adollescere non sinant; bonas è diverso omni industria excolant. Curandum igitur ante omnia Pastori, ut sincere & fide optima Episcopum edocendo, impediatur eos, qui factò illo gradu se indignos ostendunt aut pravis naturæ & indolis propensionibus, aut malorum publica locietate, aut assuetudine flagitiosa, aut alio quocunque vitio, quod cum Ecclesiæ legibus, quæ Ministros eius formant, pugnet. Nunquam illud usurpandum. Alii à se ipsis erunt, quando Sacerdotes erunt. Sacerdotium non est conditio vitæ, in qua quis se emendet; sed ad quam quis ascendat jam emendatus. Nimis quam arduum est, tunc sibi permittere minus, cum permittere potest plus, sui magis juris effectus: siquid studii in vita corrigenda ponetur, id unum erit ac unicum, ut tegantur vitia, non tollantur; haud aliter ac aqua infecta sit, quæ cineribus percolata colorem mutat, saporem amarum non exiit. Non negaverim quidem, multà omnino prudentiâ opus esse in Magistratibus de aliorum vita edocendis; discernendo vitia, quæ cum annis decrescunt, ut poma

X

tempore


tempore acerbiter ponunt, ab iis, quæ cum annis crescunt: atque hæc causa dixi, ut in id potissimum oculos defigant, quod nonnisi ægerrimè corrigitur; ut sunt indoles refractaria, amicitia præva, assuetudines perversæ, quæ difficilius ferè, quàm ipsa natura ponuntur. Atque hoc est, non permittere, ut in Ecclesiæ horto crescant arbores noxiæ. Superest ut bonæ ac fertiles excolantur. Hoc autem efficiet Pastor, si magnâ curâ eos educaverit adolescentes, quorum indoles Sacerdotalem ad statum apta nata videtur, ob propensionem, quam præferunt ad res Sacras & Dei cultum; & genium ad pietatem atque Ecclesiæ ministeria conformatum, sicut de Josue sacer narrat Historicus, quod inde à teneris annis ægrè à Dei Tabernaculo divelli potuerit: *Josue filius Nun, puer, non recedebat à Dei Tabernaculo.* (gg) Ut massa aliqua conformetur in speculum, satis non est si crystallus nata sit: artifice etiam manu polienda est. His igitur, qui præclarâ sunt indole, decet Pastorem peculiari curâ invigilare, illud perpendendo, quod aliud ipsis non desit, quam ut artifice manu expoliantur. *Si Episcopus te in Clericum elegerit, age ea, quæ Clerici sunt.* (hh) Qui inter filios Imperatoris Japoniæ nascendi ordine primus est, eâ ratione educatur, ut solum ne pedibus quidem unquam attingat. Sic & illi adolescentes, qui olim ipsi quodammodo Servatori nostro Jesu imperabunt, dum illum quot diebus è Cælo in terras evocabunt, dum Sanctissimum eius Corpus inter

sacrificandum pro arbitrio ferè trahunt, illudque Populo distribuunt, inquam adolescentes sic utique cura educandi essent, ne unquam vitii, ætati suæ cognatis, inficerentur, (si id sperari & obtineri ulla ratione posset) ne tenui quidem eorum pulvere aspergerentur; utque idcirco diligentius vitarent omnem pravam Societatem, omnia conventicula periculosa, semperque eorum oculis observarent illius sublimitas dignationis, ad quam aspirant. *Princeps ea, quæ digna sunt principe, cogitabis.* (ii) His periculose oporteret utrum frequentem divinorum Mysteriorum, majorem ad litterarum studia applicationem; his subministrandi essent libelli sacri, ex quibus quotidie aliquid lectarent; ab his majore curâ arcenda omnia exempla præva, quæ contagione nocere possent; hi diligentius Parentibus, diligentius agnatis commendandi, ut vigili tempore eos oculo observent, & ut res Devotas devotasque custodiant. Sancti Thomæ effatum est, res omnes, quæ altare debent ad conditionem, naturam suam excelsiorem, præviâ, & respondentem conditioni illi curâ ac studio præparandas esse, sicut creta aliter adaptanda est, cum ex massa cretæ, in aurum famam est mutanda: *Omne (Angeli verba sunt) quod elevatur ad aliquid, quod excedit suam naturam, oportet disponatur aliqua dispositione, quæ sit supra suam naturam.* (kk) Cum proinde Adolescentes illi evahendi sunt ad conditionem tanto intervallo superiorem conditione hominis de vulgo, de

SEGNE  
Concordes  
Instruere  
Poenitentia  
Confessari  
Parochi

cerdotalem inquam, par est ut etiam educatione non ordinaria educerentur. Atque hæc sunt, quibus tandem optime merebitur Pastor de illis etiam tribus Sacramentis, quorum ipse Minister non est: cum fortassis non minus debeat illi, qui magnâ diligentia præparat materiam ad formam recipiendam, quam qui ipsam denique formam intro-ducit.

(a) Luc. 19. 41. (b) S. Clem. Ep. 4. ad Tit. & Iulian. (c) De Conf. dist. 5. c. Spiritus Sanctus. (d) De Confec. dist. 5. c. Novissimè S. Th. 3. p. q. 72. ar. 11. in c. (e) Psal. 147. 2. (f) Catech. p. 2. n. 6. (g) De Conf. dist. 5. c. Ut ieiuni c. ut Episcopi. (h) De Conf. dist. 5. c. Novissimè. (i) 2. Tim. 1. 6. (k) S. Th. in hunc loc. (l) Sanchez. de Matrim. l. 2. disp. 104. n. 1. 2. (m) Concil. Trid. Sess. 24. de Reform. Matr. c. 7. (n) Barbosa de offic. Par. c. 21. n. 2. (o) Sanchez. de Matrim. l. 3. disp. 15. n. 19. Sub. die 6. Maii 1588. (p) 23. q. 2. c. Sicut S. His ita. (q) Barb. de offic. Par. c. 21. n. 7. Sess. 24. de Ref. Matr. c. 1. (r) Barb. de offic. Par. c. 21. n. 96. (s) Sess. 24. de Ref. Matr. c. 1. (t) 22. q. 2. c. Sicut S. His ita. (u) De Abrah. l. 1. c. 4. (x) 12. q. 2. c. Duo sunt. (y) S. Th. 2. 2. q. 184. ar. 8. in c. (z) V. Bellar. in admon. ad Nep. Controv. 3. (aa) An. 201. (bb) 1. Reg. 2. 36. (cc) Sess. 23. c. 16. de Reform. (dd) Dist. 59. c. Si officia. (ee) Prov. 14. 28. (ff) Dist. 93. c. Legimus. (gg) Ex. 35. 11. (hh) 16. q. 1. c. Sic vi-  
vit. (ii) 1. 32. 8. (kk) 1. p. q. 12. art. 5. in c.



**CAPUT XXIV.**  
*Quaratione Pastorse gere-  
re debeat cum Ægris, cum  
Moribundis, & Mortuis?*

**Q**ui Pater est, filijs nunquam non prospicit, etiam cum valent: filiis

autem malè valentibus non prospicit tantum, sed eos etiam tenere fovet. Hoc igitur indicio non obscure cognoscetur, an Parochus etiam Pater sit, diligentia inquam & sedulitate, quâ subditis suis prospiciet, cum ægri fuerint. Et verò si, ubi major est calamitas ac miseria, eo etiam promptius oportet ad-vo-late Caritatem ac Miserationem, & suum velut ad centrum festinare, au-  
non viscera propè ferrea habebit, quis-quis stimulus opus habebit ad miseris itis subveniendum? Nimis igitur quàm durum foret, si quidam non so-lum blandâ illa invitatione, *Domine, ecce quem amas infirmatur*, sed ne qui-dem repetitis iterum iterumque preci-bus permoveretur, absterritus aut vo-cantis egestate, aut ædium distantia, aut viarum asperitate, aut calis intem-perie, aut timore superstitioso, qui vo-catum irvadat, tanquam ægri cubicu-lum ingressus cum prima aura mortem esset hausturus. Aliud profectò dici non posset, quàm in ejusce hominis ani-mo ignem Pastoralis amoris aut exar-sisse nunquam, aut penitus iterum re-strictum esse. Quid ages Piscatore, qui aquæ frigus timeat? desinat Pisca-torem agere. Nec jam ratio finit, to-tum istud onus in Sacellani & adjutoris humeros exonerare: non finit inquam: nec enim unquam Nutrix tantum mise-ratur infantem, quantû mater. *Quis in-firmatur, & ego non infirmor?* (a) Men-tem ad Ego advertite. Præterquam quòd Deus, qui omnes instruit gratiâ & auxiliis, quæ respondeant muneri, ad quod sunt electi, nunquam vim il-



lam conferet verbis Mercenari, quam conferet verbis Parochi, si ipse accurrisset.

Ceterum in agris visendis duo spectanda sunt; agrorum consolatio, & multo magis eorum utilitas. Solatium ingens erit, si ad agrum invisens illa suaviter ac blandè suggerat, quæ inducere possint ad morbi mala, à Deo misera, æquo animo perferenda. Cuius quod illud advertendum, quod semper oporteat præferre animum miserantem mala ægotantis, nec unquam illa exprobrare, ut quidam assolent, qui vix ad agrum admissi, morbi causam in eius intemperantiam, aut aliam indulgentiam, & non domitas animi corporisve appetitiones referunt; Tres illos Jobi stolidos amicos imitari, qui ad eius calamitatem leniendam appulli, se ipsa aliud egerunt nihil, quam ut illam inmensum quantum exacerbarent; cum omnis subinde eorum disputandi diligentia id spectarit, ut ostenderent, suis Jobum peccatis eam commeiuisse. Hos nunquam oportet imitari. *Utrum pro purgatione, an pro vindicta contingat percussio corporalis, Dei in hoc iudicium ignoratur, & ideo non debet à nobis addi flagellatis afflictio.* (b) Quæ est doctrina Sancti Gregorii. Proderit dein agro, qui ad ipsum invisit, si doceat offerre Deo dolores, quos patitur, ad satisfaciendum injuriis illi illatis; imò si persuadeat eidem, ut sponte nonnunquam suâ privet se aliquo cruciatuum suorum lenimine, ut sic Christum Servatorem imitetur, qui amaram illam potionem in Cruce gustare quidem vo-

luit, quod satis erat ad palatum edendo illo liquore exatibandum, vitam tamen rotam non voluit, ne parum maritiam aliquid etiam resollantem in ipsum redundaret: *Cum gregis, noluit bibere.* (c)

Nulla autem te plus emolumentum afferri agro poterit, quam si tempore Sanctissimis decedentium Sacramenta muniat. *Tempori dixi; hac enim in te non difficulter & nimia determinatione, & nimia tarditate, peccati rest.* Tarditate quidem, dum non longæ moræ necerentur in agro à lino noxis absolvendo, ne vel ipsi mensura aliquid afferretur, vel eius domesticis, quibus solenne est, verâ perfidia, benevolentia larvâ vestita, procul adhuc remotam fingere tristitiam illam necesse est. Re ipsa autem quæ pericula hæc major esse potest, dum hac ratione sit, ut Sacramenta ab agris sæpe suscipiuntur parùm jam idoneis paratissimæ, prope ad extrema deductis; Peccata autem maxime, quod parte unâ omnibus aliis magis necessarium est, altera autem omnibus difficilius illi, qui ob præterita vita haud pauca peccata animo debent esse præcensurissimo ad accuratum eorum examen, & ad eadem cum dolore detestationis sensu proponenda. Determinatione verò peccati possit, si Pastor cum primùm ad agrum invisit, committat mox illum morientium Sacramenta munire; ut nimis quàm familiaris Pastoribus nonnullis parùm sane hæc molestiam sæpius visitandi; rursus ad eum redituri, cum vixisse miserantem

SEGNE  
Concordes  
Instruere  
Poenitent  
Confessari  
Parochi

tellegerint. Si, quæ corpori adhibentur remedia, ad vim suam exerendam tempore commodo opus habent, an aliud de Animæ remediis existimandum erit? Præterquam quod pronum sit, ægrum ita properè munitum sacris Mysteriis, subinde iterum irasci, exacerbari, excandescere; aut aliis etiam gravioribus delictis iterum obstringi: quis tum laboranti opem feret? an expectabit Parochus momentum, quo abiturientem jam animam extremis eius temporis precibus prosequatur? si tamen vel ad hoc ex munere suo peragendum redierit. Aliud nimirum non superest, nisi ut misero serum ferat post pugnatam jam decretoriam pugnam auxilium.

I.

Ea porro proportione, qua in morti proximis crescit necessitas & opis indigentia, ea crescit etiam in Pastoribus eos in tanto discrimine non destituendi obligatio. Sanctæ Mariæ Magdalenz de Pazzis dixit Deus; in animum induceret, tot se quodammodo habere debere oculos, quot animæ eius curæ creditæ essent. Hoc monitum si in rem suam verterint Pastores Sacri, opus ipsis non erit stimulo, ut morientibus sedulo adesse velint, sed ipsi facile dispicient, quanti ea res momenti sit; cum error eo loco ac tempore admissus emendationem non admittat. *Non est correctio errori.* Addamus & illud, præsentissimo tum agris auxilio subveniendum propterea, quod ipsi corpore viribus exhausto, animo planè fracto

imbecilloque sint. Malus Dæmon verò ut Leo rugiens, prædam aut jam captam stringat arcuillimè, ne tum eripjatur ipsi, cum jam ad devorandam fauces diducit; aut si nondum unguibus infestis eamprehendit, avidillimè inhiet, sat gnarus aut tum, aut nunquam sibi vindicandam.

Advertendum hic duplex potissimum morientium genus à Pastoribus momento hoc extremo desereri; sed magna profectò injuriâ desereri. Primum sunt Pueri, qui etsi aut propè, aut omnino jam expleverint septimum ætatis annum, relinquuntur omni Sacramentorum, Pœnitentiæ maximè, præsidio destituti, eo prætextu, quod Angelicæ etiamnum puritate & innocentia sint. Constat autem, judicium in non paucis prævenire annos, haud aliter ac plantæ aliquæ anni tempus commune non expectant. Narrat in suis Dialogis sanctus Gregorius, quinquennem puerum ob jactas in DEUM blasphemias rogo æterno fuisse addictum. Alia etiam insignis DEI famula Pueri septennis animam lustrico in igne pluriù annorum spatio detentam vidit, propterea quod domestici, omnis adhuc noxæ puram rati, non precibus, non Sacrificijs, non stipe egenis datâ, non alio operum ad id idoneorum genere ipsi laborârunt subvenire, tanquam operam inutiliter ea in re perdituri. Plurimum igitur interest, hujus etiam sortis animas alteram in vitam inexpiatas non dimittere, sed prudenter interrogare de admissis; sapientis instar Medici, cui fati non est malum nôsse, quod



quod in oculos incurrit ; sed abdita etiam investigat. Æquitas postulat , ut qui tales sunt , extremum Ecclesie ritum inungantur ; Sacro etiam Epulo ad longum illud iter reficiantur , (d) si modo eâ sint iudicij maturitate , ut reverenter , tanquam saluberrimum Animæ cibum , sumere valeant . id enim ad amissum Sacrorum Canonum est , ut qui eo sunt iudicio , ut noxas confessi absolvi possint , iidem etiam cælesti dapne non priventur.

Alterum genus , qui Pastore præsentem , cum migrant , opus habere non videntur , sunt ij , qui eo rerum articulo animo prorsus tranquillo sunt . Sed hic profectò cautè agendum est : nec enim semper ea animi pax ac tranquillitas bona ex causa nascitur . Duo sunt tempora , quibus Aër quam minimum agitari solet : Meridiei , quia tum calor vi suâ frigus velut exarmavit : & mediæ noctis ; quia tum frigus calori prævaluit . E Christianorum numero aliqui tranquilli ac quieti sunt , quia calor frigori prævaluit . Vixerunt illi plurimum annorum spatio vitam DEI legibus conformem ; atque ita frigus calori , Gratia inquam vitia , quæ cum illa pugnant , succubere . Alij è diverso tranquilli sunt , quia frigus de calore triumphavit . Allueverunt miseri rerum Animæ nullam habere rationem , cum valerent ; atque ita tum nec mortis proximi quidquam metuunt . Longâ assuetudine sua ipsi adamârunt vincula ; unde ne illo quidem momento de ijs excutiendis solliciti sunt : adeò eorum in animis fides , plus quàm ipsi,

semimortua est . Atque hoc Peritorum genus illud est , quod plus quàm aliud quodvis præsentem Pastorem opem postulat ; imò , si eorum quilibet immotus ad omnia , quæ suggeruntur , prodar apertè nullo se admittentis dolore , nullo dolore tangi , tum timore quam maxime necessitas postulante illum Pastor deserat ; (e) sed adit ipse , aut alius quispiam Sacerdos operam rogatus , dum halitus superest , ut identidem , etsi repulsi , aulæ grum instet , & alias ex alijs causis iugerat , aptas movere , ut res ille momento tam periculoso sero agendum licet ; cum de nullius salute desperandum sit , quamdiu spirat ; nec tamen omnis in id opera confertur , ut ab exitio subtrahatur Anima , quæ tum naufragium passâ , per omnem inceps æritatem ad litus nunquam enatabit .

Ad modum ægris assistendi quod attinet , cum quanti res ea momenti sit , abunde jam fuerit demonstratum , nec habeo , quod agam , nisi ut quæ libro hac de re utilissimis , in lucem data , pertractata sunt , paucis complexus , et tria totam doctrinam capita revocem (f) , quæ tribus illis actionibus respondeant , quæ à perito quolibet Navarcho mâri ventis agitato expectantur . Primum est , tollere impedimenta salutis omnia , quæ ex parte ipsius agri offerunt . Atque hoc est exonerare navim , ne suo illa pondere deprimatur . Alterum est , tueri illum ab afflictibus , quibus Orcini eundem Spiritus agredientur . Et hoc est navim jam cre-

SEGNE  
Concordes  
Instruere  
Poenitent  
Confessari  
Parochi

oneratam feris inter fluctus gubernare, ne in latus procumbat. Tertium est omne subsidiorum genus illi subministrare, quæ difficili illo in transitu opis aliquid afferre possint. Et hoc est navim omnibus nauticæ artis adjumentis in portum propellere, in quo salva consistat.

Ante omnia autem denuntiandum est ægro discrimen, in quo versatur, vitæ jamjam fugientis. Non ego istud affirmo, prius à Patocho, quam Medico aperiendum ægro mortis imminens periculum; cum huic utique sua in arte magis credendum sit. Sed ubi Medicus nullus fuerit, ad Parochum omnino pertinet ea provincia (g): & quamquam hic adsit, decet tamen id ipsum etiam à Pastore affirmari, non importunè, ita tamen discretè, ut cum initio, ut solet, obscurius id indicarit, subinde tamen, cum ad rem venit propius, sine omnibus ambagibus apertè denuntiet verbis quam heri potest clarissimis & apertissimis: *Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues* (h). Tam congenitus est homini vitæ amor, ut etsi jam in ipsa adyta mors penetraverit, procul tamen adhuc à limine abesse videatur: non satis proinde est: dicere illi *morieris tu*: necesse insuper est addere: *non viues*: idem inquam pluribus illi modis inculcandum, donec probè percipiat. Et quamquam rectè se res circa aliquem habeant, & nihil illum ab itinere illo difficili remoretur, non tamen ideò non opportunè monendus est, & nova tanti momenti illi nuntianda, ne magnis

apud DEUM promeritis careat, quæ suam illi vitam sacrificando sibi compararet: est enim hoc sacrificij genus, quod crebrius quidem homines paulò religiosiores in vita faciunt, nunquam tamen ita ferò, quàm cum jamjam ejus amittendæ momentum imminet. Aliud est, umbratili & ludicrà quasi pugnâ cum adversario ficto, & ligneo gladio, certare, cum inquam non nisi cogitationi præsens mors est; aliud verum gladium hostis non ficti, horrore mortis inquam, cum mors in conspectu est, recundere. Rectè quidem id agitur, ut hujus calicis amarum quacunque licet ratione ægro dulce & jucundum reddatur; nunc hujus vitæ, quam deserit, calamitates illi proponendo, & gaudia illius ad quam transit; nunc manifestando illi suavissima divinæ providentiæ consilia, quæ jure ac meritò nobis vitam abrumperet, cum primùm graviore nos culpâ obstringimus, & tamen nostram imbecillitatem miserata, dignatur tamdiu illam differre, donec denique veniat, cum ad salutem nostram maximè conducit: nunc certum reddendo, quòd DEUS non possit non in tutelam providentissimam accipere uxorem, liberos, familiam, & omnia negotia illius, qui ad voluntatem suam cum adoranda DEI voluntate conformandam, volens libensque acceptet mortem, ipso illo momento, quo DEO illam mittere collubitum est, cum JESU capite suo ingeminando: *Ut cognoscat Mundus, quia diligo Patrem, surgite cernite hinc* (i).

Ordinando

Ordiendo à tollendis impedimentis, quæ obstant beatæ & felici mortis ex parte ipsius ægri, si ille ultimæ voluntatis suæ legitimas tabulas nondum confecit, horretur illum Pastor, ut quàm citissimè conficiat; ut curis molestissimis, quæ furto tanto magis injusto, quo minus reparabili, sæpe homini Christiano auferunt momenta, quibus pretiosiora in vita non habet, planè liber sit. Et quamquam rectè ac piè suaderi potest testamentum condenti; ut faciat sibi amicos in vita altera de mammona iniquitatis, aut larga in egenos eroganda stipe, aut legatis pijs faciendis, monendus tamen etiam est prudenter, ne hæc ejus facultates superent, dùmque aut perpetua, aut gravia, aut nimis multa sunt, executioni subinde non mandata, leganti quidem alterius vitæ penas non mitigent, viventibus autem gravia, animos eorum non vana religione implicent. Et ad eleemosynas quidem quod attinet, in memoriam illi revocandum, primo omnino loco expungenda esse, quæ contracta fuerint, nomina, neque eorum expungendorum curam hæredibus relinquendam, qui plerique, quo magis opibus, hoc minus fide erga vitâ sanctos abundant. *Beatius est liberum exire, quàm post vincula libertatem querere.* (k) Plus prodest tabulæ alicujus fragmentum jamjam mergendo, quàm navis omnibus necessarijs instructissima jam submerso. Insuper si præter nomina, aliqua restituenda supersint, & restitui tum possint, inducat testantem Pastor, ne à morte pri-

mum illa restituenda curet. *Multò quàm tenacis erga pecunias affectus argumentum est, velle potius ab ipso ferri, quàm eas deferere.* Et tamen quàm hoc non ratum est? ut potest, quàm sapienter Christus divitias suas appellaverit; quas etsi quis evellere desideret, tenaciter tamen hærent, quæ de contingit sæpe, ut ante finem quis exhalet, quam vel ipse relinquat eum, cui infixæ sunt, vel ab eodem relinquantur. Restitutioni rei alienæ roganda est venia omnium injurarum, quibus aliquando decumbens affectus sit. Exit autem quàm maxime ad præsentem curare ut hæc injuræ non quomodocunque, sed, si fieri possit, cum tabulis & testibus remittatur, ut tanto apertius constet, quod non in speciem, sed ex animo mortuus omnem illarum memoriam, abdicare cupiat; ne fortè, ut affolet, qui bonorum sunt & facultatum, vel eorum odiorum hæredes relictæ videantur, quæ quidem facilè exardescunt deum, si privata tantum condonatio non tam extincta, quam sopita fuerint. Illud quoque non negligenter curandum, ut liberi, quos moriens teneris dilectus multum & crebro ejus oculis oblectatur, ut sic eorum causâ hinc avellant ægrius: pronum enim est eorum præsentia amorem illum minus ordinatum accendi vehementius: nam & qui capite minus firmo ad vertiginem peccati sunt, dum rotas circumagi vident, & ipsi caput in gyrum agi experiant. Quod autem de libris dixi, de re multò magis personis accipiendum, quæ

SEGNE  
Concordia  
INSTRUCIO  
Poenitentia  
Confessio  
Parochi

quas æger amore infano deperierit; pro-  
num enim esse objecti, talis præsentia  
sopitum & fumantem, ignem luculen-  
tas repente in flammam prorumpere.

Sic ægro adversus hostes domesti-  
cos præmunio, in id cogitationes ven-  
tendæ, ut etiam contra hostis stygij vim  
& insidias obarmetur. Atque hic ob-  
servanda diligenter Indoles, propensio-  
nes & mores ægotantis; sermè enim  
illam partem aggreditur hostis stygius,  
quæ ceteris debilior est. Res quoque  
postulat, ut Parochio probè perspecta  
sint artes ac fraudes, mali Dæmonis;  
nam & Belli duces periti non minùs di-  
ligenter hostium, quàm suummet a-  
gendi modum exploratum habere cu-  
rant. *Non ignoramus cogitationes ejus.*

(1) Satagat autem ante Omnia Pastor,  
ut ægrum inducat ad propalanda confes-  
sionem, quæ hostis suggesterit: non enim  
alibi latrones crebrius insidiantur,  
quàm ubi silva densissima, & mini-  
mè pervia sunt.

His præstitis, & ægro à malis, quæ  
imminent satis defenso, ejusdem etiam  
commoda, & emolumenta diligenter  
procuranda sunt. Fiet autem hoc, si  
suggerantur exercitationes virtutum il-  
li tempori præcipue respondentium,  
Fidei inquam, Spei, Charitatis, Dolo-  
ris perfecti de peccatis admittis, Confor-  
mitatis cum divina voluntate, Peticio-  
nis, quæ sine perseverantia in finem non  
obtinetur; sine perseverantia autem  
nullus labor sufficit ad coronam. Nec  
abs re erit, hunc in finem omnes fa-  
miliares, quorum a præsentia nihil æ-  
gro timendum sit, cogere, ut junctis

precibus ac studijs plus eidem roboris  
imperrent, utque ipsi etiam discant alie-  
na ex imbecillitate & mortalitate suam  
agnoscere; id quod hac occasione pau-  
cis verbis non absque fructu inculcabi-  
tur; cum non alias verum caducarum  
vanitatem ac nihilum cognoscere me-  
lius liceat, quàm cum fugiunt. Fa-  
teor tamen, non multum profecturas  
has industrias in agris, nisi, cum sani  
adhuc essent, eos Pastor rationem mo-  
dùmque feliciter hinc migrandi etiam  
pro concione docuerit. Quis unquam  
peritissimorum pugilum docere quem-  
quam potuit dexterrimè primâ vice tra-  
ctare arma, cum jamjam arenam esset  
ingressurus? Ingens omnino mortalium  
sæcordia est in se ad bonam mortem  
præparandis: minor tamen non est  
ejus, qui cum in memoriam mortalibus  
revocare deberet præparationis hujus  
necessitatem, eam tamen non revocat.

Interim si quis fessus alium tantisper  
sibi substituat, qui ægro adsit, moneat,  
ne nimia illi garrulitate, ne voce cla-  
tiore, ne nimis interrogationibus, ne  
importunè insistendo, ne alio quovis  
modo molestus sit, & plus illi fastidij,  
quàm solatij afferat. Interrumpat i-  
gitur identidem sermonem, & crebrò  
aliquid suggerat, quod animos addere,  
quod juvare sua brevitate possit, quod  
ad varios, de quibus dicebam, actus  
excitare: quàm enim facile est vas ore  
angusto replere, si id sensim fiat, &  
lentè liquoris aliquid infundatur; tam  
id fieri nequit, si quis præcipiti im-  
petu & festinatione liquorem affun-  
dat. Id etiam commendatum sibi Pa-  
stor

R. P. Segneri Institutio Parochi.

Y

Stor

stor habeat, ut morti proximum inducat ad quascunque tali tempore ac loco potest Indulgentias, seu Penarum remissiones obrinendas, ad petendam etiam crebro à noxis absolutionem, quam vel petat de peccatis, si potest, aliquibus identidem se accusans, aut signis, de quibus inter reum & Judicem convenerit, exhibitis. Et quamquam nullo amplius signo prodatur, quod sui compos sit, expedit tamen nunquam illum deseri, tanquam opis non capacem. nam & loquendi, & videndi, & se movendi facultate destitutus, solo aurium usu, quo non raro adhuc moribundi valent, solatij aliquid & adjumenti percipere potest. Unde quamdiu halitus aliquid superest, ea ratio illius habeatur, qua pugilis nondum arenam egressi, atque adeo, qui ad extremum halitum & vincere possit & vinci; eaque ipsa causâ juvetur muniatutque, nunc aliquo armorum genere, quod Sacrorum rituum liber subministrat, nunc alio, quod caritas & prudentia suggerat; nimis enim magna de re agitur, quia agitur de momento, ex quo aut felix præmiorum, aut infelix penarum pendet aternitas.

## III.

Transeamus jam ad Caritatem erga vitam functos, quæ si vera est, etiam post cineres adhuc ardere debet. *Amicitia, quæ desinere potest, nunquam fuit.* (m) Et tamen quis unquam sibi persuaderet, Avaritiam

sic illam extinguere posse, etiam mortui in jus vocentur? No- semel tantum contigit, miseris cujus sepulturam aliquot diebus de- ferri, quia familiares tantum largiri non poterant, quantum Pa- rochus pro curando miserabili fu- nere expetierat. Gravis se nox- um constituit, quisquis tam par- humanitatis ac pietatis exhibet, a- facto tam sordido, alijs offensa- lo est. (n) Debet enim Pa- rochus nulla interjectâ morâ tum- cadaver inferre, & suo dem tem- pore, quod illi juris conferunt sola tribuit, reperere, etiam ne- ploratâ legitimi judicis, si consue- sententiâ modo ijs superstitibus- pibus sint, ut sint solvendo: enim non forent, suadet sane- tas, ut vel partem debito, vel tu- tum extremè indigentibus condon- ne illos, quis imitetur Carnifices- potius, quàm Pastores, qui, cum- lac suppeditare grex non possit, et- iam sanguinem crudeliter emungit. Futile est dicere, tam severe ag- ne quid juris successoribus deperat. Futile, inquam, est; si enim op- pia vitæ functi extrema est, rem- ni quidquam juris competit ad po- tium laboris exigendum. Si avar- inopia gravis est, juris nihil deo- dit illi, qui pretium non accepit, sed ut stipem pauperi collarum de- nat; sic enim jus suum potius af- firmat. Ceterum quisquis sacros Ca- nones legerit, videritque, quom- illi abhorreant, ut quidquam ju- ritibus,

SEGNE I  
Concordia  
Instruções  
Poenitentia  
Confessario  
Parochi

ritibus, quibus Christianorum funera procurantur, exigatur, (o) vehementer stupebit, non deesse aliquos, qui redigendam hinc pecuniam in notabili suorum reddituum parte reponant, ac cœmeteria in agris numerent, qui multa fruge fecundi sint.

Secundo loco Pietas erga vitâ functos exigit, ut sedulam in id operam Pastor conferat, ut ultimarum tabularum voluntas mandetur executioni, in adimplendis legatis pijs, quæ heredibus imperata fuerint, quos SS. Canones homicidas, (p) Sacrilegos, fidelium cœtû movendos pronuntiant, si non adimpleant. Sed quia fermè legatorum ejusmodi pars major obtingit Parocho, caveat hic, ne Majori Sacrorum dicendorum onere se premi sinat, quàm ferre deïn commodè possit. Et tamen frequens est, ut, sicut, qui longâ fame cibi appetentiam exacuit, tam avidè illum deïn ingerit, ut digerere non possit, sic quem habendi cupiditas stimulat, plura sacrificia sibi peragenda assumat, quàm peragere re ipsa possit, saltè justo temporis intervallo, non absque gravi sic differentis culpâ, cruciatu verò incredibili Animarum, medijs in ignibus suffragiorum eorum lenimen expectantium, dum Sacerdos ad hoc asserendum, non earum utilitatem, sed sua expectat emolumenta.

Ultimus tandem Caritatis actus est preces fundere pro Animabus vitâ

in suâ Parociâ functorum, meliore quo liceat modo operâ ijs ferendo, procuratis etiam sacrificijs spontaneis; id quod seriò volenti non admodum difficile est, & alijs auxilijs, quò majori libertate, hoc majori liberalitate allatis. Oculis humano in corpore prius moritur, cor postremum. Amor suorum commodorum studiosus mox cum amato moritur. Verus & Christianus amor ne cum vita quidem amati extinguitur: nam tunc etiam non extinguitur causa, quæ ad illum amandum impulit, studium inquam divinæ Majestati placendi: *Charitas nunquam excidit.* (q)

(a) 2. Cor. 11. 19. (b) 7. q. 1. c. Cum percussio. (c) Matt. 27. 34. (d) Laym l. 5. 17. 4. c. 4. n. 3. Suarez. disp. 70. in 3. p. sect. 1. Lugo. de Euchar. sect. 4. n. 38. 26. q. 6. c. Agnovimus & Cui autem. (e) Posssev. c. 13. n. 13. 146 (f) Gasp. Lour. Ionn. Polanc. Ludovicus de Ponte. (g) Posssev. c. 17. (h) 17. 38. 2. (i) Ionn. 14. 34. (k) S. Greg. Dial. l. 4. c. 48. (l) 1. Cor. 2. 11. (m) S. Hieron. ad Rust. ep. 11. (n) Tel. l. 5. c. 5. Posssev. c. 14. n. 3. Barbo. de off. Par. c. 26. n. 84. (o) 11. q. 2. c. Quæstâ est. c. Postquam In Ecclesiastico. c. Præcipuum. (p) 13. q. 2. c. Qui oblationibus 17. q. 4. c. Sacrileg. (q) 1. Cor. 13. 8.



## CAPUT XXV.

*Quàm necessarium Pastori  
Deum orandi studium?*

**I**nterrogatus olim Demosthenes, quidnam sit in Oratore præcipuum? Pronuntiatio, respondit. Quid secundum? Pronuntiatio. Quid tertium? Pronuntiatio: nec, etsi quaeretur sepius, aliud unquam reperit, quàm Pronuntiatio. Ex me quoque si quaeretur: quanam sint præcipua Pastoris sacri partes? Oratio responderem: quæ deinde? repeterem, iterum iterumque, Oratio: nam etsi hæc solâ non absoluitur Idea operis tam magni, sed præter illam necesse est, ut verbis, exemplis, & Sacramentis, de quibus tum multis hæcenus actum est, oves pascat; Oratio tamen omnium horum anima est ac Spiritus, hæc vitam, hæc succum tribuit; & sine ipsâ quidquid hucusquæ dictum est, aliud non foret, quàm machina horologia, magnâ quidem arte & elegantia perfectâ, sed suis ad motum ponderibus destituta. *Manent itaque tria hæc Verbum, Exemplum, Oratio*, ut S. Bernardus agebat, *major autem horum est Oratio.* (a)

Ut autem hæc necessitas tanto cognoscatur clariùs, duas magis præcipuas Orationis partes distinguere oportet: prima est Meditari, altera præcari.

Quod spectat ad primam, utriusque opinor negabit, ad rectum voluntatis effectum opus esse clarâ cognitione: si clarò intellectu sequitur non tardus effectus; (b) ita Sanctus Augustinus confirmat. Ut enim natura ordine hinc losem, sic amorem semper præcedit cognitio. Non tamen ut in mentibus omni concreione puris, ita & in hominum momento hæc cognoscendi ratio absolvitur. Illæ veritatem assequuntur momento brevissimo, & celeri volatu uno quodammodo polo ad alterum, dum semel alas concutiunt abripunt. Hominis animus ad verum non volat, sed pederentim progreditur: ut, cum si volat, volat ut apis, à flore ad aliam rem; à veritate inquam una progreditur ad alteram remotiorem; et omnimodum quod cognovit, ratiocinando progreditur ad alterum, quod cognoscendum superat. Dixi tamen, ut Apis: nam & Cantharides & muscæ à flore ad florem volant in horto floribus odoratis confito: sed nec hæc, nec illæ operum nostri apta idea sunt. Muscæ aliam non spectant, quàm ut circum flores illos volitent, quin in uno aut altero hæcant. Relictæ hæc volatus illas hominis cogitationes, quibus animus quodam obicit res Sacras, quin tamen illis particularim & cum mora considerandis se occupet. Hoc non est meditari. Cantharides stident ex floribus illis succi etiam aliquod, quod extrahunt, exugere, sed communis, inde & circumvolant, & adherent. *De*

SEGNE  
Conciones  
INSINUATIONE  
Poenitentia  
Confessari  
Parochia

lis in homine est cogitatio de rebus bonis, ad earum naturam considerandam, sed non ob aliud, nisi ut intelligat. Unde si hoc est meditari, non est meditari ad emolumentum animæ. Apes hoc agunt, ut ex floribus suavissimum illud & delicatissimum, quo mel formatur, nectar trahant. Et hæc est illa de qua nunc loquimur, Meditatio; diligentissima nimirum rerum divinarum consideratio, non ad cognoscendum tantum, sed ad voluntatem pie afficiendam movendamque ordinata: ac proinde meditatio hæc & ipsa est aliqua spiritualis contemplatio ac spectatio, sed spectatio suavis ac jucunda, cum non sit solus facultatis spectatrix, sed etiam appetitivæ, imò huius magis, quam illius. Sacra igitur hæc Meditatio est inter præcipuos Gratia actualis antecursiones, dum potenti admodum & efficaci ratione nos præparet ad geminos gratia huius effectus nobilissimos, qui animum nostrum sibi vendicant, ut nimirum appareat quod latebat, & suave fiat, quod non delectabat. (c) Unde mirum videri debet nemini, Davidem Meditationi huic tribuisse & aversionem à malo cum conversione ad bonum, & voluntatis in bono constantiam & adhesionem. Conversionem illis indicat verbis: *Cogitavi vias meas, & converti pedes meos in testimonia tua*: (d) adhesionem autem illis aliis. *Nisi quod lex tua Meditatio mea est, tunc foris periissem in humilitate mea*: (e) Diligens ac sedula rerum divina-

rum contemplatio tam reducit in viam rectam Iniquos, quam retinet in illa Justos. Si proinde Contemplatione hæc nulli non mortalium opus est, ut rectè ad finem suum tendat, quanto magis opus erit Pastori Animarum, qui sui muneris esse voluit, alios insuper ea in via ducere? sine Meditatione dux erit & malè oculus, & viribus propè omnibus destitutus. Quomodo tandem ad suos de rebus divinis loquetur, qui illas sedulè non scrutatur? & quamvis loquatur, velut mutuo sumptis armis ex libris quos legerit, quomodo tandem hæc arma magno robore vibrabit? si autem non vibret fortiter, quem tandem prosterneret? Emissa arcu lento sagitta profundè non penetrat. Omnino igitur necessarium est, ut Pastor, si muneris sui studiosus est, certum sibi quotidie tempus eligat, quo cum DEO in Meditatione Sancta agat; quod semihoræ minus esse non convenit. (f) Nec aliud eam in rem aptius erit matutino, tanquam minus obnoxio iis vapouribus & exhalationibus, quas animo interdiu occupationes aliæ offundunt. Hæc Meditatio sub id tempus instituta roris instar erit antelucani, quem avidissimè bibunt conchæ, ut pote suâ puritate magis idoneum ad margaritas earum efformandas. Scio non defuturos, qui dicant, sibi tempus ad meditandum non suppetere. His respondeo, qui constituerint horas omnes corpori consecrare, iisuri-





que tempus animi bono impendendum non superfoie. Sed quæ tandem hæc excusatio? Etiam viti, quæ palmites omnes terræ vicinos habet, tantum alimenti non suppetit, ut allurgat altiùs: An non id circo vinitores periti eam putant, & omnes humiliores palmites refectant, quia hi denique sunt, qui abundant? Amputanda sunt tot illa nullius involumenti colloquia, tot circumcuriationes, tot visitationes, tot animi laxamenta, tot negotia domestica, quæ nihil juvant, imò plurimum obstant vitæ, quam quis proficitur, conditioni; & profectò tempus suppetet. Non igitur, si quod res est attendimus, negligentia Meditationis nascitur ex eo, quòd otium non suppetat ad vitæ Christianæ axiomata animo attento perpendenda; sed verius non habere otium ad res divinas & fidei seriò perpendendas ex negligentia nascitur, ex eo inquam, quòd quis velit, ut finis princeps ac præcipuus, qui est propria & aliena salus, illi cedat, qui nunquam non debet esse secundarius & ad primum ordinatus.

## II.

Altera Orationis pars est Petitiò. Atque hæc etiam non minus est necessaria quàm Meditatio, sive hanc, sive illam Muneris Pastoralis partem, sui inquam & aliorum curam, consideremus. Certum est, omnium bonorum fontem communem esse De-

um; *Dives in omnes*. Sed fons suo manantem arbitrio, qui non in alios rivus, quam quos ipse voluerit, liquorem suum diffundat. Sicut autem constituit Deus permanentis suæ Gratiæ saluberrimas aquas derivare in nos per canales Sacramentorum, ita etiam decrevit, transeuntis seu actualis Gratiæ fontes communicare per canalem petitionis: *Dives in omnes, qui invocant illum*. Hinc consequens est, quòd sicut ad Animarum nostrarum stabilem sanctitatem necessarium est, ad Sacramentorum, tanquam verorum eius sanctitatis aquæ ductum fluentia accedere, ita ad eam contra tot hostes domesticos, & alienos à quibus oppugnatur, defendendæ opus omnino sit precum uti prædico, quibus mediis decrevit DEUS suo nos fovete patrocinio: *Clemens ad me, & ego exaudiam*. (g) Verbo, consideremus sanctificationem & stabilem DEI in anima nostra gratiam tanquam arcem obsessam ab hostibus, quæ adversus vim ac dolos non submissis in tempore auxiliis tueri se non possit. Hæc tamen auxilia obtineri non possunt, nisi petantur. *Nullum credimus, nisi orantem, auxilium promereri*. (h) Eaque propter rebus ita constitutis, ut ad agendum divino auxilio opus est, ita ad auxilium & operis impetrandam opus est oratione, saltem si DEUS illis suæ Providentiæ legibus stare velit, quibus fermè res nostras gubernat. Si autem vera sanctitas,

SEGNE I  
Conciones  
Instruções  
Poenitentia  
Confessario  
Parochia

ista, non scripsit amplificando Tertullianus: *Horrendum est, diem sine Oratione transigere.* Si enim nulla non die novo DEI auxilio indigemus, quomodo ullum diem sine precibus transigere possumus?

Hoc igitur caelesti armorum genere nunquam non utendum est Pastori tam propriae, quam alterius cuiuscunque, quae ejus curae commissa sit, Animae bono: hanc enim inter praecipuas Pastoralis muneris partes non postreminam esse non Tridentina solum profiteatur Synodus, sed ipse adeo profanus Imperatorum Codex, qui Sacerdotem, ut Legatum considerat publicum, ab hominibus missum ad DEUM; affirmans: *Ob id ordinari Sacerdotes, ut suis precibus benignitatem humanissimi DEI rebus acquirant communibus.* (i) Proclus igitur sibi persuadeat Pastor, se in officij sui leges non obiter peccare, si quotidie preces pro suis non fundat. *Abst, a me hoc peccatum in Dominum, ut cessem orare pro vobis:* (k) Sic Populum unice sibi carum Samuel allocutus est. Non dixit tantum, *abst, ut non orem*, sed *abst, ut cessem orare*, tam non cessabat unquam a studio pro suis orandi. Et jure id quidem. Notat enim, eundem Populum Moysè duce tandem suos prostrigasse hostes, quamdiu Moyses erectis brachijs pro eo preces fundebat; hæc, cum demittebantur, inferiores hostibus erant Israëlitz; cum iterum erige-

bantur, superiores. *Oret ergo & Sacerdos Ecclesie indefuenter, ut vincat Populum, qui sub ipso est, hostes invisibiles, qui sunt Demones, impugnantes eos, qui pie volunt vivere in Christo IESU.* (l) Hoc est, quod Moysis Exemplo doceri Pastores sacros Legum decreta censuerunt.

Nec minus id solemter agendum est, ut hanc DEUM orandi necessitatem illi ipsi intelligant, pro quibus Pastor orat; cum officij ratio postulet, ut non frigidius pro se ipsi orent, quam eorum apud DEUM causam Pastor agat. Nemini tamen hoc inculcandum, animoque insculpendum altius, quam certo cuidam Peccatorum generi, qui precibus tanto magis opus habent, præ alijs non Peccatoribus, quo magis auxilio eget, qui profundam in foveam jam delapsus est, quam qui in cadendi tantum periculo vertitur. Et quia multi indigentiam hanc vel non intelligunt, vel non curant, primum est contingere, ut aeternum pereant sine remedio; ut Ursis accidit, qui ubi in laqueos se aliquando induerint, in ijs semper hærent, quod eos non ut alia bestiae rodendo atterere, atque ita feliciter se illis extricare norint. Hoc ipsum autem Peccatorum genus singulari diligentia DEO precibus commendandum est, tanquam exitio proximum; inter sacrificandum præcipue; tum enim, si unquam, existimandum est, quod DEUS promif-

missis illis suis stare velit. Rogante pro eis Sacerdote, propitius erit DEUS. (m) Enimvero cum permittat DEUS, ut tam propè ad omnium gratiarum fontem Parochus accedat, dubitari non debet, quin eidem liceat non parè inde haurire: Cui jus adèndi ad fontem inest, in- erit & haustus. (n)

III.

Cum hæc ita sint, dubitare pruden- ter Pastores poterunt, an, quia ipsi inter sacrificandum orare pro Po- pulo debent, omnem illi Sacrificij fructum applicare teneantur, sicut ad alios fines, & pro eo scilicet, qui indigenti pretij aliquid numerat, of- ferre jam non possint?

Dicam paucis. Si hoc ulla lege statutum esset, non alia magis quam Tridentinae Synodi illa foret, dum ita præcipit. Cum præcepto divino mandatum sit omnibus, quibus Ani- marum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his Sacrificium of- ferre, verbique divini prædicatio- ne, Sacramentorum administratio- ne, ac honorum omnium operum exemplo pascere &c. Declarat Sa- crosancta Synodus, omnes obligari ad personalem in sua Ecclesia, vel Diocesi Residentiam. (o) Hæc tam- en incertum admodum est, an quando dixit Synodus pro his Sa- crificium offerre: ea loquendi formulâ significare voluerit, pro Populo offerendum esse Sacrificium;

an verò tantum, offerendum præ- sente Populo Sacrificium, ut in esse Sacrificanti possit, & Ecclesia legi de sacro diebus feriatis aude- do satisfacere: offerre enim Sacri- cium, est aliquid, quod Sacrificans semper se dicit facere pro omnibus circumstantibus; & tamen necesse est, quin non omnibus, imò ne uni quidem applicare illud plerumque teneatur. Preterea non persuadèo, Synodis sermonem hoc tantum fuisse de Sacrificio præge- do, non autem de omni eius in- ctu applicando. Nec enim aliud ex- spectabatur decreto, quam ut obli- deretur, Pastoris mineri commo- ctum esse onus, in Ecclesia vel Diocesi residentis. Sacrificare autem præsentem Populo absens non potest, potest tamen etiam præsentem illi fructum non applicare; & po- test etiam applicare procul absens. Videretur proinde, ut in ceteris de- creti particulis, ita & in his, in quibus Sacrificij offerendi memitur, finem unicum totius legis spectare, id quod cuiusvis legislatori prædictum solenne est. Et quamquam Syno- dus supponeret, re vera obligari Pastores ad ipsum etiam Sacrificij fructum Populi bono applicandum, adhuc tamen illud advertendum, legem hanc, ut aliam quancum- que, quæ vaga quodammodo est, non ante adstringere, quam ut legitimus Magistratus, aut con- tudo, aut præfens necessitas, cer- tum tempus statuant: Sicut in se- pte

SEGNE  
Concordes  
Instrucio  
Poenitent  
Confessari  
Parochi

junio aperta res est; ad hoc enim propter magna, quæ ex eo exi-  
flunt, (p) emolumenta teneri qui-  
dem homines DEUS voluit, quin  
tamen certum aliquod tempus sta-  
tueret: quæ causa fuit, cur Eccle-  
sia sapientissimè postmodum dies cer-  
tos, & eos scilicet, quibus par e-  
rat Christianos magis aptos esse ad  
mentem cum DEO conjungendam,  
definitæ & constitueret. Videtur  
autem profectò æquissimum, ut non-  
nunquam Pastor pro Grege suo sa-  
crificium, tantorum bonorum cau-  
sam, offerat totumque illi appli-  
cet, nisi palam facere velit, ejus  
incolumitatem sibi penitus cordi non  
esse. Quando autem & quoties id  
faciet? Hoc tempus aut definien-  
dum est à Magistratu summo Eccle-  
siae; non est autem definitum,  
cum nulla uspiam in Legum volu-  
mine talis lex extet: aut definien-  
dum à Synodis singularum Diocæ-  
seon; & tum non obligat lex ex-  
tra Diocæsin, in qua lata est:  
aut definiendum est ab usu & con-  
suetudine; & hæc pro varietate  
locorum varia est: (q) vel deni-  
que definiendum est a necessitate;  
& hæc quando occurrat, permit-  
titur judicio ipsius Parochi non pru-  
dentis magis, quam pii, ut ip-  
se statuat, quæ qualisque sit;  
cum nequaquam conveniat onus  
haud sanè leve imponere ijs, qui  
non rarò cum egestate luctantur,  
cum de lege illud imponente mani-

festè faris non constat. Laudatur  
eorum caritas, qui toti generatim  
Populo omnem sacrificij fructum ap-  
plicare diebus solennioribus; &  
hanc ego vehementer probo, ac  
commendo. Demus nulla hanc be-  
nevolentiam lege imperari; sed tan-  
to illa erit gratior atque acceptior.  
Balsamum quod sponte stillat, &  
vulnera non expectat, è quibus  
vel coactum promanet, quo minus  
habet de coactione, hoc plus habet de  
prestantia & bonitate.

(a) S. Bernardus, de Consid. ad Eug.  
(b) S. Thomas 2. 2. quæst. 180. art. 3.  
in c. (c) S. Augustinus de Peccat. me-  
rit. & remiss. cap. 17. (d) Psalm. 118.  
39. (e) Psalm. 118. 92. (f) Dist. 36.  
c. Siquis vult. (g) Jerem. 33. 3. (h)  
S. Augustinus de Eccl. dogm. (i) l. Om-  
nes. C. de Episcop. & Cleric. (k) 1.  
Reg. 12. 23. (l) Dist. 36. c. Siquis vult.  
(m) Jerem. 4. 20. (n) Jerem. 5. Qui  
habet ff. de serv. rust. pradior. (o) Sess.  
23. de Reform. cap. 1. (p) S. Thom.  
2. 2. q. 147. art. 3. art. 3. (q) Sua-  
rez. in 3. p. tom. 3. disp. 8. Sect. 1. Vsq.  
de Sacrament. disp. 23. c. 4. n. 27. De  
Lugo de Evch. disp. 21. Sect. 1. n. 19. Tam-  
bur. Meth. Missæ l. 2. c. 2. §. 16. Bonac.  
de Sacrament. disp. 4. q. ult. p. 7. n. 3. Pos-  
sev. c. 2. n. 3. Barb. c. 11. n. 10.



\*\*\*\*\*  
**CAPUT XXVI.**

*Proponuntur duo media,  
 Pastori ad finem suum consequen-  
 dum perquam utilis, Ascetis  
 Ignatiana, & Excursionis  
 Apostolica.*

**A**ttendite vobis, & universo Gre-  
 gi. (a) Hoc monitum abiens  
 Mileto Apostolus dedit Pastoribus  
 ejus Gregis, & cujusvis alterius.  
 Ad obtinendum proin finem hunc  
 duplicem tanti momenti (salutem  
 dico cujusque propriam, & alie-  
 nam, gregis nimirum commissi)  
 geminum hic medium proponere a-  
 nimus est, antequam Scriptioni  
 huic finem imponam, utrumque  
 virtutis planè singularis, ut quo-  
 tidiana eorum docet experientia:  
 Sunt autem Ascetis seu Exercitatio-  
 nes Sacrae Sancti Ignatii, & Sacrae  
 Excursionis. Primi utilitas in ipsum  
 primò redundabit Parochum, dein  
 in Populum: alterum Populo prius,  
 dein etiam Parocho plurimum affer-  
 ret emolumentum.

**I.**

Ad Sacram illam Ascetis, quod  
 spectat, animadvertendum, quòd

sicut satis non est, ut multas  
 horas rectè indicet, pondera, quibus  
 rotæ circumaguntur, non  
 quotidie, ut solet, sed ferme ne-  
 cesse est quotannis semel saltem ma-  
 chinam totam dissolvere, ingruas  
 ejus partes purgare à sordibus  
 pulvere, qui adhæserit, & rursus  
 novo eas inter se committere; in  
 Sancto Francisco Saleisio teste, non  
 satis est homini, qui ad certam  
 quandam virtutem ac sanctimoniam  
 adspiret (id quod facere quivis Pa-  
 rochus, imò Sacerdos quilibet, quo  
 modo debet) non satis est, in-  
 quam, res animi sui quot diebus  
 in Meditatione, seu Mentis oratio-  
 ne componere, sed necesse est, non  
 annis singulis, saltem certa  
 temporum intervallis, uti diligenti-  
 tià quadam singulari, explorare,  
 & componere statum animi sui, ut  
 ab artificiosa hac machina auteratur  
 impedimenta omnia, quæ lenis-  
 simè absque sensu sordidi instar pul-  
 veris adhæserint. Fit autem istud  
 in solitudine facta Exercitationem  
 Sancti Ignatii, octo saltem diebus  
 spatio continuanda. Hac causa est,  
 cur tantum emolumentum ex Sacra  
 Ascetis, cujus Magister Sanctus Ig-  
 natius, in Ecclesiam universam re-  
 dundavit, cum non solum ejus re-  
 pe certa vitæ ratio deligatur, et  
 qua electione tam multa pendatur;  
 sed etiam, quæ minus rectè facta  
 sint, emendentur, ut vel manibus  
 palpari potest ijs in Diocæsi-  
 bus, in quibus

SEGNE  
 Conciones  
 Instru-  
 Poenitent  
 Confessio  
 Parochi

Quibus frequens est hujus solitudinis usus, ad ejusmodi vitæ emendationem obtinendam. Fateor, opus esse ad fructum hunc longè maximum consequendum, ut quis in solitudinem hanc secedat ingenti accensus desiderio proficiendi; hoc enim desiderium præcipuè à nobis DEUS postulat, ut liberali manu inopiam nostram locupletet. *Dilata os tuum, & implebo illud.* (b) Necesse insuper est, ut verè recessus hic sit solitudo, omnem penitus excludendo quorumvis aliorum negotiorum strepitum, omni sibi cum alijs sive per colloquia, sive per literas commercio interdicens, ut penitus quis perfectèque possidere incipiat illas cogitationes Sanctorum, quæ nullibi suavius libentiùsque habitant, quàm in deserto. *Habitabit in solitudine judicium.* (c) Quæ nobilissimas effingere margaritas voluit concha, imos maris Sinus eum in finem penetrant.

Aptissimum hanc in eremum se recipiendi tempus, est duplex potissimum. Primum, ubi quis magna sua infelicitate graviùs alicubi offenderit, & prolapsus ille fuerit, qui alios debebat fulcire. *Esse vigilans, & confirma.* (d) Idque eum in finem, ut confessione nozarum ab ultima generali repetita restarentur damna ex concussionibus tam vehementibus accepta, ut Naves solent, tempestatum ac

procellarum vi quassata ac labefactata: portum enim ista petunt tam ut quiescant, quàm ut resuscitentur. Alterum tempus est, cum primus fervor eousque cœperit tepescere, ut vel opera divini obsequij omittuntur penitus, aut ita negligenter fiant, ut fieri ab eo solent, quem non anior impellit, sed tædium remoratur. Resuscitandus est tunc, & animandus denuo, qui ita elanguit, fervor singulari quadam & non solitâ diligentia, & audiendus Apostolus, ita Timotheum hortatus: *Admoneo te, ut resuscites Gratiam DEI*: Sic ut exardescat denuo ille caritatis ignis, quo vel viso stygius Leo in fugam sese conijciat. Et quamquam duo, quæ dixi, tempora per quam idonea sunt, non est tamen, cur quisquam existimet, non fore è re alicujus, solo interioris solatij ac profectus studio in sacram se solitudinem abdere. Quacunque tamen ad eam causa impellat, nunquam inde pedem efferre oporteret, nisi ex omologesi ab ultima generali instituta; neque id solum, cum minus rectè Animæ res rationesque compositæ essent, sed etiam, si rite atque ordine peracta semper apud arbitros Sacros causa foret; ut hac ratione pristinus animæ candor restituatur. Quacunque diligentia vasa argentea purgentur, postquam sordibus & fuligine infecta sunt, nunquam pristinam

recuperabunt nitorem, nisi in illum denuo ignem concitiantur, à quo primò illum lucis amulum nitorem acceperant.

Non adducor, ut credam, fore quemquam eorum, qui hæc legerint, qui idèò receptu illo sacro supersedeat, ne, quod aliqui prætexunt, abrumpant fructuum messem, quam quotidie in agro sibi commisso colligunt. Nam imprimis interstitium illud tam breve est, ut nulla eius habenda sit ratio. Deinde nemini prius, quam sibi, quisquam attendere debet: *Attendite vobis & universo Gregi.* Atque hæc causâ stomachus, qui quidquid ingeritur. Alimonia in alia dispensat membra, quin meliorem sibi portionem retineat, nunquam sanus est. Non eadem est bonorum caducorum, quæ meliorum & æternorum conditio. (e) In his etiam cum laude aliena commoda nostris præferimus, quia hæc præterendo eadem operâ nos magis diligimus. Aliis bonum largimur caducum, nobis lucratur æternum. In bonis autem ordinis sublimioris memini nos ipsos postponere possumus; id enim si faceret, jam recta non esset caritas, quia debito ordine destituta. Quod cum ita sit, cura Pastoris commissi exigere non possunt, ut is salutis ipsorum studio suam negligat. Quod nonnunquam privatis conceditur jus, ex aqua ductibus publicis suos in usus derivandi

aquam, de ea solum intelligimus, quæ abundet. (f) Sic jus, nisi habeat Populus Parochi opem, cunctum tempore potendi, de illa accipi debet, quod Parocho potest Animæ suæ procaratas superstitio. Non est proinde probabilis sacrum illud in secessum se non conferendi causa, si es plus boni præstandi suis libertis, si illis quoque paucis actus apud eosdem Pastor ipse maneat, quam si alium, vices suas tantum acturum, sibi substitueret. Idcirco tanto magis, quod illa ipsa bona, quæ tantillo tempore interpolantur, non levibus augeantur incrementis ex novo illo ardore, quæ in ipsa illa solitudine conceperit, & ex studio suis commodandi geminas, quæ hoc ipsum est propter, quod principio dixi; sic ipsi Parocho, & eius rebus secessu illo primùm consulti, ut deinceps quam maxime etiam plebis commissa utilitatibus constituantur.

## II.

Pergamus ad alterum modum Sacrarum Missionum, seu Excursionum Apostolicarum, quæ ipsam parochiam Gregem juvant, ejusque non instituantur, sic ut deinde Parocho quoque plurimum commode, cum ex his nunquam ruinis emittenti profanus Populus hauriat, quam Pastor hauriat ex secessu suo. Has tamen Excursionem pergitur

SEGNE 2 I  
Conciones  
Instruções  
Poenitentia  
Confessio  
Parochi

huc impugnare regemina illa pestes communissima, quae Mundum ecclesiarum constituunt. *Omne quod est in Mundo, Concupiscentia Carnis est, & Concupiscentia oculorum, & superbia vitae.* (g) Ostendo hoc sigillatim.

Timentur primò Excursionibus ista tanquam inimica oblectamentorum, quae carnem alliciunt; Amorem, Chorem, omnis latitiae publicae, & conventiculorum, quae paulò sint liberiora: hinc sicut Joë, in umbra virentis hederæ sedenti, dolebat meis plantæ, sub qua animo laxando morabatur; cum parùm interim angeretur morte totius Urbis Niive, DEI sententiâ ad excidium damnata; ita nonnunquam Pastor aliquis DEI gloriæ parùm studiosus magis timet, nequid ipsi de solitis laxamentis depercat, quam ne grex illi creditus communi strage involvatur. Dicuntur it, qui Excursionibus illas obeunt, esse terrentes sine prudentia & moderatione, vanis tantum angoribus implere animos, in rebus audiendis multa uti Severitate, & verba, totius latè regionis quietem turbare. An non satis istud? Nimirum, ne somnus noctu sterrentium impelleretur, ij reprehendantur, qui flammis latè per compita grassantibus ad incendium restinguendum clamoribus passim omnes excitant. An hæc Parocho alieni justa videtur causa, soletet cavendi; ne unquam suum in Pa-

gum, aut oppidum viri ejusmodi Apostolici pedem inferant? Quin imò, hac ipsâ de causa essent vocandi. Venient enim illi ad restinguendum ignem voracem, qui sensim se insinuat ad omnem virtutem radicatus in cineres redigendam; talis enim est Luxuria: *Ignis est usque ad perditionem devorans*, (h) & omnia tradens genimina.

Alterum Excursionibus his bellum movet Avaritia. Quis unquam in animum induxisset, non defuturos, qui procul haberent occasiones tantum emolumentum Populis accendi eo solum metu, ne sumptus aliquos facere cogantur. Aut in faces arsuras in templo, aut in hospites domi suæ excipiendos? Quis aliquando Piscator, ne quid damni recte pateretur, elabi sibi passus est pisces jam illo conclusos, & mox capiendos? Omnem adhibent industriam Excursionum istarum ministris, ne molesti quoquo modo sint illi, qui eas recipiunt. Nec tamen id sufficit; nam dum undique ad locum illum omnis generis homines confluunt, etiam noti, amici, Affines Parocho adventant ad locum ejus Excursionis, & sic mox molestiarum harum querela in Excursionem vertuntur, quarum tamen ipsa causa non est. Illud autem quid juvat? Sicut sitis avaritia, cum febre laborantis sit, nunquam extinguitur; sic, quæ hac sua in febre patitur somnia, sunt qualia agrorum esse solent,



solent, semper tristia ac funesta; hinc est, quod trepidet, ubi nulla est metuendi causa; & persuasum velit omnibus, id quod ad damnum inferendum plus vitium non habet, quam stipula, bipennis tamen instar esse devitandum.

Nullum tamen hostem infensorem patiuntur Excursiones sacrae, quam superbiam. Obstitit haec illis multis modis. Illas admittere, videtur non esse aliud, quam se palam opis indigum profiteri; atque adeo velut publica confessio, quod qui illas admittit Parochus, officii sui partes ipse non impleat. Non nemo etiam, qui suis humeris Mundi se molem ferre arbitratur, longius progreditur, affirmatque, tam non prodesse Missiones, ut etiam multum obsint, eò quod multae, quae ferme earum tempore componuntur lites ac odia plurimum damni afferant Reipublicae. Homines versipelles, Sanguinarii, Sicarii, monstrando tabulas, quibus veniam injuriarum consecuti sunt ab offensis, facile à Principe impetrant gratiam, redeundi in patriam, unde sua illos maleficia extorres reddiderant; atque ita parata ac prompta flagitiis venia efficit, quod solet, ut facilius repetantur. *Facilitas veniae incentivum est delinquendi.* Obmurmurant alij, Missionibus his inter Ethnicos, Fidei nostrae dogmata ignorantibus, locum esse; aut certe bulbos inter indociles & imperitos;

non in oppidis cultis & civilibus, multoque minus in Urbibus, quam utique major sit ratio habenda, quam ut tam contemptim tractentur: Talem, quidquid sit, dicuntur esse planè inutiles, cum Populus, cui ad frugem rediisse videatur, post tamen antiquam in silvam, ut cum cane ad vomitum revertatur.

Contra haec tam multa, correcta undique in Sacras Excursiones tela, ut iusta illa defensione sentiantur, reponunt imprimis: Nullum planè esse prudentem Arcis aut Urbi munitae Gubernatorem, seu Militiae Praefectum, qui sibi probro doceat, si opportunis auxiliis juventur, & ordinario militi subsidiariz alunde cohortes accedant. Quin imò auxilia ejusmodi nobilissimi quique Belli duces, etiam Judae, Jonathan, Machabaei invictissimi studiosissime expetunt, & in magna velocitate parte reponunt, ea consequi posse; cum non omnes, qui petunt, accipiant. *Maledicite terra Meru,* cantabat Debbora tam numero exsecuto devicto, *maledicite habitantibus eiusdem, quia non venerunt ad auxilium Domini, in adiutorium fortissimorum eius.* (1) Manifestum hinc redditur, opera ferri posse non fortibus, sed fortissimis etiam, qua ulla eis fiat injuria. Et ut ad rem nostram propius; an persuadere tibi Pastorum quispiam potest, Pastorem illum Evangelicum, qui navigata novem oves in deserto deli-

SEGNE  
Conciones  
iher  
INSTRUCIO  
Poenitent  
Confessio  
Parochi

tuit, ut aberrantem unicam redu-  
ceret, cum indignatione rejecturum  
fuisse illius studia, qui operam ad  
eam viâ aliâ requirendam, sollicitus  
obtulisset? Excursiones istæ non  
sunt reprehensiones Pastorum, qui  
suo industriè munere fungantur, sed  
eorum magis conatus probant; plu-  
rimum enim reboris addunt veritati-  
bus, quas illi docuerunt, autori-  
tatem ijs conciliant, stabiliunt, &  
pondus iis longè maximum adjun-  
gunt non verbis magis, quàm fa-  
ctis. Accedit quòd non parùm bo-  
ni, Missiones istæ præsent, quod  
aliis modis nunquam obtineretur.  
Certum piscium genus est, qui in  
imo maris fundo ita hærent, ut nisi  
inde turbulentior undarum agitatio  
illos attolleret, in retia nunquam  
inciderent. Plures sunt Animæ,  
sic *dare in sensum reprobum*, ut al-  
tissimè in ima scelearum suorum vora-  
gine quiescant. Non Sacros Orato-  
tores audiunt, non institutionibus  
Christianis adsunt, nullas religio-  
nis solenniores exercitationes frequen-  
tant, nunquam suis Pastoribus no-  
xas aperiunt, quin imò deditâ in-  
dustria eos vitant, & quærunt Ar-  
bitrum aliquem somnolentum. Hæ  
tales quando unquam prudenter spe-  
rari poterunt reditura ad frugem æ-  
ternam auxiliis & viis communi-  
bus? Nisi agitatio aliqua vehe-  
mentior, quales ferme in Excursio-  
nibus fiunt, eas excitat, aut

extraxerit, ætium de illis est. Nec  
dispar eorum est conditio, qui  
magno non raro numero obstina-  
runt animos in odijs, inimici-  
tjs, mutuis persecutionibus, qui-  
bus familiæ nonnunquam integræ  
colliduntur. Vix unquam extra  
ejusmodi occasionem non ordina-  
riam obtineri ab ijs potest, ut ve-  
ram inter se stabilemque pacem de-  
nuo colant: hæc autem forti stre-  
nuoque Sacrarum Excursionum af-  
sultu ita expugnantur, ut exem-  
pla edant condonationum & recon-  
ciliationum tam prodigiola, quæ  
vel ipsis lapidibus lacrymas possent  
extorquere.

Sufficere ista possent ad elin-  
gues reddendos Pseudo politicos illos,  
qui ejusmodi reconciliações damnant,  
ut perniciosas Republicæ: quæ erat  
altera contra Missiones querela. Itæ-  
ne? Damnare opus, quo uno tot  
simul tolluntur peccata, & quod  
capite Holoferni amputato totum  
profligat exercitum! pro! quàm hæc  
arrogantia stygem redoler! ferre  
tandem possem, si querelas ejusmo-  
di effunderent Ethnici. Audire au-  
tem nonnunquam illas ex ore eo-  
rum, qui Evangelio dicunt se fidem  
habere, an non stupore dignum est?  
an non exempli est pessimi & pla-  
nè pernitiabilis? Christus sanè ip-  
se omni sua autoritate allaboravit,  
ut opus ejusmodi Summis dignum  
laudibus adstrueret. *Ego autem di-*

co vobis : diligite inimicos vestros : neque hoc tantum , sed benefacite his , qui oderunt vos . Nec alius ab eo fuit , qui sub ultima vitæ momenta exemplum conciliationis ejusmodi dedit illustrissimum , publicè è Crucis patibulo ignoscendo hostibus : & quibus ? ingenti numero hominem sanguinariorum , Sicariorum , perfidissimorum , quos Mundus aleret . Quomodo igitur has damnare conciliationes , Pacem hanc mutuam exhibere , non est contradicere aperte , non estatis solim , sed ipsis aded factis & Exemplis Sapientia carne vestita , eademque se opera non minus insanum , quam extreme prædentem demonstrare ? *Siquis aliter docet , & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri JESU Christi , & ei , quæ secundum pietatem est , doctrina , superbus est , nihil sciens .* ( k ) Sic Apostolus pronuntiavit , si placet his , conciliationes & redintegratas amicitias damnare , illas damnent , & nihil æstimandas alleant , quæ ab invitis fiunt , ad gratificandum viro Illustri , Magistratui , Matronæ Nobili : malè metuo , ne id injuriâ non sine facturi : hæ enim conciliationes plerumque ijs profunt , qui injuriam intulerunt , atque aded rei sunt ; non autem profunt ijs , qui passi sunt injuriam , nihil tale promeriti . Profunt injuriam inferentibus , quia veniam ijs

impetrant ; non profunt injuriam passis ( quorum præcipue utilitas & emolumenta spectare oportet in omni pace statuenda ) quia ad in eorum animis non extinguunt , sed regunt tantummodo . Et tamen contra concordias , honorantur gratia initas , qui dicitur , qui vociferando conqueritur ? Quæ igitur audacia illas , quis impugnet solas non veretur , quæ Christi Servatoris amore animis illustrissimis instaurantur , lacrimis , complexibus , blanditijs , oculis temperantibus stabiliantur , sic ut inter illustriora sint Sanctæ nostræ fidei argumenta , quibus illa per alios Sectis merito gloriatur ? Hoc sine facie intrepida fronte recte præsumptum , nisi prius ex illis penitus abradat characterem Sacri Lavacri , quo est insignitum . Nec juvat causam , si dicatur , hæc ratione delictorum multiplicari numerum . Quæro enim : an hoc , quod obijcitur Christo Servatori votum fuerit , an non ? Si votum , quomodo igitur in faciem illi opergeritur , erit hoc totum ipse asserenti nullius esse censuerit ? Si ex redintegratis amicitijs & partibus stabilita sit , ut delictum majore numero perpetrentur ( id quod jactari facilius , quam ratione ullâ affirmari potest ) ex contingente tantum id sit , Unde hinc incipit

SEGNE  
Concordias  
Instruere  
Poenitentia  
Confessio  
Parochi

modo non privati mederi debent, qui suo ad vindictam jure cedunt, sed Magistratus Reipublicæ; qui sicut possunt non attendere concordiam inter partes dissidentes initam, sed reos nihilominus vocare ad poenam, & ex officio Judicis, quod ajunt rem administrare, ita non deberent esse nimis faciles in venia ejusmodi delictis concedenda, ne quid ea lenitate Respublica capiat detrimenti. Et sicubi forte, quod nescio, lata publicâ lege constitutum esset, ut injuriæ veniâ à læso impetratâ poenarum media saltem pars remittatur, lex potius ejusmodi ad prudentem moderationem redigatur; Sic ut saltem inter casum & casum discrimen fiat, nec eadem benignitate erga tam variotum facinorum reos Magistratus utantur. Leges istæ hominum tandem sunt. Hæcne, an Divinas magis, quasi ad limam revocare, convenit? Interim impelli me sentio ad statuendam his, tam boni publici studiosis hominibus, metam aliam, quam eloquentiæ suæ sagittis perant. Petant telis suis tot abusus, eò unice ordinatos, ut scelera maneant impunita; non illos quibus præter naturam finemque propositum tale quid accidit, illa perstringant Tribunalia, in quibus damno publico tanto majore, foventur semper homines facinorosi, qui nullis non supplicijs digni foveant. Testes illos oppugnent, quorum perjurijs conscelerati illi probantur innoxij: Advocatos, qui eorum causas propugnant; Notarios, qui tegunt; Nobiles qui Patronos agunt, & ante omnes invadant Iudices illos nefarios, qui tandem illa flagitiorum monstra absolvunt, & venalem habent Iustitiam, Tribunalibus in

*R. P. Segneri Institutio Parochi.*

Mercatorum officinas convertit. Hi enim verò rectè dicuntur fovere in Republica flagitia, fovere Sicarios, Sanguinarios, mortalium omnium consceleratissimos. Querelæ hæc non cadunt in obedientiam illam pulcherrimam, quâ jubenti, vel consulenti Deo promptè, & cum tanto tot animarum emolumento obtemperatur; quam ad rem operam potissimum Excursionibus hæc Sacræ conferunt, eamque ut messem habeant uberrimam sementis, cum tantis laboribus & conatibus sparsæ. Quid autem? Illi ipsi abusus, quos dixi, fovent & promovent (quod fidem superat) qui in concordias, Missionum labore procuratas, acetbissimè invehuntur. Unde manifestum fit, illos in negotio hoc non agi studio rem promovendi publicam, sed suam augendi. Nimis enim magna sunt lucra, quæ in foro contentioso versantibus, tot injurijs condonatis, intercident.

Quod si porro pulcherrimorum illorum operum, quæ Excursionum Apostolicarum propria sunt, non minor est majoribus in urbibus, ne dicam oppidis, ut ut ab omni remotis rusticitate ac barbarie, quàm inter bubulcos in agris necessitas ac fructus, ut quidquid agunt aliqui, ut solas in villas & agros Missiones ablegant, ut tertio loco dicebatur? Non negligatur sanè plebs infima, sentiant & agri & stabula Missionum emolumenta, ut vel sic appareat, caritate ad hoc ministros Missionum impelli, quæ neminem, quamlibet abjectum, negligat, aut vilem ducat. Sed cur boni hujus urbes exortes sint? Harum certè aliquibus plus nunquam veri emolumenti unica ejusmodi

modi dierum decem Excursio afferet, quam decem annorum per vnum jejunium Conciones. Non quod Praecones Sacri non essent egregij, sed quia erant soli. In Excursionibus his tot Oratores inveniuntur, quot sunt ij, qui ad serium de peccatis dolorem poenalis, quas spectabant, exercitationibus permoti, similem ardorem in alios omnes spargunt & propagant. Quae ipsa causa est, ob quam expertus scio, illis in Missionibus rem agi ardentius, ad quas quam plurimi confluunt; cum tunc carbones plures mutuo calore animati in luculentiores tandem flammis soliti sint erumpere. Non tanta est in urbibus rerum divinarum inscientia, quanta in villis & pagis; ita est, Non tamen minor est animorum oblitinatio, quae ferri instar indomiti non vincitur, nisi igne fornacis, quae flammis late evibret.

Taceant jam & illi qui dicere non verentur, ignem in his accensum Excursionibus, accensum videri in stramine, tam brevem, quam luculentum. Falsum hoc est. Eaque causa non alia querela contra Missiones magis repugnat rationi, quam illa, quam dicebam: Cui bono instituuntur Excursiones, si passim mortales ijs finitis redeunt ad scelera, quae deploraverant? Vellem equidem ante omnia responderent mihi, qui sic ogg. nunt, an ideo non colantur agri, quia post messem ad priorem redeunt silvestrem naturam? An irrigare desinant plantas olitores, quia irrigatae paulo post aescere occipiunt? An vestes refarciat nemo, quia etiam refartae rumpantur denuo? An nauae sentinam navis non exhauriant, quia paulo

post aquam iterum admittet? Si hoc argueremus, claudenda essent omnino nientia: Sacramenti Tribunalis, quae in Vaticano in Templo crevit Ecclesiae, quae hi ipsi Censores, qui pravae morae per Missionum operam denuo invalescent, queruntur, primi ipsi post noxae succedendi reiectas, ut Canes ad vomitum revertuntur. Cur igitur non magis emendemus? Cui bono tot pro Tribunalibus Vaticanis Iudices, tam inde felix operam reis spontaneis navantes? Cui bono tam sedula ac diligens vitae aeternae lustratio, antequam hi illum ad pedes se abiciant? cui bono tot dolores, tot vitam emendandi decreta? cui bono pudor ille, quo suffundi oportet in peccatis maxime pudendis, & sigillatim quidem enumerandis, si paucos post dies antiquam in silvam ibitur? Quare sicut lapsus iterati ejus qui per sui acculationem aliquando surrexerat, non probatur super sedendum in retegendis peccatis omni deinceps cura, sed solum, redendum ad Judicem saepius, si quis tunc desiderat virium, ut rectus diu stare & incedere possit: sic iterati post Missiones abusus & peccata, si aliquid, id unum evincunt, recte facturum, qui sic prolapsus fuerit, si alias deinceps Missiones accedat. Etiam Jana, quae primum imbuta, colorem pretiosum non imbibit, cincta in butaque saepius, vel purpureum colorem pulcherrime deinceps ostendit. Aliud proin nihil, si quidquam, hanc arguendi probat ratio, nisi Excursionem post aliquot annorum intervallum, quod ego quinque circiter annorum debere esse censuo) instaurandam; cum ipsa pol-

SEGNE I  
Conciones  
Instruere  
Poenitentia  
Confessio  
Parochi

leant quidem virtute ad permovendos homines, ut vitæ suæ errata seridè derestentur, non tamen ipsos stabiliendi in gratiâ; quâ quidè vi nec ille quidem pollebant Missiones, quibus Apostoli erroribus & flagitijs bellum moverant, primis nascens Ecclesiæ annis. *O insensati Galatae.* (1) Sic alta voce eos allocutus est Apostolus, quos Galatiæ ad Christi fidem perduxerat (*Quis vos fascinavit? &c. Miror quòd tam cito transferimini ab eo, qui vos vocavit in gratiam Christi, in aliud Evangelium.*) (m) Cur ita clamavit Apostolus, nisi quia Galatæ, à Judaicis legibus ad Christi sacra animo minimè ficto transgressi, paulo post ad ritus pristinos cœperant relabi? Hinc, si post Excursionum Sacrarum industrias multi pristinis se noxis inquinant, non ea Excursionum, sed eorum culpa est (quod ipsum inter Galatas acciderat) qui ad delicta hæc iterum alliciunt, aut ridendo contemnendoque, quæ ibi tanto ardore ex virtute gesta sunt non promovendo. Hinc usus me docuit, quòd pro vario, Parochorum maxime studio, in id & hortationum & rectè factorum operâ incumbendum, ut fructus Excursionû suis in Parœcijs perduraret, alicubi diutius, alibi brevius bene cepta perdurârint.

Interim dicat, qui vult: si nihil deinceps sperari ab Excursionibus possit, & sola inde existerent, quæ præsentia sunt, an modicum illud esset? nemo pro dignitate illud æstimaverit, qui, ut sacri Arbitri, animorum intima non introspekerit. Tot serpentes absconditi, qui hac occasione in lucem prodeunt: tot sui accusationes, vel doloris vel vitæ emendandæ

decreti defectu nullæ, quæ instaurantur: tot condonationes injuriarum ex animo factæ, quæ vix unquam alio tempore obtinentur: tot occasiones proximæ, quæ remouentur: tot restitutiones & sanæ & rerum, quæ procurantur: tot cædes jam imminentes, quæ impediuntur: tot turbæ, tot exempla prava, tot mala, quibus promptum remediû eo dierum spatio offertur, quis cuncta dicendo explicet? Hæc & millena alia bona, si radices altius non mitterent, ut annosæ solent arbores, sed mox post prima germina exarescerent, ut Hiacynthi & Ielsomini flores assolent, an non abunde solari & compensare labores ac conatus possent, non paucolorum duntaxat dierum, sed annorum complurium; cùm olitor quoque non malè locatam operam censeat, etsi tandem nil aliud educet, quàm herbas mox emorituras? Ego tamen istud adjungo, si Excursionis sacre functionibus ad exitum perductis non omnis earum fructus perdurat, perdurare tamen multum: sic ut ferrum, è fornace sublatum, si ad nativum rediens frigus perdit calorem, non tamen amittat figuram, quàm admisit, cùm canderet. Sanctè affirmare possum, me cùm sedecim annorum intervallo redirem ad eos, quos ante excolueram, etsi pro more meo remissè ac languide, & pristinas restaurare vellem Missionû functiones, me eos inter, & nunquam à me excultos, eam reperisse differentiâ, quam sentit in labore, qui terram proscindit Sarculo, quam prius aratro subegerat. Hinc asserui, sacras Excursiones, etsi Populi præcipuè, & per se, bono suscipiantur, obliquè tamen & per consequens



tionem Imperando. Hinc S. Petro non dixit: *sis Pastor ovium*: sed: *Pasce oves meas*. Si dixisset: *sis Pastor*: cogitasset fortassis nonnemo, posse se simul Pastorem esse, & ite tamen, quò collabium esset: sed quia dixit: *Pasce* quomodo quisquam persuadere potest, pascere se posse, quò gregi præsens sit? Hinc facere Paginae, cùm rei hujus meminerunt, simili semper, quâ Christus, loquendi phrasi utuntur. In veteri Instrumento: *Applica ad te Aaron*, dixit ad Moysen Deus, *cum filiis suis, ut Sacerdotio fungantur mihi*. (b) Non dixit: *ut sint Sacerdotes*; sed: *ut sacerdotio fungantur*. (c) Alibi. *Sanctificabo Aaron cum filiis suis, ut sacerdotio fungantur mihi*. (d) Iterum. *Sanctificabis Aaron cum filiis suis, ut sacerdotio fungantur mihi*. Eadem loquendi formula passim alibi usurpatur, ne semel non consilio, sed casu adhibita videatur. In Instrumento Legis novæ quid suum ad Timotheum scripsit Apostolus? *Solicite cura te ipsum probabilem exhibere Deo operarium inconfusibilem*. (e) Et ne quis existimaret, operarium posse esse, qui non operetur, mox addidit: *rectè tractantem verbum veritatis*. Nec unquam aliunde Pastoralis muneris partes appellavit, quàm ab opere ipso. *Qui Episcopatum desiderat, bonum opus* (h. e. bonum laborem) *desiderat*. (f) Alibi. *Opus sac Evangelista* (g) Iterum. *Timotheus: opus Domini operatur sicut & ego*, (h) Iterum. *Rogamus ut noveritis eos, qui laborant inter vos, & præsunt vobis, & monent vos, ut habeatis illis abundantius in caritate propter opus illorum*. (i) *Non propter dignitatem sed propter opus*. Ut tandem omnes caperent,

non in Rectorum gratiam Ecclesias, sed in Ecclesiarum bonum Pastores esse constitutos. Mandus hic ex materia concretus, & quidquid ille vel bonum vel pulchrum continet, hominis causâ conditum est, non homo causâ Mundi. Aliiter omnino res cum Ecclesijs habet. Unde si earum Rectoribus incumbit, omni suâ operâ servire Ecclesijs, quarum gratiâ constituti sunt, quomodo non Jure divino ipsumet debent adesse? Dominus ædium prodire domo potest, quoties libuerit: servus non est liber ad prodeundum, sed obligatus ad manendum.

Legem divinam semper naturalis necessaria consensione sequitur, cùm nihil unquam Deus imperet, quod cum eff. tis Rationis naturalis pugnet, imò quod illis non ad unguem respondeat. Observavit autem Lector, in tota libelli hujus serie, triplex esse pabuli genus, quo Pastor sacer gregem suum pascere debeat: Institutionis, Sacramentorum, boni exempli. His pascere quomodo potest absens? An audire Pastoris vocem Grex potest, si ille deserto grege procul discesserit? An ministrare opportuno tempore, & quoties res postulat, poterit divina Mysteria, Pœnitentiæ maximè & sanctissimæ Euchariستيæ, si matutino tempore quaesitus à valentibus inveniri non potest; multò que minus si nocturno tempore repente advocatus à luctantibus cum morte domi non fuerit? Quam vim recta exempla absentium exerent? Scimus Pastorem Animarum lucis appellatione designatum: *Vos estis lux Mundi*. Unde si splendere suis vult, suis radijs eorum oculos feriat necesse est. Et si Bonitatis sol esset, si infra



Horizontem sese abdiderit, non potest non eos, qui supra Horizontem sunt, in tenebris destituere. Hinc Nomenclaturæ pulcherrimæ, quibus sacra illum Chartæ compellant, Custodis Genij, Magistri, Meditatoris, Columnæ Ecclesiæ, Salis, Speculatoris, Civitatis Refugij ad solatium afflictorum, demonstrant omnes ac singulæ, non posse non illam esse præsentem suæ Paroeciæ. Imò id demonstrat ipsum nomen Parochi. Idem enim est *Parochus*, quod *Incola in loco*. (k)

Hæc cum ita sint, minimè necessarius labor videri posset legi divinæ & Naturali, jungere velle Ecclesiasticam, hoc est, Humanam (l) nisi hæc pro fine haberet, duas illas principes interpretari, atque ita omne scutum, omne alylum illi auferre, qui duas illas suo vellet interpretari arbitratu. Uide ut omittam Canones sacros, præsentia Pastorum tam multi à Synodis imperata fuit, ut non posset non accidere molestum asserre omnium verba. (m) Sic Romanum sub Sylvestro, Latexanense, Antiochenum, Agathense, Sardicense, Carthaginense, Chalcedonense statuerunt: sed præter complura alia in postremo Tridentino, quod vetera restauravit, & explicavit, dum Patres illi legem hanc etiam pro Patribus Purpuratis, quorum tam multa ceteroquin jura prærogativa sunt, quibus supra omnia reliqua Ecclesiæ membra eminent, latam esse definiverunt, satis ostenderunt, quid de ijs esset sentiendum Pastoribus, quos non Purpura, sed lana tegit. *Declarat Sacrosancta Synodus, omnes Ecclesijs quibuscunque, quocunque nomine & titulo præfectos, etiam si sancta Romana Ecclesia*

*Cardinales sint, obligari ad personam suam Ecclesiam vel Diocesim, Residerendum.* (i) Et ne quis sibi persuaderet, lata esse in talis, si ita præsentis in Ecclesijs essent Pastores, sicut sua in sede status, imperationem imperando addidit: *Quibus juncto sibi officio defungi tenentur.* (o) Neque hinc dum præsentia in Ecclesijs precipitur, nunquam sola illa intelligenda qua etiam res inanitate præsentis sunt, sed viva illa, quæ in agendo consistit. Parochus sua in Ecclesia præsentis esse debet, non ut in curru, quo qui vehitur iam dormiens vehitur, sed ut præsentis curru, qui illum, ut Auriga moderatur.

H.

Erit qui existimet, se, si deferta in Ecclesia alium sibi substituerit, citra legem id facturum: legum enim placitum est *Qui per alium facit, perinde est ac si ipse fecisset.* (p) Sed palpabilis hic error est. Nefario proinde, nihil aliud magis spei esse legem Ecclesiæ positivam, quam ut hanc evadendi, & declinandi oneros viam rationem præcluderet. Intec Pontificatus primus Damasus hanc inanem excoivit sui purgandi rationem, unde scripsit: (q) Pastores tales in humanos mercedibus non absumiles esse, quæ ut voluptionibus suis liberius indulgeant, Matrimonie officio defungi arbitrantur, si sobole matri lactandam committant, & non in fossam, aut flumen abijciant. Sed oblique hoc. Perpendamus, quàm multæ erant leges, quibus statuitur, ut in id committantur curæ, ne alijs, quàm magis dignis obveniant identidem viduæ suis Pastores Ecclesiæ: quàm multis Canonibus, constitutionibus, admoventur Eligentes, quibus

quod gravissimo se peccato obstringant, si eligendo voluntate magis, quam ratione, & eligendorum præclaris meritis duci se sinant, quibus etiam ij suffragentur, qui pluribus Candidatis concurrentibus peritiæ eorum & aptitudinis periculum faciunt. Imò omnia hæc manifestè demonstrant, Parochi electionem nunquam fieri in gratiam hujus Personæ potius, quam alterius; sed administrationi hominem, non homini ad ministratone quaeri, ut illa rectius obeatur. Unde etiam non dixit Concilium, *declarat omnes obligari ad Residentiam* sed addidit; *Personalem*. Quando autem labor alicujus & industria requiritur, & *personalis* quidem, quo tandem jure alius substitui potest?

Quin & ipsum jus naturale demonstrat, non licere Pastori alium sibi substituere: quæro enim; an unquam Mercenarius Pastori ex toto comparari possit? Pastor in agendo ut finem suum spectat bonum gregis; ad eum proinde refert media, quibus utitur. Mercenarius operis sui finem statuit mercedem; unde cum hanc consecutus est, ceterorum curâ nullâ tangitur. Perinde illi est, si ve oves pascantur herbis saluberrimis & optimis, si ve communibus & vilissimis; saturæ sint & pingues, an jejunæ & macræ; sanæ, an ægræ; salvæ omnes, an aliqua lupo in prædam cesserint, horum nihil ipsum sollicitum habet; nec id ob aliud, quàm quia tanquam Mercenarius semper non ovium incolunitatem, sed suam sibi propositam habet mercedem. *Non pertinet ad eum de ovibus.* (r) Quis igitur efficiet, ut Mercenarius evadat verus Pastor: ut & ipse erga gregem viscera gerat pietatis? ut pari amo-

re ipsarum bono studeat? ut pari sollicitudine quærat? ut animo tam generoso defendat? hæc equidem fieri non possunt; aut si unquam fierent, ex accidente fierent (ad quod in nominum impositione non attenditur) ex rei ipsius natura non fierent. Unde cum Pastor facere non possit, ut ex Mercenario verus Pastor fiat, nec quidem illum suo loco ovibus pascendis præficere potest. Accedit quòd hoc commune sit omni muneri, quod Magistratus subdito crediderit; ne alii suo loco substituat, An enim Medicus electus à Civitate, hac non invitâ subrogabit alii quilibet, ipse genio indulgebit? An Advocatus causæ Patrocinium rectè committet alteri? An ad docendum in Lyceo, aut Academia electus dormiet ipse, alio ad docendum constituto? An Classi Præfectus maritimæ, alteri regendam ducendamque tradere potest? Non permittit hoc naturæ Jus in ullo eorum quorum memini, eventum. Quomodo igitur hoc ipsum Jus permittet id Pastori, cum hoc in munere non de caducis agatur bonis, aut emolumentis, sed de æternis & mansuris?

Sed neque divino Jure hoc quoque modo concessum est: quod demonstro. Quibus Sanctum Petrum verbis Christus allocutus est? *Pasce oves meas*. Poterat vero in sensu etiâ dicere, *tuas*; ut enim oves Petro commissæ ad Christum spectabant ut dominum, ita ad Petrum pertinebant tanquam Pastorem, *Pastor oves suas vocat nominatim*. (f) Maluit tamen dicere *meas*; ut omnis Animarum Pastor intelligeret, oves quas pascendas suscepit, suas quidè esse tanquam Pastoris amantes; non autè suas titulo dominij & proprietatis. Hoc

autem si ita est, quo jure ipse sibi arrogabit auctoritatem committendi illas alteri? Labano decernere de numerosissimo suo grege poterat, quidquid lubuisset; atque adeo ut vendere poterat, alienare, locare, omnique alia placita ratione de illo disponere; ita poterat curam illius Jacobo committere, aut non committere, ut alicui alteri committeret. Jacobus è diverso, aut infcio, aut invito Labano neminem proficere ovibus poterat; cum non Dominus, sed Pastor duntaxat esset. Meminerit igitur Pastor, oves suas ad Christum pleni omnibusque numeris absoluti dominij titulo pertinere. Et si Christus, Vicarij sui supremi ore eas alicui pascendas tradens dixit, *Pasce oves meas*. Non autem dixit *posside*, quomodo alterius committere illas curam potest, haud secus ac si ipse dominus esset? *Qui vocantur ad Episcopatum*, verba Sancti Augustini, non ad Principatum revocantur, sed ad servitium totius Ecclesie. (t) Si autem vel Episcopi vocati sunt ad servendum, non dominandum Ecclesie, quanto id verius est de Pastore ordinis inferioris? Illud proinde effatum, quod paulo ante allatum est: *Qui per alium facit, perinde est ac si ipse fecisset*, in omnibus locum non habet, nec eo ut regula communi securaque uti licet. Ibi locum habet, ubi quod agitur, proprio ac pleno jure agitur, ut est, tabulas aliquas ritè conficere, numerare pecuniam debitam, affinitatem contrahere. (u) Non habet locum ubi quod fit, jam aliunde alterius, tanquam Superioris, arbitrio gerendum est. Hujus autem generis est Pascere. *Pasce oves meas* dicit Pastori Christus, non dicit, *fac pascere*. *Qui proinde Paro-*

*chiale habet Ecclesiam, non per Vicarium sed per se ipsum illi deseruiat.* (x) Ita Ecclesie Canone definitum est.

Non hæc eò disputo, ut evincam, non licere Pastori certis occasionibus libellariam aliorum operam adhibere, ut melius ac sapienter faciunt, quicunque numero suo gregi pascendo profecti sunt; minus, permissum non esse Adjutori sibi optare stabilem, dummodo explata probatque ab Episcopo ejus scientia fuerit, sique ad ejusmodi administrationem inventus idoneus, imò hoc multo exoptibus laudem meretur. Aliud tamen est Sacellano ut Adjutore uti, aliud eum tanquam totius administrationis profectum, in quem omne Pastoralis munus onus incumbat; hoc posterius fas non est. (y) Quin fieri potest, ut gravi quis morbo obstringat, tum præcipue, cum ipsius Pastoris operam aut sani potestatem ad summum noxam expiandum, aut ægri ad vitam luctam feliciter pugnandam. (z) Tum enim alium suo loco mutare, nisi magni scè momenti excuset causa, cuius ratio non sinit. Et si planè cogeret necessitas ad utendum tum operâ absentis, tum sine gravi animi sensu id fieri par esse, non absque tali sensu Belli dux graviter saucus exercitus curam ac regimen cedit alteri, cum ipsum necessaria curando vulnere mora ac quiete abfisteret à pugna cogit. Quantum Pastori Adjutor additus demit laboris, tantum æterne pretiosæ admittit mercedis.

Si autem ita se res habent, quæ dicimus de Pastoribus, qui ut familie suæ negotijs totos se impendant, ut ægrotorum suorum causas agant; ut ægri co-

SEGNE  
Conciones  
Instruere  
Poenitent  
Confessari  
Parochi

lendis, & rei œconomicae toti vacent, totam planè Animarū curam in Adjutoris humeros exonerant? Quin potiùs isti adjutorem in re familiari quærunt, Animarum negotia ipsi administrant? sanè Chirurgi non nisi levium vulnerum curationem permittunt discipulis; gravioribus magisque periculosis persanandis manū ipsi admovent. Cur igitur tam multi Pastores alia agunt omnia? Animabus curandis idoneum fati putant, quicunque operam comodare voluerit; rei familiari nemo præter Parochum idoneus, Et quā istud de causa, quā quia magis opes ac facultates, quā Animas amat: Unde ut quis abesse ab ovili nolit, en mediū præsentissimū, tam tenero & constanti amore complecti Animas, quām oliveta & Vineas, Pudor est, tantillum petere, Et tamen quā non sunt pauci illi, qui ne isto quidem amore in Animas ferantur! Nunc ut ad propositum revertamur, quis diu soli suo adjutori rectè confidet, (bb) fuci, apes juvant in favis struendis, ad mel autem conficiendum nihil conferunt operæ. Non aliter plerumque Mercenarij agunt, Summum, quod ab ipsis expectet Parochus, est, ne quis in oculos gravis error incurrat; de intimis plerique parum anxij sunt. Qain ne illa quidem satis curant, quæ aliorum conspectui exposita sunt, Unde quā tandem ratione horum industria tantum fidere potest Parochus, quantum suæ? Fiditij pedibus, ligneis nimirum, ægrè admodum quis gressum promovebit; cursu certè contendere nunquam poterit, Hortatur tamen Apostolus; *Qui præst in sollicitudine.* (cc) Cui unquam vices suas quisquam commisit

R. P. Segneri *Insistunt Parochi.*

rectiùs, quā Aaroni Moyses? Et tamen potuit quidem ille colligere aurum, in aures, monilia, torques magno numero, à Populo novitatis perquam amante; ut à communi omnibus Idolatria eos impediret, efficere nulla ratione potuit; quin ipse quoque Sacrilegi illius cultus pars fuit, dum Idolum conflavit tantæ postea tamque immanis stragis causam. Exemplum hoc est, quod merito terrorem non levem ijs incutiat, qui tam facile vicario nomine administrandam alijs provinciā suam committunt, (dd) Præsentem Moyses Populus ille tot annorum decursu nunquam Idolis cultum deferre tentavit: Aaron vix quadraginta diebus absentis fratris vices egit, cum mox ad tam immane facinus prolapsus est, Non igitur perpetuam unius Adjutoris operam oves desiderant; Pastoris exposcunt. Pastoris videre vultum, Pastoris audire vocem, ipsum habere præsentem desiderant. *Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo.* (ee) Sic sapientissimus Regum pronuntiavit. Sed si Rex eo in solio Ministrorum aliquem loco suo ponat, ipse autem ad nihil attendat, non solùm obtutu unico malum omne non dissipat, sed illius potiùs causa est, Quid boni tandem ab absente Pastore in Ecclesiam ejus promanabit? Utinam non illa reduci obviā se ferat lacrymis, solatium non admittentibus, irrigata, & has in voces dolens prorumpat! *Domine si fuisses hic, frater meus (filius meus, chari me!) non fuisset mortuus.*

## III.

Verum interim est, præceptum, quo ad manendum in sua Parochia obligatur

Bb

Pa

Parochus, ex ijs esse, quæ affirmativa dicimus, (ff) atque ad eod non ita vim suam exerere, ut æternis velut compedibus eū stringat; imò diversæ nasci causæ possunt, ob quas tantisper abire ab ovibus Pastori concessum sit. Quæ sint istæ causæ hîc disputandi locus nō est, nimis enim id longum foret; (gg) satis nunc id sit unum, quæcunque demum illæ causæ sint, ab Episcopo de ijs edocto, probandas esse. Illud tamē committere non possum, quin moneam; quòd si præsentem suis plerumque adesse ovibus necessitatis est; (hh) summa, & nulla ratione auferibilis necessitatis esse eam præsentiam tum, cum communis aliqua calamitas totam Parochiam infestat, Terræ motus inquam, Persecutiones; Lues pestifera, aut aliàs contagiosa; tum enim cum plures Animæ in salutis aperto discrimine versentur, si inquam, Pastoris opera necessaria est. His malis ingruentibus Ecclesiam tuam deserere Pastor non potest, nisi fortè ad tempus brevissimum, nec alteri committere, qui non perinde ac ipse sit idoneus & etsi vel vitam aperto discrimini exponere oporteret. (ii) Si enim Navarachus abesse à navi non potest, etiam cum pacatū est mare, quanto minùs, cum tempestatibus infestatur? *Si perniciosum est Naviclerum in tranquillitate Navim deserere, quanto magis in fluctibus?* Commissa est Pastori cura vitæ ovium æternæ hæc proinde vel vitæ Pastoris caducæ jacturâ erit procuranda. Quare ut quod minùs est subducatur periculo, quod majus est, illi exponi non debet. Imò hoc ipsum est, bonum Pastorem esse: *Bonus Pastor animâ suam dat pro ovibus suis.* (kk) Hoc exemplo Pastorum

Princeps præluxit, qui dedit pro ovium vitam, etsi esset divina.

Si similis calamitas Parochiâ non infestet, absentiam duorum mensium, ut continuorum, aut interpolatorum Synodus existimavit brevè, & idcirco, si quæ aliàs cavenda sunt, caveantur, permittitur. Unde cum eam ab Episcopo Pastor proproponat illi rem omnem verbis sperat, ad enim nū fiat, nullius roboris erit concessa à Principe gratia: Cum enim Episcopus præsentiam gratiam Parochi hæc non possit dispensando; (ll) sed tantum declarando; hoc eut illo tempore legitime Parochum ad manendum non teneri, si hic veris causis falsas substitueret; interpretatio hæc non teneret, tanquam inde non bonâ procurata; atque ad eod subrepticia & nullius usus, (mm) Si quocodet in bonâ Episcopi veniâ ad tempus illud quod ab ovibus Pastor discesserit, alium sibi substituat oportet, qui sedulo interim ovibus adsit: non alium tamè quocunque, sed Episcopo non minis, quicui Parochi probatum acceptumque. Non potest proinde substitui Sacerdos quocunque, dummodo Parochi ad genus faceret (etsi consententes rota Directori edendi facultate jam donatur) nulli ad tempus perquâ breve duorum aut trium dierum; tunc enim Episcopi assensum requiritur. (nn) Unde subrogandus quidem semper est aliquis, etiam cum necessitas aliò avocet, qui occurrere tempus possit, si ejus opem implorari contingeret; sed non est necesse Episcopum de hoc substituto edoceri, nisi id ille discretè imperârit: sicut neque edocendus esset, cum gravis necessitas moram non foret, sed

SEGNE  
Conciones  
Instruções  
Poenitentia  
Confessario  
Parochi

Parochio; præsumptâ, nondum acceptâ Præsulis sui veniâ, esset abeundum. (oo)

Tandem omittendum non est, quod facere contra obligationē hanc manendi cum ovibus, bono Pastori tam suavem, trahat secum onus perquam molestum, restituendi videlicet Ecclesiæ; aut Pauperibus illos Beneficij proventus, qui absentia respondent; (pp) cum æquum non sit ex Altari vivere eum, qui Altari nullâ ratione servit. Neque ad hoc expectanda est Judicis sententia: cum Restitutio hæc pœna non sit; sed conditio contractui intima: neque enim ullum est stipendium, quo salvâ religione frui liceat, nisi executioni mandetur opus, cui stipendium illud constitutum est. (qq) Hinc Doctores aliud argumentum accipiunt ad demonstrandum, quod Beneficium obliget ad agendum, & quod consequens est, etiam ad manendum; cum ejus fructus, omnium Juris sacri Interpretum consensu, pro opere, collati sint, non in favorem Personæ. *Qui bene præsumunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo, & in doctrina.* (rr) Sic Apostolus. *Non ait, qui boni sunt, sed qui bene præsumunt* His debetur honor duplex, reverentiæ, & reddituum. Qui tam procul abest ab eo, ut in sua Parochia laborer, ut ne quidem in illa sit, quis honor deberi potest, nisi ut illam cedat alicui meliori? Quæ est sententia jam olim lata contra templi Præpositum, fictitium potius, quam verum; ad quem Deus velut insultando dixit. *Qui tu hic, & quasi quis hic?* (ss)

## IV.

Atque hæc finis sit meæ hujus Institutionis, tenuis quidem, sed sincera. Venire

illa poterit in duplex manuum genus: Pastorum nimirum negligentium, & Pastorum diligentium. Si in illas venerit, rogo, quisquis is est, ne eam contemnat, si non ob id quod est, saltem ob id quod suggerit profuturum: debet enim consilium bonum accipi à lingua quacunque, etiam minus peritâ. *Omne verum à quo-cunque dicatur à spiritu sancto est.* (tt) Novum non est; ab eo; qui gradu inferior est, posse moneri eum, qui est superior, à Sacerdote simplici Pastorem: nam & Apostolus Colossensibus omnibus, et si Populus essent, præcepit, ut Episcopo suo in memoriam revocarent, quæ muneris sui partes essent. *Dicite Archippo: Vide ministerium, quod accepisti in Domino, ut illud impleas.* (uu) Ratio quidem postulat, ut Superior moneatur cautè ac prudenter. Unde si in hoc me tibi non nunquam contigit, et si præter mentem id factum est, par est me veniam à Parocho etiam minus attento sine ambagibus petere. Ceterum oro, ne ægrè seras, si illi adhorter ad non spectandum deinceps id quod transiit; non præsens otium, non honorum, non bonorum incrementa præsentia, non oblectationem præsentem. Futura tantum ejus oculis observentur: Præsentia enim omnia, cum vitæ actæ rationes reposcuntur, tanquam ad repentinam scenæ mutationem, aliam faciem induent, ex lætis tristitia ac funesta, Fluvij dulces aquas trahunt, sed tandem salissimum & amarissimum Pelagum absorbentur. Omnis proin Parochus negligens hoc ultimum, quod à Sancto Augustino suggeritur, monitum sibi dictum existimet. *Nihil est in hac vita, & maxime hoc tempore, facilius ac le-*



*Tabula Capitulorum.*

CAPUT I.

*Qua institutionis hujus scribenda causa, quis modus?* 1.

CAPUT II.

*Quam non tutum involare in munus Pastoris Animarum, si ad id Deus non vocet?* 6.

CAPUT III.

*Quibus signis discerni possit, verène quis à Deo ad Animarum curam vocetur, an verò non vocetur?* 11.

CAPUT IV.

*Quomodo corrigendus illi suus error, qui à Deo non vocatus Pastorem Animarum agit?* 21.

CAPUT V.

*Omnis Pastor Animarum vi muneris sui instituire debet rudes in ijs, quæ ad salutem pertinent.* 28.

CAPUT VI.

*Respondetur rationibus, quas sordida sua Pastores muti pratexere solent.* 38.

CAPUT VII.

*Quæ ratio, quisve modus tenendus Parocho in Concionibus sacris, ut quàm maxime saluare sint?* 47.

CAPUT VIII.

*Quæ ratio in instituendis parvulis tenenda?* 54.

CAPUT IX.

*Quomodo aberrantes reducere Pastor debeat, ne muneris sui partibus desit?* 60.

CAPUT X.

*Quomodo natas in sua Parochia discordias componere Pastor debeat?* 71.

CAPUT XI.

*Pastores decet Gregem suum precedere rebus factis, & virtutum exemplis.* 76.

CAPUT XII.

*Horrendum spectaculum Pastor Animarum exemplimali.* 81.

CAPUT XIII.

*Quibus exemplis ducere suos Pastor debeat, in ijs imprimis, quæ ad Dei cultum pertinent?* 86.

CAPUT XIV.

*Quàm reverentiâ internâ perinde ac externâ Pastor in tremendo Missæ Sacrificio uti debeat?* 92.

CAPUT XV.

*Horrendum Sacrilegium sacrificantium cum conscientia Peccati Lethalis.* 97.

Bb 3 CAPUT XVI.



*Tabula Capitum.*

CAPIT. XVI.

*Qualibus exemplis Parochus debeat palam  
facere, procul se esse ab omni Avaritia,  
taliquam singulariter Caritati ini-  
mica?* 103.

CAPIT. XVII.

*Quantopere cum Pastoris munere pugnent  
prava Impudicitia exempla?* 113.

CAPIT. XVIII.

*Quibus remedijs utendum Parocho libidi-  
nis luxurioso?* 118.

CAPIT. XIX.

*Qualis esse debeat Pastoris sacri cum homi-  
nibus conversatio?* 123.

CAPIT. XX.

*Tertium piscendi genus per Sacramenta?* 127.

CAPIT. XXI.

*Quanam à Parocho in sanctissima Eucha-  
ristia administranda perpendi, & obser-  
vari debeant?* 134.

CAPIT. XXII.

*Monita Pastori sacro in administrando Sa-  
cramento observanda.* 140.

CAPIT. XXIII.

*Quomodo Pastor conferre aliquid possit  
illa tria Sacramenta, quorum Minister  
non est?* 145.

CAPIT. XXIV.

*Qua ratione Pastor se gerere debeat cum  
egris, moribundis, & mortuis?* 150.

CAPIT. XXV.

*Quam necessarium Pastori Deum orandi  
audium?* 154.

CAPIT. XXVI.

*Proponuntur duo media, Pastori ad suum  
suum consequendum perquam apta.  
Exercitia, seu Ascetis Ignatiana, &  
Excursionis Apostolica.* 174.

CAPIT. XXVII.

*Prasentem debere esse Ovibus, qui in  
censis praefectus est.* 184.

SEGNE  
Conciones  
Instruere  
Poenitent  
Confessari  
Parochi





SECRETI  
Concioules  
Instructio  
Poenitentia  
Confessario  
Parochi




IN SEGNE  
Concordes  
Instruere  
Poenitent  
Confessari  
Parochi  
I



SEGNE 2. I  
Concordes p. mabus  
Instructio  
Poenitent  
Confessari  
Parochs  
T







STANLEY QUIC

Th  
3104

